This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

3 3433 08158688 9

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

LBWT
Italy.
Archivio

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

UNIV. OF
NOTRE DAME

VOLUMEN QUINTUM

1049 - 1114.

Digitized by Google

Digitized by Google

REGII NEAPOLITANI ARCHIVI

MONUMENTA

EDITA AC ILLUSTRATA.

1041 - 1114

NEAPOLI
EX REGIA TYPOGRAPHIA.
M. DCCC. LVII.

Digitized by Google

THE NEW YORK
PUBLIC LIBRARY
937389A
ASTOR, LENOX AND
TILDEN FOUNDATIONS
R 1928 L

Digitized by Google

CCCXCII.

† In nomine domini nostri Ihesu Christi tricesimo secundo anno principatus dominì paldolfi gloriosi principis et septimo anno principatus domini landolfi filio eius mense magio tertia indictione. Ideoque nos i sumus leo filius boniti et gizzo et petri et iohannes germani filii quondam bonecari abitatori sumus de finibus liburie loco casale: Sicut nobis congruum est bona nostra bolumtate. Per hanc cartula benumdedimus tibi summi filii quondam agemundi. hoc est una petia de terra nostra quem abemus in ..... finibus liburie loco qui nominatur quadrapanis. que abet finis de unu latu fine terra sichenolfi. ex alio latere fine terra grasolfi et landonis et petri. abet per singula latera in longum passos centum sexaginta et octo. unu capu tenet in terra que dicitur campo bitale. aliu capu tenet in bia publica. abet per singula capita per trabersum passos biginti et tres ad mensura de passo landoni seniori castaldi est mensuratum. hec autem memorata petia de terra qualiter superius per finis indicata et mensurata est una cum omnia intro abentibus subter et super et cum bia sua ibidem intrandi et exiendi. cuncta et integra ipsa tibi qui supra summi venumdedimus ad possessione vestram et de vestris heredibus abendi et possidendi et faciendi exinde omnia que vobis placuerit. Simulque et benumdedimus tibi et aput te remisimus inclite duobus cartule nostre per quam terra nostra ipsa nobis est pertinentes. prima ex ipse cartule continente in ea quomodo quondam dominus iohannes abbas monasterii sancti benedicti situs in monte casino in combenientie or- An. 1050.

37 DE#4 A

Digitized by Google

dine secundum lege eadem cartula dedit et tradidit quondam adelmundi filii teodemundi. iamdicta per finis indicata et mensurata petia de terra ad possessionem suam et illius cui per eum data fuerit et de eius eredibus sicut in eadem cartula continet que scripta est per petrus clericus discipulo landefrid notarii que iam super triginta abet annos. Ipsa alia cartula similiter super triginta abente annos continente in ea quomodo memorato adtelmundo per eadem cartula benumdedit memorati boniti genitori et abii nostri inclita iamdicta petia de terra *nostra sicuti* superius per fines indicata et mensurata est ad possessionem suam et de suis heredibus set remisit aput eum hoc dictum combenientie scriptum et cetera sicut in ipsa chartula continere bidetur que scripta est per iamdictum petrum clericum discipulo landelfrid notarii: Ideo inclite memorate duobus cartule insimul cum omni continentia que in iamdicte cartule continere bidetur nos qui supra leo et gizzo et petro et iohanne tibi qui supra summi benumdedimus ad possessionem vestram et de vestris heredibus abendi et possidendi et faciendi exinde omnia que vobis vel ad vestris heredibus placuerit. unde de ea omnia memorata que vobis superius benumdedimus nobis nec ad uxoribus nostris nec alicuilibet nulla reserbabimus. Et per memorata nostra benditione in presenti recepimus pretium nos qui supranominati benditores a te qui supra summum emtorem nostrum hoc est auri solidos biginti et duos. bonos bizanteos. finitum bero pretium. Ea ratione quatenus amodo et semper tu qui supra emtor et tuos heredes firmiter abeatis et possideatis integra memorata nostra benditione. Et obligamus nos qui supra leo et gizzo et petro et iohanne benditores nos et nostris heredibus vobis qui supra summi et ad tuis heredibus integra memorata nostra benditione defendere et antestare semper a parte uxoribus nostris et ab omnibus aliis hominibus ab omnique partibus tantum quando vobis iamdicta terra nobis ad defendendum benerimus ut diximus bos et vestris eredibus nobis et ad nostris heredibus ostendere debeatis iamdicte cartule in publico iudicio salbe ad relegendum et finem faciendum cum vobis necesse fuerit. et post finem facta salbe ipse aput bos retineatis. Nam si nos qui supra benditores aut nostros heredes hec venditionis chartula de quibus continet aliquando per qualecumque ingenium disrumpere aut remobere quesierimus et non vobis ipsos defensaberimus et non compleberimus nos et nostris heredibus vobis

Digitized by Google

et at vestris heredibus omnia per ipsum ordine sicut superius |legitur primis nos et nostris heredibus vobis et ad vestris heredibus de colludio legibus iurare obligamus. et componere vobis obligamus memorato pretium in duplum et duplo per appretiatum quot memorata nostra benditio aput bos in edificio vel in quabis parte remelioratum paruerit. Si bero nos et nostris heredibus hanc supradicta nostra benditione aliquando per qualecumque ingenium dirrumpere aut remobere quesierimus et non vobis compleberimus ea omnia supradicta et ad vestris heredibus in memorata ratione tunc et memorata dupla vobis componamus et omnia memorata vobis percomplere obligamus: et iamdicta benditio integra potestatis vestre amittamus ad semper habendam. Tamen si aliquando tempore nos qui supra benditores vel nostris heredibus de ipsa fundora nostra exfundati fuerimus et pars militie neapolitanorum in memorata terra que vobis superius benumdedimus pertinentiam habere quesierimus et quiscumque ex nobis vel de nostris heredibus fuerit et a talis partibus ipsas vobis vel ad vestris heredibus defendere non potuerimus quatenus nos et nostris heredibus dare debeamus vobis et ad vestris heredibus auri solidos tres bonos byzanteos et bene pesantes. et medium. ad vestra potestate per ipsa tertiam partem que a parte militie inde perdideritis per ipsum fundum ubi fundati sumus secundum consuetudine de liburie. et ipse relique quinque sorte ex eadem terra abeatis et possideatis ipsos bos et vestris heredibus in perpetuum. quia ita nobis combenit et taliter nos qui supra leo et gizzo et petri et iohanne benditores sicut nobis congruum fuit fecimus. et ita te Sichebertum notarium. Scribere rogavimus capue

† ego adelmundus Iudex † ego aufentio
† ego iaquinto † ego maraudi

Digitized by Google

CCCXCIII.

An. 1051. † In nomine domini tricesimo quarto anno principatus domini nostri guaimarii et duodecimo anno ducatus eius amalfi et sirrenti et nono anno principatus domini gisolfi eius filii gloriosis principibus et ducibus mense martio quarta indictione. Ego iohannes presbyter et abbas custos et rector monasterii sancte dei genitricis et virginis marie quod fundatum esse videtur in locum hercica at ipsa spelea sub monte vesubeo dum congruum nobis fuit bona etenim nostra boluntate per hanc quoque videlicet cartulam unaque cum cuncta congregatio monachorum perscripti sancti et venerabili nostri monasterii at pastenandum et laborandum dedimus et tradidimus tibi nycola horto ex genere grecorum quomodo commanentes estis in loco domicella lauritano Idest de rebus nobis pertinente perscripti sancti et venerabili nostri monasterii in locum qui dicitur..... lauretana eodem territorio lauritana sicuti esse videtur per hec finis. ab una *parte finis episcopio* nolano. de superiore parte fine de hominibus de domicella. ab alio latere iterum finis de domicella. et perexiet per fines de hominibus de ille curtii et pertanget fines de episcopio nolano. de subter capite iterum fines de hominibus de domicella et una pecia ibique coniunctum que habet a septemtrione finis ipsa eadem rebus quod tibi at pastenandum dedimus ab oriente est fine birino filio iohanni cauco. et de consortibus eius. a meridie fine de herede sillicti. ab occidente namque est finis episcopio nolano. alia peciola ibique prope. que habet ab oriente fine de hominibus de domicella. a meridie finis de eredes madi et de consortibus eius. ab occidente est fine de herede guisi. a septentrione vero est finis de heredibus sillicti. Hec vero supradicta rebus qualiter per finis indicatum est totum et integrum illut tibi at pastenandum et laborandum dedimus et tradidimus. eaque de ratione. ut tu qui supra nykola et tuos heredes illut pastenare debeatis arbores et vites cum aliis arboribus fructiferis ut iusto et legitimo ordine pareat bene pastenatum seu laboratum supter et super bonum et utilem sicuti meruerit. et illut conciare et laborare debeatis cum bobes et at manus dirigente apto tempore de vestra semente illut seminetis et de quod fructum annualiter ibidem deus dederit de vestro seminatu us-

Digitized by Google

que dum ipsa terra obumbraberit dare nobis nostrisque posteris exinde debeatis terraticum de decem modia unum. obumbrandum ipsa terra ipso terratico mortificentur et nullum terraticum inde vobis queramus aut tollamus. Ipsa vero vindemia vos qui supra nykola et vestros heredes illut vindemiare debeatis apto tempore cum vestris operariis at omnem vestrum expendium et at palmentum trahere ibidem in eadem rebus. et quod vinum mundum ibidem deus dederit per medium illut ibidem at palmentum dividamus. vos tollatis inde integra medietate. et nos reliqua medietate. Ipsa vero peciola iusto ordine pisatum seu reballatum vos supertollere debeatis ante sortem tantummodo per ipsam peciola que vos supertollitis dare nobis debeatis ante sortem una orna de ipso vino mundo. Et quando ibidem evenerimus vel nostrum hominem direxerimus pro sorte nostra recipere ut diximus at una persone hominis dare nobis debeatis manducare et vibere ut iustum fuerit et pro palmentateca dare nobis debeatis gallina bona una ipsa vero sorte nostra que nobis exinde veniet nos illut inde nobis trahere et portare faciamus ubi et qualiter vel quomodo voluerimus et potuerimus. Hoc autem statuimus ut si de ista terra exieris tu qui supra nykola vel tuos heredes ipsa predicta terra integra cum omnia intro se habentibus redeat in potestate nostra et de nostros posteros in partibus predicti nostri monasterii. et expectemus vos usque in tres anni si autem intro tres anni redieritis in hec terra iterum predicte rebus in vestra et de vestris heredibus revertat potestate in suprascripto ordine tantum si intro tres anni non redieritis in hec terra soluti exinde maneamus a vestra parte et ista carta sit vacua. Exinde obligamus nos qui supra iohannes presbyter et abbas et nostros posteros partibus predicti nostri monasterii vobis supradicto nykola vestrisque heredibus ipsa supradicta terra cum omni suo hedificio antistare et defendere ab omnibus hominibus ab omnique partibus. Quod si minime vobis illam antistare et defendere potuerimus vel noluerimus aut si nos ipsi per quobis ingenio hoc vel requisierimus tunc combenientie ordine obligamus nos et nostros posteros vobis vestrisque heredibus componere viginti auri solidos constantinianos. Et in antea exinde omni tempore adversus vos taciti et contenti maneamus et ut super legitur taliter vobis adimpleamus. unde in suprascripta ratione guadiam tibi dedimus et mediatorem tibi exinde posuimus ingo filio iaquinti de nola qui modo commanente est in eodem

Digitized by Google

loco domicella. Et hec cartula in suprascripta ratione semper sit firma et stabilis vobis permaneat. Quam te maio clericus et notarius scribere rogabimus

† Ego qui supra iohannes humilis presbiter et abbas.

† Signum manus stephani monachi et preposito qui per absolutione domini iohanni abbatis scribere fecit.

† Signum manus stefani monachi et cellarario qui per absolutione suprascripti domini iohanni abbatis scribere fecit.

CCCXCIV.

An. 1052. † In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro constantino magno Imperatore die vicesima quinta mensis ianuarii indictione quinta neapoli Certum est me iohanne monachum filium quondam domini sergii et quondam domina maria honesta femina iugalium personarum: una cum consensum maria honesta femina conius mea A presenti die promtissima volumtate commutabi et contradidi vobis domino makario religioso igumeno congregationis sanctorum sergii et bachi qui nunc congregatum exe bidetur in biridiario Idest integra portionem memorate marie genitricis mee: de integras terra que vocatur campu de lucia positum at tertium que est ipsa portio iamdicte matris mee de memorata terra de sextam parte una que est ipsa pars memorate genetricis mee uncias duas et se iungit et indibisa reiacent cum octo uncias quas vos emptas abetis et cum simul duas uncias portioni quondam gregorii mucculi thii mei: qui coheret ipsa terra insimul hab uno latere terra pleve sancti georgii maiori: et terra de illi saulosi: et de alio latere terra heredes leoni torti: et de illi maiorini et gregorii muecula: et de uno capite terra iohannis campanopio et ex alio capite terra de illa plastarella et de heredum andrea modium solidum: Ita memorata portio iamdicte genitricis mee de memorata terra que vocatur campu de lucia que est uncias duas cum omnibus sibi pertinentibus: unde nihil mihi exinde aliquod remansit aut reserbabi nec in aliena cuiusque persona commisi potestate a me vobis commutatas et traditas in vestra posterisque ve-

Digitized by Google

stris sit potestatem queque exinde facere bolueritis. in omnibus liberam abeatis potestate: et neque a me memorato iohanne monacho cum consensu memorate coniugis mee: neque a meis heredibus: neque a nobis personis summissis nullo tempore exinde quod absit habeatis requesitionem aut calumnias neque vos memoratus dominus macarius igumenus: neque posteris vestris per nullum modum imperpetuum insuper ab omni omine omnique persona omni tempore pro hoc ut superius vobis comutabi ego et heredes mei vobis posterisque vestris ab omnis homine antestare et defensare promictimus: propter quod exinde accepi a vobis ad vicem commutationis recompensationisque: Idest sex uncias de hortum positum foris porta capuana: que fuit quondam theodoti thia mea qui se iungit et indibisum reiacet cum reliqua sex uncias quas detinet igumenus sancti dimitrii quod si aliter prebenerit de his omnibus memoratis et in aliquit offenderimus per quobis modum aut summissis personis tunc compono ego et heredes meis vobis posterisque vestris auri solidos triginta sex bythianteos: et hec comutatio ut super legitur sit firma: quam comutatione a me facta anastasio tabulario scribere rogatus per indictione memorata quinta † hoc signum † manus memorati iohannis cum consensu coniugi sua ego qui memoratos pro eum subscripsi..... alia manu.....

† ego leo filius domini aligerni rogatu a supersbcripetas persones testi subscripsi..... nam testi.....

† ego leo filius domini sergii..... iterum testi...

† εγο μεχαριους φιλιους δν ιοαννι σουβ..... similiter testi.....

† Ego anastasius tabularius qui memoratos post subscriptionem testium complevi et absolvi die et indictione memorata quinta.....eadem manu...

† Ego petrus primarius curie uius civitatis neapolis ec exemplaria chartula comutationis sicut superius legitur quam eius authentica nobis dedi dominus iohannes venerabilis abbas filius domini guaimarii principis salernitani pro ista exemplaria facienda at monasterio sancti sebastiani situm in biridiario ex ipsa authentica relebata et a singulis relecta pro ampliore eius firmitate manus nostra propria subscripsi. Imperante domino nostro alexio magno imperatore anno duodecimo sed et iohanne porfilogenito eius filio magno imperatore anno primo: die undecima mensis martii indictione prima †

Digitized by Google

† Ego stephanus tabularius curie uius civitatis neapolis hec exemplaria chartula comutationis sicut superius legitur quam eius authentica nobis dedi dominus iohannes abbas filius *domini* guaimari principis salernitani. pro ista exemplaria facienda at monasterio sancti sebastiani situm in biriario. ex ipsa authentica relebata et a singulis relecta pro ampliore eius firmitate manus nostra propria subscripsi. Imperante domino nostro alexio magno imperatore anno duodecimo sed et iohanne porfilogenito eius filio magno imperatore anno primo: die undecima mensis martii indictione prima †

CCCXCV.

An. 1054. † PRIMA REGULA EST DE SPIRITU SANCTO LOQUENDI SPIRITUS SANCTUS CREATÓR EST SICUT PATER ET VERBUM; TESTANTE PROPHETA SPIRITUS DOMINI FECIT ME ET INSPIRACULUM OMNIPOTENTIS VIVIFICAVIT ME; In nomine Patris et individue sancte trinitatis. Ego Riccardus dei gratia francorum comiti. Concedo et trado tibi gualterio abbati de cenovio sancti laurentii. hoc est unam ecclesiam monasteriorum cenovii. vocabulo sancti archangeli terraczani que in partibus neapoli est foras cripta situm in monte qui est desuper amne qui vocatur anglane. ut tu ibidem abbas fieri debeatis cunctis diebus vite tue. Ideo concessimus et tradidimus tibi predicto monasterio vocavulo sancti archangeli michaeli. per remedium animarum nostrarum vel parentum meorum cum omnibus ovedientiis suis quoscunque in monasterio illo habere et pertinere videtur. quantos et quales sunt. sive in terra vel in insulis maris. simul cum hominibus et censitis suis de intus et foris et casis suis cum omnibus suis pertinentiis. et cellis seu ortas. et cum omnibus casalibus et terris cultis et incultis. longinquis et propinquis. etiam et terris de ligurianam terram pertinentes ex ipso monasterio. Iterum montibus atque vallis. pascuis. et olivetis. seu castanietibus. silvis et palustris. et piscatione vel auces. quamque cum omnibus ospitibus suis. vel commenditis atque fundatis vivorum et mortuorum ipsorum fundoras et terris. ana cum omnem illorum censora et regulis seu responsatica. et salutis et angariis et cum omnibus iacentibus et per-

Digitized by Google

tinentibus eis. simul cum omnibus servis et ancillis suis. seu defisi de intus et foris. et cum omnibus movilibus ipsius monasterii rebus movilium et inmovilium. seseque habentibus omnibusque ei pertinentibus et cum omnia que ibi offerta fuerit in omnibus undecumque aut quomodocumque tibi denique abbate gualterio et tuis posteris rectores ex ipso monasterio sint potestate. cum codicibus et ornamentis suis. et cum introitas suas et omnibus eis pertinentibus. integro a nobis prefato riccardo comiti. tibi et tuis posteris siat concessum et traditum. et nunquam a nobis vel a posteros nostros sive de quacumque nostris militibus habeatis aliquando qualibet contraria per nullum modum. sed in omnibus adiutor et defensor nos et posteros nostros qui in nostro honoris regimine adesse videtur adiutores et defensores debemus fieri de ex ipso monasterio cum omnibus que superius scripta sunt. in omnibus et per omnia. et si qualibet homo presumserit in ipso monasterio aliquod malis facere vel aliquid de suis rebus per vim tollere anathematizatus sit ab omnipotentis deo. et componatur in ipso monasterio aureos solidos centum. quia sic a me constitutum est. Hec preceptum scriptum est. ab incarnatione domini anno millesimo quinquagesimo quinto. romani imperii monarchia tertio henrico post obitum domini leoni pape menses duo. residente me Riccardo comite ligurie campanie dominate eius dominatus anno quarto, sub pridie kalendas iunii. indictione septima. Huius autem privilegii textum. petrus. R. noster epistolarius nostro iussum scripsit. et ut firmus et intemeratus. in eternum servetur. nostro sigillo signavimus.

† Ego riccardus comes subscripsi †

Digitized by Google

CCCXCVI.

An. 1054. † In nomine domini nostri ihesu christi. Duodecimo anno. imperii domini constantini sanctissimi imperatoris nostri. mense augustus. Septima indictio: Ego mulier nomine Sikelgayta filia quoddam maorini et que fuit uxor petri. et sum havitante in cibitate vaccarizza. Quisquis eternam beatitudine a domino desiderat paries illicite. (*sic*) peragere debeat. que deo sunt placita recogitare. quapropter intentam consideratione pensante Modo sanam et leta sum in oc mundo decertantes. ad omnibus utilitatibus meis. et recogitantes me ab amore dei omnipotentis misericordia et pro remedium et salbationem anime mee meorumque parentum volo me offerire in ecclesia beati petri apostoli qui dicitur. burgo que situm est. non longe a cibitate vicari Set dum didicit addoctis hominibus ut mulier sine voluntate domini mundualdi sui. res suas movilibus aut immovilibus sine voluntate illorum non possit aliquod dare vel iudicare nec alienare cuicumque secundum legem. proinde pro qua ipsa lege mihi admonuit. talia adimplendi vel faciendi. ideo fecit notitia ad benedicto crispo mundualdo meo. ut ad hoc offerendum licentiam dare et legibus consentire et multum eos. obsecravi quod ut eum obsecravi taliter ab ipso sum exaudita. Modo namque per eius largietate me offero. in predicta ecclesia. beati. petri. apostoli. hubi nunc deo tuente. domino leto venerabili abbati. regimen tenere bidetur. ibidem in eadem sancta ecclesia et ad sancto altario offero me et omnia causa mea. movile. et stavile ubicumque vel undecumque mihi est. pertinentes. cum solo et pertinentiis suis. tam casis. quam et vineis. et territorie. et omnia possessio mea. movile et stavile. Propterea. ego supranominata mulier. sikelgayta ante presentia trisigio iudice et aliis testibus aut laycos. quam et sacerdotibus qui hic subter conscripti sunt. ibique astante supradicto leto venerabili abbate rectores eiusdem sancte ecclesie. hoc quod mihi pro timore. et amore dei. congruum est. offerire in supradicta ecclesia. beati petri. pro meae redemtionis animabus bone etenim mea voluntate per hanc quoque offertionis cartulam offero omnia causa mea. movile. et stavile. omnia vero causa mea. offero ad proprietatem. eiusdem sancte ecclesiae ibidem semper havendum. sine contradictione mea. vel de meis heredibus. requisitionem. aut cuiuscumque homini

Digitized by Google

contradictione. Set semper rectores. eadem sancte ecclesie. illut abeat. ad suam potestatem. et dominationem. sub tali vero titulum. ut dum viba fuero. resideat in domo mea. sicut et alii offerti. post meum vero discessum. Totum et integrum. eveniat in potestate. de ipso sacro sancto monasterio. vel de eius rectores. Quod si ego viveńte. aut post obitum meum. qualiscumque heredes meos. per aliam rationem. illut de predicta ecclesia. tollere vel contraere quesierit. et ipsos ab omnibus hominibus in supradicta ecclesia non defensaverit. et aliquid cavestionem. seu molestationem. exinde committere presumserimus tuno quinquaginta auri solidos. constantinianos. ego et meos. heredes. in predicta ecclesia componere. obligamus. et ea quos prelegitur perinvitis adimpleamus. per eadem guadia quod tivi superius nominati leto venerabili. abbati dedit. unanimiter cum benedicto crispo mundualdo. atque adbocatore. et mediatore tivi posuimus benedicto archipresbyter. et hanc cartulam offertionis mee. omni tempore firmam. et stabilem. permaneat. Quam se benedictus NOTARIUS. scribere rogavimus qui et interfuit. Actum. in civitate. vaccarizza. feliciter.

† signum crucis proprie manus trisigio iudice.

† signum manus benedicti archipresbyter

Digitized by Google

CCCXCVII.

An. 1055. † In nomine domini: nostri ihesu christi. tricesimo septimo anno principatus domini paldolfi..... decimo anno principatus. domini landolfi filio eius mense ianuario octava *indictione* ego porpora relicta quondam maraldi filia guaifoli et filia quondam..... declaro me abere rebus et substantiis pertinentes michi per illum meum *scriptum* morgincap qui michi a predicto maraldo biro meo secundum lege datum et traditum est quando me sibi in coniugio sociabi uxorem. unde oporteret michi exinde in aliqua titulum donare. Itcirco ego iamnominata porpora. una cum consensu et volumtate petri et senioritti. et indolfi filii et mundoalt mei in quorum mundium me subiacere cognosco per hanc cartulam donabi vobis summi filii agemundi. hoc est una petia de terra mea quem abeo in finibus liburie loco ubi nominatur in campu de quatrapane. et nominatur terra ipsa adbitalla. que abet fines terra ipsa ab uno latere terra turboaldi de predicto loco quatrapane. abet inde in longum passos quadraginta et tres. alio latu tenet in terra de neapolitani. et inde abet passos quadraginta et quinque unu capu tenet in terra predicti turboaldi. et abet inde per trabersum passos. biginti et octo. aliu capu tenet in terra gregorii neapolitani. et inde abet per trabersum passos triginta. ad mensura de passo landoni seniori castaldi est mensuratum. Hec autem petia de terra qualiter superius per finis indicata et mensurata est. una cum arbores et cum omnia ibi intro abentibus subter et super et cum bia sua ibidem intrandi et exiendi. Cuncta et integra ipsa vobis qui supra summi donabi ad possessionem tuam et de tuis heredibus ad abendum et possidendum et faciendum exinde omnia que vobis placuerint. unde infra supradictos finis et mensuris. michi nec alii cuilibet exinde nullam reserbabi. Set cunctum et integrum vobis ipsos donabi ad possessionem tuam et de tuis heredibus ad abendum et possidendum et faciendum exinde omnia que vobis placuerint sicud supra diximus. Ea ratione quatenus amodo et semper tu qui supra summo et tuos heredes firmiter abeatis et possideatis integra supradicta mea donatione. et faciatis exinde omnia que vobis placuerint. Et obligo ego qui supra porpora una cum consensu et bolumtate predictorum petri. et senioritti. et indolfi

Digitized by Google

filii et mundoalt mei. me et meos heredes vobis qui supra summi et at tuis heredibus integra supradicta mea donatione. defendere et antestare semper ab omnibus hominibus ab omnique partibus. Et pro supradicta mea donatione confirmandam iustam legem nostram langobardorum launegit exinde suscepi ego qui supra porpora cum consensu et bolumtate predictorum petri. et senioritti et indolfi germani filii et mundoalt mei. a te qui supra summum oc est auri solidos quinque bonos bizanteos. et auri tari boni duo in omni decisione et tali tenore ut si ego aut meos heredes hanc donationem aliquando per qualecumqne ingenium dirrumpere aut remobere quesierimus. aut si non vobis defensaberimus et compleberimus exinde sicud in lege langobardorum scriptum est. de donum et launegilt susceptum. biginti bizanteos solidos pena me et meos heredes vobis vel ad vestris heredibus componere obligo et omnia supradicta vobis percompleamus. et hanc donationis cartula de qualiter continet firma permaneant semper. et taliter ego qui supra porpora una cum consensu et bolumtate predicti filii et mundoalt mei sicud michi congruum fui feci et ita te. Sichelfrit clericum te notarium. scribere rogavimus. Capua

† ego adelmundus iudex
† ego pergolfus
† ego radoaldo
† ego landolfo

Digitized by Google

CCCXCVIII.

An. 1058. † In nomine sancte et individue trinitatis. Anno ab incarnatione domini nostri ihesu christi. millesimo quinquagesimo quinto. mense septembrio indictione nona. Ego petrus gratia domini episcopus. duodecimo anno presulatus mei sancte sedis iubenaciensis ecclesie. qualiter una cum consensus jacinthus archipresbiter noster: et angelus sacer et primicerius. aliorumque clero nostri episcopii. et supposito mihi adbocatór noster. livertatem et securitatem facio tibi umfreida ex genere normannorum. a parte de potestate nostri episcopii de ipsa ecclesia qui vocabulum est sancte marie. quod tu modo lavorasti et reconciliasti de proprio tuo expendio: in loco ubi dicitur cisano. et me illam fecisti edificare. ut amodo et in antea omnibus temporibus. tam tu quam et tuos heredes. vel in cuius manibus et potestate ecclesia ipsa paruerit tenere. habeatis ad trasactum liberam ipsa prephata ecclesia. a parte de iamdicto nostro episcopio. et de mea potestate et de meis successoribus ut dictum est cum omni sua. pertinentia. vel cum conquesita. et acquisita sua. vel undecumque et quomodocumque ibidem stabilem aut mobilem intrare debuerit. sive votum aut luminaria ut dixi nullam potestatem ibidem habeamus aliquando. et presbyter vel monachos. qui ibidem conduxeritis. et miseritis. seu ordinaveritis. non habeamus potestatem illos exinde eiectare vel excomunicare sine certa et probata culpa. quam et habeatis potestatem in predicta sancta ecclesia omni tempore. pulsum aut campanam ibidem sonare. et omnia facere ut supra pro hordine legitur. et omni hora ecclesiastica ibidem die noctuque facere. sine omni requisitione et contrarietate mea meisque posterioribus. Et si ego vel meis successoribus *de hoc* facto qualiter supra dictum est per hordine removere. vel exire exinde voluerimus pro quocumque modis vel ingenio obligavimus nos composituros vobis. et in iamdicta sancta ecclesia. solidos centum. et alii centum solidos in domnico et per inbitis exinde semper taceamus. et maneamus in hoc facto ut supra per hordine legitur. Et taliter hunc scriptum liberationis et securitatis de iam dicta sancta ecclesia cum omni hordinis memorialis. scribere illum commisimus per manus mundus diaconus Atque primi

Digitized by Google

Serinius. nostri episcopii. mense et indictione supranominata. et propriis manibus meis hic me testavi.

† Petrus qui supra episcopus Sancte sedis iubenaciensis ecclesie.

† Archipresbyter qui supra jacinthus ego confiteor me coram testa fuisse.

† σονιπας τουρμαρχις

† Angelus sacer et primicerius qui supra ego.

† Ego iohannes presbyter ex parte monasterius

Digitized by Google

CCCXCIX.

An. 1058. † ✠ STEPHANUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI: DILECTO FILIO ODDONI abbati venerabilis monasterii sanctae dei genitricis semperque virginis mariae. positi in loco qui vocatur calena. et per eum cunctis successoribus ipsius ibidem regulariter promovendis in perpetuum: Iustis petitionibus et maxime quieti servorum dei prospicientibus. devotus debetur assensus. Itaque secundum quod postulasti a nobis sub tutela et defensione sanctae romanae et apostolice sedis suscipimus predictum monasterium calena. cum omnibus sibi iustae pertinentibus. et que deinceps iustae pertinebuunt. Preterea confirmamus tibi per hoc nostre apostolice auctoritatis privilegium ipsam abbatiam cum omnibus suis pertinentiis. nominatim quoque cellam beati pauli. cum terris suis. in loco qui vocatur gusderico. deinde cellam beati martini confessoris in loco vocato foce. cum pertinentiis suis. terris. et vineis. pariter cellam sanctae trinitatis de monte sacro. cum terris quas habet in marino. cum cella beati nicolay de marino. cum terris et vineis suis. cellam quoque beatorum cosme et damiani que fuit de cosma iuppano. et cellam sancti nicolai de monte nigro que fuit simeonis abbatis. cum ipsis molendinis et cunctis suis pertinentiis. Nec non cellam sancti petri de isclitella cum vineis et terris suis que fuit iohannis presbiteri filii urpani. simul cellam sancti iohannis de foce spanipergae. cum vineis et terris suis que fuit iohannis de bona. et cellam sancti nicolay de ipso imbuto. cum vineis et terris suis. Cum cella sancti petri de casa veteris. cum vineis et terris suis. unaquoque cellam sancti salvatoris. cum vineis et terris suis. cum cella sancti andreae apostoli. et sanctae barbare de persico. cum vineis et terris suis. deinde cellam sanctae Luciae de civitate siponto. cum vineis et terris suis. Insuper nostra apostolica auctoritate concedimus tibi tuisque successoribus sicut supra dictum est. tam loca vel cellas superius nominatas quam quicquid deinceps conquirere vel parare poteritis tu et successores tui iustae quocumque pacto vel modo. seu quicquid oblatione vel devotione fidelium in prephato monasterio sive in cellis tuis oblatum vel donatum fuerit ut habeatis. Etiam liberam potestatem disponendi et ordi-

Digitized by Google

nandi quicquid ad ipsum monasterium pertinet. Et si deo vocante tu aut successorum tuorum quilibet ex hac luce migraverit. liberam facultatem et licentiam habeant iuxta regulam sancti benedicti secundum timorem dei fratres ipsius monasterii sibi eligere abbatem. nullo penitus eis violentiam faciente donec ex se habuerint qui eis regulariter possit preesse. Quod si ex se habere idoneum ad regimen nequiverint. eligant sibi ex alio monasterio quem dignum iudicaverint. His ita confirmatis atque apostolica auctoritate corroboratis. interdicimus huius decretalis pagine censura ne quilibet imperator. Rex. dux. aut MARchio. comes. vicecomes. gastaldio. episcopus. vel archiepiscopus. seu cuiuscumque condicionis homo grecus aut latinus magna vel parva persona disvertat prephatum monasterium sine canonica et legali interpellatione ex aliquibus rebus que nunc possidet et deinceps possidebit. set in perpetuum permaneat sub tutela et defensione sanctae romane et apostolice sedis. et ubicumque vel quandocumque senserint ipsi fratres se iniustae gravari. libere appellent sedem apostolicam ad defensionem sui. Si quis autem quod non optamus huius nostri apostolici privilegii in aliquo temerator superbe existere temptaverit. districti anathematis animadversione perpetuo se dampnandum noverit. nisi forte resipiscens satisfecerit. Qui vero devotus extiterit conservator eius. omnipotentis domini hic et in futuro repleatur benedictionibus Amen. Scriptum per manus gregorii notarii et scriniarii sanctae romane et apostolice sedis in mense februario indictione undecima.





Datum in castro casino. VII. idus FEB. per manus Humberti Sanctae ecclesiae Silvae Candidae episcopi et bibliothecarii Sanctae Romanae et apostolicae sedis. Anno deo propitio pontificatus domni Papae Stephani NONJ I.mo Indictione XI.ma

Digitized by Google

CCCC.

An. 1058. † In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi: Imperante domino nostro isacio magno imperatore anno primmo: die quinta mensis nobembrii indictione duodecima neapoli: Per dispositum denique disponere et..... visa itaque fuit quondam marenda honesta puella filia quondam domini cognominabatur sparío: et quondam domina maria honesta femina iugalium personarum: omnem sua hereditate seu substantias de intus. et foris sicut ipse suo disposito continet: et per ipsum dispositum disposuit ut si eas mors preoccuparet colligeremus nos videlicet landolfo cognato suo filio quondam idem domini landolfi langobardi: et gregorio qui vocatur caputo filio quondam domini leoni hoc est distributoribus suis: omnem pretium suum quas tunc ad eas dare debuerunt dibersas personas per chartule cautionis: et distribueremus illos pro sua anima sicut ipse suo disposito continet: Iterum et per ipsum dispositum disposuit ut pro sua anima esseret offertum post suum obitum et traditum in ecclesia sancti seberi at gurgite integrum orticellum suum que ipsa.... abuit pro bultum quem abuit in eadem ecclesia cum arboribus fructiferis cum introitum suum omnibusque sibi pertinentibus ad abendum et possidendum illut ibidem usque in sempiternum sicuti et quomodo in omnibus ipse eius firmissimo disposito videtur continere: nunc et A presenti die promtissima volumtate secundum eius dispositiones offerimus et tradidimus tibi domino iohannes venerabili presbytero et primicerio qui vocatur spatharo causa vero memorate ecclesie sancti seberi. et per te in memorata ecclesie Idest integrum memoratum orticellum positum intus anc civitatem neapolis at gurgite regione summa platea: cum arboribus fructiferis vel infructiferis et cum introitum suum et omnibus sibi pertinentibus: Unde nichil nobis exinde aliquot remansit aut reserbabi nec in aliena cuiusque personas quod absit commisit aut iam commicto potestatem: set a presenti die et deimceps a nobis tibi et per te in memorata ecclesia sancti seberi sint offertum et traditum in tua tuisque posteris sint potestatem ab abendum et possidendum illut usque in sempiternum: et neque a nobis memoratis distributores neque a nostris heredibus nec a nobis personas summissas

Digitized by Google

nullo tempore numquam tu memorato domino iohannes venerabili presbytero et primicerio aut posteris tuis vel memorata sancta ecclesia tua sancti seberi quot absit abeatis aut abeant exinde aliquando quacumque requesitione aut molestia per nullum modum nec per summissas personas nullamque adimbentam ratione a nunc et imperpetuis temporibus: quia ita nobis complacuit: Si quis autem ex nos aut ex nostris heredibus vel alia quabis personas sibe parba aut magna vel seculari aut sacerdotalis ordine contra anc chartulam offertionis benire presumserit. et eas in quacumque partem irrita vel bacua facere quesierit per se aut per summissas personas sub anathematis vinculis sint obligatus partemque possideat cum iuda traditore domini nostri ihesu christi. et cum anna et kaifas. et cum omnibus reprobis atque hereticis: insuper componat pars ipsius infidelis et suis heredibus a partem fidem serbantis eiusque heredibus auri solidos triginta bythianteos: et hec chartula ut super legitur sit firma scripta per manus iohannis curialis. et scriniarii per memorata duodecima indictione †

† ego landolfus distributor subscripsi †

† ΕΓΟ ΓΡΕΓΟΡΙΟΥC ΔΙCTIPIB COΥB

† Ego petrus scriniarius testis subscripsi †

† ego iohannes filius domini sergii testi subscripsi †

† ego iohannes Curialis testis subscripsi †

† Ego iohannes: Curialis et scriniarius: Complevi et absolvi per memorata indictione †

Digitized by Google

CCCCI.

An. 1058. † In nomine domini dei Salvatoris nostri Ihesu Cristi: Imperante domino nostro Isacio magno Imperatore anno primmo: die vicesima tertia mensis decembrii indictione duodecima neapoli: Certum est nos petrum subdiaconum et abbatem seu rector monasterii beatissimi agnelli ubi eius venerabile quiescit corpus: et stephanum uterinis germanis filiis quondam idem stephani ferrarii qui nominatur bonisculo: et quedam drosum iugalium personarum: nos autem una cum volumtate memorata drosum genitricem nostra: A presenti die promtissima volumtate venumdedimus et tradidimus tibi domino iohannis presbytero et primicerio. qui nominatur spatharo. custus vero ecclesie sancti seberi christi Confessoris sita in bico qui nominatur radio solis qui ex gurgite dicitur regione summa platea: et per te in memorata ecclesia tua sancti seberi: Idest integra quadtuor modia per passi mensurati at passum ferreum sancte neapolitane ecclesie de ex integra clusuria de terra nostra que nominatur ad vipiticum positam at sanctum sossium super piscinule: una cum arboribus et introitum suum per terra qui fuit de ecclesie sancte marie de foris porta furcilla et appellatur sancta mihura salense et per terra de illu canna longa et da inde usque at via publici cum omnia utilitate. et omnibus sibi pertinentibus: pertinentibus per memoratis iugalibus genitoribus nostris. seu et per comparatum per firmissima chartula comparationis nostra quem nobis fecerunt gema et iohannes seu petro quamque stephano pulirulis uterinis germanis nepotibus nostris filiis quidem gregorii demnicum cognominabatur et quondam maria qui fuit uterina germana nostra iugalibus quem et ipsa chartula comparationis que nobis fecerunt memoratis nepotibus nostris secum abendo abbocatorem illorum quidem domino gregorio spatharo cui ipsis defisis sunt et cum consensum memorati genitori eorum cognati nostri una cum una firmissima comparationis de memoratis iugalibus genitoribus nostris simul et cum alia una chartula comparationis et cum una chartula securitatis.... comparatio de memoratis iugalibus genitoribus nostris continet in presentis aput vos remisi pro vestra vestrisque posteris et de memorata ecclesia salbatione: Coherente sibi ab uno latere terra qui fui quondam domini petri patricii et presbyteri seu

Digitized by Google

et terra staurita plevis memorate ecclesie sancti sossii et terra domini leoni iuppori: sicuti inter se sepis exfinat: et de alio latere coheret terra qui fuit de domino petro parametiomino sicuti iterum sepis exfinat: de uno capite coheret terra qui fuit domina maria russa de domine agathe quem detinet staurita plevis ecclesie domini et salvatoris nostri ihesu christi de memorato loco piscinule sicuti sepis exfinat: et de alio capite terra heredum quondam domini sergii gruccianima sicuti iterum sepis exfinat: De quibus nihil nobis ex ipsa quadtuor modia de memorata terra quas tibi et per te in memorata ecclesia venumdedi cum omnibus sibi pertinentibus super legitur aliquot remansit aut reserbabimus nec in aliena cujusque personas quot absit commisi aut iam committimus potestatem. set a presenti die et deinceps a nobis tibi et per te in memorata ecclesia sancti seberi sint potestatem queque exinde facere volueritis ab odierna die semper in omni liberam habeatis potestatem: et ipsa quadtuor modia que vobis venumdedimus ex ipsa integra clusuria cum omnibus sibi pertinentibus ut super legitur illut tollere debeatis incipientes da illi termini que fiximus inter ipsa clusuria unde ipsa quadtuor modia vobis venumdedimus et inter illum intersicum qui est proprium de memorata genitrice nostra quem in sua reserbabi potestatem: et neque a nobis memoratis germanis. una cum voluntate de memorata genitrice nostra neque a nostris heredibus nec a nobis personas summissas nullo tempore numquam tu memorato domino iohannes venerabili presbytero et primicerio aut posteris tuis vel memorate ecclesie tua sancti seberi quot absit habeatis exinde aliquando quacumque requesitione aut molestia per nullum modum nec per summissas personas nullumque adimbentam ratione a nunc et imperpetuis temporibus: Insuper et ab omnis homines omnique personas omni tempore nos et heredibus nostris tibi tuisque posteris et a memorata ecclesia sancti seberi in omnibus illut antestare et difensare debeamus. ostendentes tu et posteris tuis et memorate ecclesie sancti seberi nobis nostrisque heredibus memorate quadtuor chartule que superius aput vos remisi at relegendum et finem exinde faciendum ubi pro nobis nostrisque heredibus exinde necesse fuerit: et sic in omnibus nobis illut defendere debeamus ut super legitur propter quot accepimus a te pro vice de memorata ecclesia sancti seberi exinde in presentis in omnem decisione seu deliberatione Idest auri solidos

Digitized by Google

viginti de tari ana quadtuor tari per solidum sicut inter nobis combenit : Si autem aliter fecerimus de is omnibus memoratis per quobis modum aut summissas personas tunc componimus nos et heredibus nostris tibi tuisque posteris et at memorata ecclesia sancti seberi auri solidos quadraginta bythianteos : et hec chartula venditionis ut super legitur sit firma scripta per manus iohannis curialis et scriniarii per memorata die vicesima tertia et indictione memorata duodecima † hoc signum † manus memorati stephani quot ego qui memoratos ab eum rogatus pro eum subscripsi , et memoratos solidos traditos

et oc memorati sumus quia ego memorato petro subdiacono et abbati una cum voluntate quidem gema conius mea : et si aliter fecerimus sub memorata pena subiaceamus †

† Ego petrus subdiaconus et abbas subscripsi †

† ego iohannes filius domini sergii testi subscripsi et suprascriptos solidos traditos bidi †

† Ego sergius curialis : testis subscripsi et memoratos solitos traditos vidi †

† ego iohannes filius domini gregorii testi subscripsi et suprascriptos solidos traditos bidi †

† Ego iohannes : Curialis. et scriniarius : Complevi et absolvi per memorata duodecima indictione †

Digitized by Google

CCCCII.

† *CUM DEUS OMNIPOTENS* PER INFINITAM MAIESTATIS SUE CLEMENCIAM MULTIMODAS RERUM VARIETATES FECISSET ET HOMINEM PRO VITE CELESTIS RESTAURACIONE CONDIDISSET ET ILLE DIABOLICO SUASU A CONDITORIS SUI MANDATIS IN PECCATUM DECIDISSET PATERNA PROVIDENCIA FILIUM SUUM AD PRIMI TERRIGENE PECCATUM ABOLENDUM IN TERRAM MISIT; QUI POST SUAM PASSIONEM ET AD CELUM REMEACIONEM PRO HUMANORUM CORPORUM MUNICIONE ET ANIMARUM REDEPTIONE ECCLESIAM SIBI IN TERRA CONSTRUI JUSSIT; CUI QUIA NOS IPSO MONENTE TRIBUTUM PERSOLVERE JUBEMUR EGO RICARDUS DEI GRACIA CAPUANUS PRINCEPS SANCTI PETRI AC SANCTI LAURETII CENOBIO IN TERCIA PARTE ADVERSI MILIARII SITO ATQUE ABBATI RADULFO SUISQUE SUCCESSORIBUS DO ET CONCEDO DECIMAM PORCIONIS MEE QUAM TENEO SUPER FLUMEN VULTURNUM; IN CASTELLO SCLAVIUM; IN ARNONE; IN ROSELLO; IN ODORICIS; USQUE AD CASTELLUM MARIS; DECIMAM ANNONE TERRE QUE MICHI ACCIDIT. ET VINI ARBORUM; ET EA DICTIONE. HOC DO ET CONCEDO: UT SI QUIS CALUMPNIARE PRESUMPSERIT; PRIMUM IRAM DEI INCURRAT. ET QUOD PECIERIT NON ADQUIRAT. ET UT HEC KARTULA FIRMIOR SIT; PROPRIA MANU EGO EAM FIRMAVI † FACTA EST HEC DONACIO KALENDAS MAI. IN ILLO ANNO QUO OBIIT KENRICUS REX GALLIE PHILIPO FILIO EJUS IN REGNO ILLI SUCCEDENTE. ATQUE NICHOLAO PAPA ROMANE ECCLESIE PRESIDENTE; An. 1060.

RICHARDUS PRINCEPS †

Digitized by Google

CCCCIII.

An. 1063. † In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi: Imperante domino nostro duce Constantino magno Imperatore anno quarto: die vicesima mensis decembrii indictione secunda neapoli: Certum est me maria honesta femina filia quondam domini gregorii scribano pardum et quondam domina maria honesta femina qui marenda clammatur dudum iugalium personarum: conius presenti domini aligerni viri sui egò autem cum consensum et volumtate memorati domini aligerni posteriori viri mei: A presenti die promtissima volumtate offero et offero atque in presentis contradidi tibi domino iohannes venerabili presbytero et primicerio qui nominatur spatharo custus vero ecclesie sancti seberi de regione summa platea: et per te in illu crucifissum quem abeo intus memorata ecclesia sancti seberi. Idest integra petiola de terra mea quot est per mensuram quartas tres at passum ferreum sancte neapolitane ecclesie positum in loco qui nominatur ianula quot est super caput de monte: cum arboribus et introitum suum et omnibus sibi pertinentibus: pertinente michi pro quartam partem falcidii mei qui michi pertinuit da quondam domino iohannes manso qui fuit anteriori viro mei: coherente sibi a parte orientis terra gregorii caputi filio quondam idem domini gregorii de dominis adelgrimmo: et a parte occidentis est fundum de illi de barbaria: et a parte meridiana terra domini iohanni morfissa et a parte septentrionis est via comune. De quibus nichil michi exinde aliquot remansit aut reserbabi nec in aliena cuiusque personas quot absit commisi aut iam commicto potestatem: set a presenti die et deimceps a me tibi et per te in memoratum crucifissum meum sit offertum et traditum ad abendum et possidendum illut ibidem usque in sempiternum: et semper omni tempore tu et posteris tuis abeatis in vestris orationibus quondam domini iohanne uterino germano meo: et neque a me memorata maria honesta femina neque a meis heredibus nec a nobis personas summissis nullo tempore numquam tu memorato domino iohannes venerabili presbytero et primicerio aut posteris tuis vel memorata ecclesia sancti seberi quot absit abeatis exinde aliquando quacumque requesitione aut molestia per nullum modum nec per summissis personas nullamque adimbentam ratione a nunc

Digitized by Google

et imperpetuis temporibus: Insuper et ab omnis homines omnique personas omni tempore ego et heredibus meis tibi tuisque heredibus exinde in omnibus illut antestare et defensare debeamus propter quot accepi a te exinde in presentis in omnem decisione seu deliberatione Idest auri tari sidecim de tari quem tibi dedi pro anima memorati iohannis germani mei: et reliquos alios quadtuor solidos tibi exinde donabi quia ita michi vone bolumtatis Complacuit: Si autem aliter fecerimus de is omnibus memoratis per quobis modum aut summissas personas tunc compono ego et heredibus meis tibi tuisque posteris et at memorata ecclesia sancte seberi auri solidos sidecim bythianteos: et ec chartula ut super legitur sit firma scripta per manus iohannis Curialis et scriniarii per memorata secunda indictione † hoc signum † manus memorata maria honesta femina cum consensum memorati domini aligerni morfissa viri sui quot ego qui memoratos ab eis rogatus pro eis subscripsi: et memorati tari traditos vidi †

† ego iohannes filius domini stefani testi subscripsi et suprascripti tari traditos bidi †

† ego stefanus filius domini iohannis testi subscripsi et suprascriptos tari tradidos bidi †

† ego iohannes filius domini iohannis testi subscripsi et suprascriptos tari traditos bidi †

† Ego iohannes: Curialis. et scriniarius: Complevi et absolvi per memorata secunda indictione †

Digitized by Google

CCCCIV.

An. 1064. † In nomine domini dei Salvatoris nostri Ihesu Christi: Imperante domino nostro duce Constantino magno Imperatore anno quinto; die vicesima secunda mensis iulii indictione tertia neapoli: hecce iam preteritos septuaginta et unum annos expletos visus itaque fuit quondam venerabilis monachus dominus sergius domini gratiam archiepiscopus sancte sedis neapolitane ecclesie: Concedere et tradere per chartulam Concessionis at quondam petro et gregorio uterinis germanis filiis quondam petri. et quedam maria honesta femina iugalium personarum: Integra clusuria de terra ipsius sancte neapolitane ecclesie positum ad sanctum sossium ad area foris urbis istius civitatis neapolis. de quantum ibidem detinuit memorato genitori illorum et quantum intus ipsa clusuria abuit et pertinuit aligerni famulo memorate sancte neapolitane ecclesie. una cum intersicas suas quot est intus eadem clusuria in una detinentia: utraque cum arboribus et introitum suum et omnibus sibi pertinentibus: quem vero memorata integra clusuria de memorata terra diviserunt inter se memoratis germanis per merissis divisionis hecce iam preteritos annos quadragintam unum: unde per ipsa merisse tetigit memorato quondam gregorio portio ex ipsa clusuria a parte septemtrionis insta kaba publica qui pergit at campo de neapoli. et insta alia kaba publica qui pergit ad ipso loco sanctum sossium: unde reliqua portio ex ipsa clusuria a parte meridie tetegit memorato petro uterino germano suo: quem et ipsa portio memorati quondam petri modo pertinet de memorata sancta neapolitana ecclesia eo quot sine proprium heredes defuntus est: de qua benistis tu videlicet itta honesta femina filia quondam ursi comitis una cum quidem domina maria religiosa monacha et gubernatrix monasterii beatissimorum nicandri et marciani. atque patricie puellarum dei et cunctas eius congregationes monacharum ipsius monasterii: et cepistis rogare et postulare Nos videlicet iohannis domini gratiam archiepiscopus sancte memorate sedis neapolitane ecclesie. et sergius in dei nomine etminentissimi consuli et duce atque domini gratiam magister militum. ut pro domini ammore et pro mercedis et salbationis anime nostre. seu et pro bigore sancte memorate nostre neapolitane ecclesie tribueremus et daremus seu cedere-

Digitized by Google

mus tibi memorata itta honesta femina parenti nostra filia memorati quondam ursi comitis parenti nostri hemere da heredibus memorati quondam gregorii qui nominabatur boffa. integra memorata portione memorati quondam gregorii de memorata integra clusuria de memorata terra cum omnibus sibi pertinentibus pro memorato monasterio pro infirmorum qui de ipsa congregationes monacharum infirmaberint. et tribueremus tibi exinde illum licerem et pertinentiam quam exinde pertinet in memorata sancta nostra neapolitana ecclesia: Iterum daremus et concederemus tibi memorata itta honesta femina parenti nostra. et memorata kaba qui pergiebat ad area nostra qui modo est explanata et pastenata iusta eadem clusuria parte septemtrionis. una cum duos passos de latitudine de terra quem ipsa sancta nostra neapolitana ecclesia abet intus ipsa portione memorati quondam gregorii de memorata clusuria iusta area pictula fabrita qui pertinet de memorata sancta nostra neapolitana ecclesia: et quia acquiebimus ipsum rogum vestrum: et hecce in presentis concedimus tibi memorata itta honesta femina parenti nostra memorata kaba qui modo est explanata et pastenata cum memoratos duos passos de memorata terra qualiter superius legitur. una cum omnem licerem et pertinentia quem ipsa sancta nostra neapolitana ecclesia abes in memorata portione memorati quondam gregorii boffa qui eum tetigit de memorata clusuria de memorata terra etiam et nos tribuibimus tibi ut licentiam et potestatem abeas tu hemere memorata integra portione memorati quondam gregorii boffa de memorata integra clusuria de memorata terra cum omnibus sibi pertinentibus da memoratis heredibus suis ad abendum illut ipse monasterio una cum omnia quem vobis superius concessimus in sempiternum pro utilitatem infermorum qui de ipsa congregationes monacharum infirmaberint: Iterum concedimus et damus tibi licerem ut licentiam abeant omni tempore hominibus qui laborant ipsa terra quem tu comparaberis pro ipso monasterio et ipsum quem vobis concessimus ut super legitur adunare omnem laborem ex ipsas nominatibas terras et excuniare in memorata area pictula fabrita pertinente memorate sancte nostre nostre neapolitane ecclesie in sempiternum: et neque a nobis iamdictus iohannes domini gratiam archiepiscopus memorate sancte sedis neapolitane ecclesie et iamdictus sergius in dei nomine etminentissimus consul et dux atque domini gratiam magister militum neque a posteris

Digitized by Google

nostris qui post nos in nostros honores accesserint nec ab ipsa sancta nostra neapolitana ecclesia nec a nobis personas summissas nullo tempore nunquam tu memorata itta honesta femina parenti nostra aut memorato monasterio quot absit. abeatis quacumque requesitione de memorata terra que comparaberis da ipsis heredibus memorati quondam gregorii boffa cum omnibus sibi pertinentibus ut super legitur nec de ipsum alium ut superius legitur aut molestia per nullum modum nullamque abimbenta ratione a nunc et imperpetuis temporibus: quia ita nobis bone volumtatis complacuit: Si quis autem potenx vel impotenx homo secularis aut sacerdotales hordine indutus contra hanc chartulam benire presumseris et ea in quacumque parte ebacuare quesierint per se aut summissas personas sub abathematis vinculis sint obligatus: beniat eis maledictione quo continet in centesimo hoctabo psalmos. fiat eis sicut dathan et abiron quos vibos obsorbuit terra: et sicut acetofel consiliario davit: et sicut anania et saffira qui mentientes ante pedes apostolorum expiraberunt: seu et cum omnibus hereticis et excimaticis tenebrosa partem possideat cum anna et cayfas et cum iuda proditores domini nostri ihesu christi: Insuper componat pars ipsius infidelis a partem fidem serbantis et a memorato monasterio auri libras sex vythianteas et hec chartula qualiter superius legitur sit firma imperpetuum scripta vero per manus iohannis curialis et scriniarii qui ista firmissima chartula per nostra iuxione et absolutione scripsit die et indictione memorata tertia †

† Iohannes archiepiscopus subscripsi †

† sergius consul et dux subscripsi †

† Petrus ifidignus sacerdos et primicerius sancte neapolitane ecclesie subscripsi †

† Enricus archipresbyter et cymiliarcha sante neapolitane eccliesie subscripsi †

† Stephanus presbyter et cardinalis sancte neapolitane ecclesie subcripsi †

† Adelgisius archidiaconus sancte neapolitane ecclesie subscripsi †

† Sergius diaconus sancte neapolitane ecclesie subscripsi †

† Petrus diaconus sancte neapolitane ecclesie subscripsi †

† Stephanus subdiaconus sancte sedis neapolitane ecclesie subscripsi †

Digitized by Google

† Iohannes subdiaconus sancte neapolitane ecclesie subscripsi †
† Sergius subdiaconus sancte neapolitane ecclesie subscripsi †
† ego iohannes filius domini leoni testi subscripsi †
† ego iohannes filius domini ursi testi subscripsi †
† ego iohannes filius domini iohannis testi subscripsi †.
† Ego iohannis Curialis. et scriniarius. Complevi et absolvi per memorata tertia indictione †

CCCCV.

Christe fave.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi: Imperante domino nostro Constantino magno imperatore anno quinto. die prima mensis aprelis indictione tertia neapoli: Certum est nos iohannes humilis abbas monasterii domini et salvatoris nostri ihesu christi insule maris una cum cunta nostra congregatione monachorum memorati sancti et venerabilis nostri monasterii: A presenti die promtissima voluntate commutavimus et tradidimus tibi gregorio qui nominatur gaido filio quondam domini stephani qui iterum gaido vocabat: Idest integrum hortum nostrum iuris memorati sancti et venerabilis nostri monasterii positum vero foris istius urbis at campanianum at cripte qui nominatur antuline una cum arvoribus fructiferis vel infructiferis et cum dua intersica sua unum vero ex eo in capud ex ipsum hortum coniuntum parte meridiana in quo sunt ipse cripte: alio ex eo in latere ex ipso horto coniunto parte hoccidentis. et cum introitu suo omnibusque eis pertinentibus. choerente sivi de uno latere parte horientis hortum qui fuit de illu scapite datum et de heredibus quondam de illu tribunu marinu. et de alii qui ibi at fine sunt sicuti inter se sepis exfinat. ex alio latere parte hoccidentis hortum de sancta ecclesia beatissimi georgii situm at mercatum simul et memoratum intersicum et in latere ex ipsum intersicum coheret hortum ecclesie sante marie que appellatur incoronata et hortum heredum quondam domini ursi iudicis qui nominatur comite mauroni. de uno capite parte septemtrionis hortum heredum quondam domini marini qui

An. 1065.

Digitized by Google

nominatur et in aliquantum de hortum domini iohannis saviniani et ortum memorati heredes domini ursi comite mauroni sicuti inter se parietina et terminis exfinat. ex alio capite parte meridiana hortum monasterii sancti antoni de scapula monte pausilipense et ortum ecclesie sancti anastasii seu et memoratum alium intersicum et in capite ex ipsum intersicum in ipsa meridiana parte coheret via publica. et abinde quomodo vadit usque at litus maris et da ipso litus maris quomodo vadit intus mare pausitentum. de qua nichil nobis remansit aut reservavimus nec in aliena persona commisimus potestate. Ita ut a nunc et deimceps a nobis tibi sit commutatum et traditum in tua tuisque heredibus sit potestatem queque exinde facere volueritis semper liveram abeatis potestatem. et neque a nobis memorato iohanne humile abbate memorati monasterii una cum cunta nostra congregatione monachorum memorati sancti et venerabilis nostri monasterii. neque a posteris nostris nec a memorato nostro monasterio. nullo tempore numquam tu memoratus gregorius qui nominatur gaidus aut heredes tui quod absit abeatis exinde aliquando quacumque requesitionem aut molestiam per nullum modum nec per summissas personas a nunc et imperpetuis temporibus. Insuper omni tempore nos et posteris nostris memoratoque nostro monasterio exinde ab omni homine omnique persona in omnibus tibi tuisque heredibus antestare et defendere debeamus propter quod at vicem in presenti in commutatione recompensationisque accepimus a te exinde: Idest integrum hortum tuum situm vero foris istius urbis intus illum moricinum pictulum. quem concessum abemus a publica potestate et est insta murum istius civitatis una cum integrum intersicum suum in latere sius coniunctum parte horientis. et cum introitu suo omnibusque eis pertinentibus. coherente sivi de uno latere parte horientis turre que appellatur turre cinta. et memoratum intersicum quem superius a te in eadem commutatione accepimus. et a foris ipsum intersicum in eadem orientalis parte coheret modicum orticellum memorati nostri monasterii et via publica sicuti inter se ipsum intersicum quem superius a te in eadem commutatione accepimus et inter ipsum modicum horticellum memorati nostri monasterii exfinat faciem de statue illa marmorea que est fabrita in altum in faciem ex ipsa turre suptus secunda fenestra ex ipsa turre que est super ipsum modicum horticellum memorati nostri monasterii. et ipse modicum horticellum nostrum est insta trasenda nostra que ingredit in

Digitized by Google

obedientia nostra memorati nostri monasterii da mare que est ab intus memoratum moricinum. et a parte hoccidentis coherent ipsum hortum quem superius a te in eadem commutationem accepimus hortum de quidem truno qui nominatur balo et de gregorio germano suo genero tuo quomodo inter se termini et sepis de sambucis exfinat. de uno capite parte septentrionis memoratu muru publico. ex alio capite parte meridiana via publica. unde nihil tibi remansit aut reservasti set in nostra nostrisque posteris memoratoque nostro monasterio sit potestate quoque exinde facere voluerimus sicuti et quomodo in omnibus continet alia similis charta commutationis que tu nobis exinde fecisti de antestandi et defendendi: Quia ita nobis stetit: Si autem nos vel posteris nostris memoratoque nostro monasterio quobis tempore contra hanc chartulam ut super legitur venire presumserimus et in aliquid offensi fuerimus per quembis modum aut summissas personas tunc componimus tibi tuisque heredibus auri libras duas bythianteas: et hec chartula commutationis ut super legitur sit firma: scripta per manus iohannis primarii quem scribere rogatus per indictione memorata tertia † et oc recordando firmamus tibi ut qua ex ipsum hortum quem superius tibi commutavimus per annum exire et decurrere debeat. per ipsa terra ex ipsa diaconia sancti georgii at mercatum et per iamdicta terra ecclesie monasterii sancti antonii et per ipsa terra ipsius ecclesie sancti anastasii deinde badat et decurrat per illum canale publicum sicuti ab aere currit et fiat in ordine antestandi et defensandi sicuti superius tibi statutum abemus de ipsum ortum que superius tibi commutavimus †

† Sergius consul et dux subscripsi †
† Iohannes humilis abbas subscripsi †
† Iohannes humilis monachus subscripsi †
† Simeon humilis monachus subscripsi †
† Manso humilis monachus subscripsi †
† Ego petrus tabularius testis subscripsi †
† ego stefanus filius domini stefani testi subscripsi †
† ego gregorius filius domini gregorii testi subscripsi †
† Ego iohannes primarius Complevi et absolvi per indictione memorata tertia †

Digitized by Google

CCCCVI.

An. 1066. † Hanno ab incarnatione domini millesimo sexagesino sexto. Ego danembaldus comes de cucculo pro redemtionis anime mee. anc domini mei principis riccardi. capuane civitatis. omniumque parentum meorum. Martris nostre sancte ecclesie debita. exequi cupiens. serbitutem. Monasterii sancti sebastiani. quod est in balle. quarti. debita contulit libertate cum omnibusque monasterio. actinerit ut nullus quelibet ommine illius loci obedientie deserbiente. angariare. aut aliquam inferendo. iniuria molestare presumat. nec aliquis inde consuetudinaria uti mos est aput ceteros etxigat donacionem: quisquis vero statuti uius. temerarius fuerit violator. sciat se anathema. a domino promeriturum. Hoc autem munus. per manus patris mei spiritalis. dommini goffridi abersani episcopi. deo et sancto sevastiano. obtuli †

† Ego danembaldus fecit

† ego gauffridus episcopus testes sum †

ego marinus testis sum.

Digitized by Google

CCCCVII.

† In nomine domini dei salvatoris nostri ihesu christi. Imperante domino constantino magno imperatore anno septimo: Die tricesima mensis augusti indictione quinta neapoli: Certum est me iohannes qui nominatur gititiu filium quondam iohanni sartori qui iterum gitio clamabatur et quondam drosu que fuit anteriora conius eius iugalium personarum huna cum voluntate presenti marenda conius mea: A presenti die promtissima volumtate venumdedi et tradidi vobis petro filio quondam petri qui nominatur gualpulo qui fuistis de loco qui vocatur pindici territorio liburiano: et anna dudum thia mea hoc est iugales: Idest integra *domum mea* quantum et quomodo michi pertinet per quobis modum per memorata genitricem mea positum vero intus hanc civitatem neapolis intus curte commune que est secus platea publica que ascendit subtus forum, at marmorata quod est nominatiba in primis una inferiora fortiore cum integra superiora iterum fortiore constituta super exparte de eadem inferiora et sunt simul a parte orientis: seu et integra alia inferiora minore iusta ipsa inferiora fortiore parte hoccidentis una cum modica superiora super exparte ex ipsa inferiora minore et cum alià superiora que modo disternita esse videtur constituta super eadem modica superiora et super anditum commune qui ingredit at piscina commune. nec non et sex uncias de integra inferiora que est in capite de memorata inferiora fortiore que superius vobis venumdedi parte orientis quem memorato iohanni gitio genitori meo et memorata drosu genitrice mea anteriora conius sua. cum modica superiora super ipsa inferiora comparaverunt per chartula comparationis illorum da sellicta thia mea dudum cognata tua memorata anna filia quondam gregorii qui nominatur athalarico avio meo et da sergio presbytero filio quondam.....presbyteri qui nominatur de maroccia qui tunc graviter infirmatus erat de infirmitate paralisis memorato sergio presbytero pro vice sua et pro vice petri et anna uterinis germanis suis qui infra etate erant. quibus omnem licerem meum. ex ipsa chartula vobis dedi. utraque cum haheribus et aspectibus suis et cum integra omnem portionem et pertinentia mea que fuit de memorata genitrice mea et ad ea pertinuit per quobis modum de memorata

An. 1067.

Digitized by Google

piscina commune et de atrium suum seu et de memorata curte commune et de grade fabrite commune et de modica inferiora subtus ipse grade et de ballatorium commune qui modo distructus esse videtur. et de anditum altineum commune qualiter badit usque at memorata piscina commune. seu et de alium anditum terraneum commune que badit subtus memoratum ballatorium commune. et cum introitibus suis omnibusque eis pertinentibus. coherente sivi memorata inferiora fortiore et iamdicta inferiora minore secus se parte hoccidentis quas vobis venumdedi ut super legitur a parte septemtrionis curticella et trasenda de illi rigi et de consortibus illorum sicuti paries exfinat qui sunt fenestras cum cancellas pro lumen ibidem ingrediendi. et a parte meridiana memoratum anditum terraneum commune unde ipsa portione mea vobis venumdedi seu et inferiora de heredes memorate sellicte ut super legitur ut inter se paries exfinat ubi est memorata regia per quam ibidem introitum habere debeatis seu et inferioras de ipsis heredibus memorate sellicte sicuti clusas et signatas exfinat. et a parte orientis est memorata inferiora unde ipsas sex uncias memorate genitricis mee vobis venumdedi quem memorato genitori meo cum ipsa genitrice mea comparatum abuerunt ut super legitur sicuti inter se exfinat facie de unum trave maiore sarcenale qui substinet capitas de travicelli de sternimentum de memoratas superioras ipsa denique faciem quem ex ipsum trabe est a parte orientis: et a parte occidentis coheret memorata piscina comune ut super legitur et memoratas superioras quas vobis venumdedi. Coherent sivi a memorata septentrionalem parte aheres de super ipsa trasenda et curticella de ipsi rigi et de iamdictis consortibus illorum. et a parte meridiana memoratum anditum altineum communem ut super legitur sicuti inter se clusa exfinat ubi est regia propria ex ipsa superiora fortiore que vobis venumdedi unde ibidem introitum abere debeatis. set inter ipsa superiora minore que vobis venumdedi et inter eodem anditum iterum exfinat signata que est secus cantus de regia commune que ingredit at memorata piscina commune ipse denique cantus qui est a parte meridiana et respicit in parte orientis et septemtrionis et qualiter badit in signata longa que est facta in frundale de super regia de oc que vobis venumdedi. etiam ipse anditus communis revolvit ab intus ipsa fine de memoratu cantu in parte septemtrionis et pe-

Digitized by Google

rexiet per eadem regia commune at memoratum atrium de memorata piscina commune. unde simul omnem portione et pertinentia mea vobis venumdedi quantum exinde pertinuit at memorata genitricem mea. set memorata superiora que modo disternita esse videtur que vobis venumdedi est coniuncta da memorata meridiana parte cum superiora disternita de memorati heredes memorate sellicte thie mee sicuti unum travicellum communem exfinat: et a parte orientis coheret modica superiora vestra que vos comparastis per firmissima chartula comparationis vestra da memorata sellicta thia mea et da memorato sergio presbytero et iamdicto petro et anna uterinis germanis exadelfis meis sicuti signate exfinant. et a parte occidentis est memorata piscina et atrium suum simul commune ut super legitur. seu et domum heredes de illu miliacciolum: et memorata inferiora unde ipsas sex uncias memorate genitricis mee vobis venumdedi ut super legitur. iterum coheret sivi a parte horientis domum de ominibus de ferrunianum ut inter se paries exfinat: et a parte hoccidentis memorata inferiora fortiore que vobis iterum venumdedi ut inter se exfinat memorata facie de memoratum trave maiore ut super legitur. et a parte septentrionis memorata curte et trasenda de ipsi rigi et de iamdictis consortibus illorum. et a parte meridiana curte commune: et memorata modica superiora unde ipsas sex uncias memorate genitricis mee vobis venumdedi ut super legitur coheret a parte orientis et hoccidentis memoratas superioras vestras. et a parte septemtrionis aheres desuper ipsa curte de ipsi rigi et de ipsis consortibus illorum: De qua nihil mihi exinde aliquod remansit aut reserbavi nec in aliena personas commisi potestatem. et a nunc et deinceps a me vobis sit venumdatum et traditum in vestris vestrisque heredibus sit potestatem queque exinde facere volueritis semper liveram habeatis potestatem. et neque a me memorato iohanne qui nominatur gitio cum volumtate memorate marende coniugi mee. neque a nostris heredibus nullo tempore numquam vos memorato petro et anna iugales aut heredes vestris quod absit abeatis exinde aliquando quacumque requesitionem aut molestia per nullum modum nec per summissis personis a nunc et imperpetuis temporibus. Insuper omni tempore ego et heredes mei vobis vestrisque heredibus exinde ab omnis omines omnique personas in omnibus antestare et defendere debeamus. pro

Digitized by Google

eo quod in presentis accepi a vobis exinde Idest auri solidos decem et septe de tari de amalfi ana quatuor tari per solidos in omnem decisione seu deliberatione : Quia ita inter nobis combenit : Si autem ego aut heredes mei quobis tempore contra hanc chartulam ut super legitur venire presumpserimus et in aliquit offensi fuerimus per quobis modum aut summissis personis tunc componimus vobis vestrisque heredibus auri solidos triginta quatuor bythianteos. et hec chartula ut super legitur sit firma scripta per manus iohannis curialis per indictione quinta † hoc signum † manus memorati iohanni cum voluntate memorate marende coniugi sue quod ego qui memoratos pro eis subscripsi et memoratos solidos traditos vidi †

† ego gregorius filius domini stefani testi subscripsi et suprascriptos solidos traditos bidi †

† ego iohannis filius domini iohanni testi subscripsi et suprascriptos solidos traditos bidi †

† Ego petrus filius domini iohannis testi subscripsi et memoratos solidos traditos bidi †

† Ego iohannis Curialis Complevi et absolvi per indictione memorata quinta †

Digitized by Google

CCCCVIII.

† In nomine sancte et individue trinitatis. Anno ab incarnatione domini nostri Iesu Christi millesimo sexagesimo septimo. Et septimo Anno Regni domini constantini qui est dux..... imperatore nostro. mensis november quinta indictione. En ego Iacinthus gratia dei episcopus Tertio Anno praesulatus mei sancte sedis Iuvenaciensis ecclesie Clarefacio quoniam iohannes venerabilis sacer et monachus qui et abbas sancti nikolai de loco vetete. lavoravit de proprio suo expendio unam ecclesiam cuius vocabulum est beate et gloriose semperque virginis dei genitricis marie et est videtur ecclesia ipsa in loco valene qui est pertinentiis de iam dicta nostra civitate. et diocesis prephati nostri episcopii. Sed enim postquam lavoravit ecclesia ipsa praedictus iohannes sacer et monachus atque abbas in iam dicto loco sicuti dixi de proprio suo expendio. obsecravit me nimium ut pro amore dei allivertarem ego ei ad trasactum ipsa affata ecclesia cum sua pertinentia. Quapropter ego qui supra iacinthus episcopus una cum maionem iudicem et advocatorem nostri prephati episcopii. Quam et cum consensu mirando imperiali critis et basili conclericoni qui et abbas nostri episcopii. et cum leonem archidiaconus. et sifando diaconus et primicerius quam et cum consensu presbiterorum. diaconorum. et clero nostre catholice. per ferulam seu et per hunc videlicet scriptum livertationis mee. Concedo adque adlivertabo tibi supradicto iohanne sacer et monachus atque abbas ipsa prenominata ecclesia cum sua pertinentia. quem sicut dixi de proprio tuo expendio lavorasti illam in iam dicto loco valene ut superius legitur. In tali hordine adlivertavi tibi ut dixi supradicta ecclesia tua cum sua pertinentia. et cum stabilibus et mobilibus quod ibidem pertinet in iam dicta ecclesia. ut amodo et in antea omnibus temporibus tam tu qui supra iohannes sacer et abbas quam et tuos successores cuius ipsa nominata ecclesia reliqueris aut tuos heredes. licentiam habeatis hordinare in praedicta sancta ecclesia presbiteros et clericos seu monachos undecumque habere potueritis sine omni requisitione et contrarietate mea meisque posteris contradictione. Et qualemcumque offertionem intraverit in iam dicta ecclesia ut tam vos quam et vestris heredibus vel cui eadem ecclesia admiseritis. potestatem habeatis exinde facere vel hor-

An. 1067.

Digitized by Google

dinare omnia et in omnibus quod volueritis. sine mea meisque posteris contradictione. vel requisitione. et potestatem habeatis in iam dicta ecclesia sonare pulsum aut campana et omni hora ibidem die noctuque facere sicut decet. Et ipsos sacerdotes aut clericos seu monachos qui in iam dicta ecclesia hordinaveritis. nullam licentiam sine probata culpa habeamus nec ego nec meos successores illos exinde removere. aut ipsa ecclesia eis contrare. nec illos excommunicare per nullum ingenium. Nam si ego qui supra iacinthus episcopus aut meos successores de omnia ut legitur superius removere aut contrare quaesierimus tibi qui supra iohanne sacer et monachus atque abbas tuisque heredibus aut cui ipsa ecclesia dederitis. et aliquid exinde subtrahere vel levare voluerimus sive de offertione. sive de boto. vel de quiscumque casus quod in iam dicta ecclesia pertinet. per nos aut per summissos nostros pro quocumque ingenio obligata pena subiaceamus ad ipsa iam dicta ecclesia dare vobis solidos ducentos et alios ducentos solidos in domnico. et sic postea pro inbitis observemus ea quae superius legitur. Et quam enim scriptum concessionis seu livertationis mee in supradicta ratione omni tempore firmum et stabile permaneat. Quam te supradictus leonem archidiaconus qui et primiscrinius. taliter scribere iussi intus praedicta civitate anno mense et indictione nominata pro eo quod intus fuisti et consentisti et propriis manibus meis hic me testavi.

† Iacinthus qui supra gratia domini episcopus sancte sedis iubenaciensis ecclesie

† Mirandus qui supra quicquid sum.

† Maio qui supra imperiali critis et advocator.

† Sifandus qui supra diaconus et primicerius ego :

† Sikynolfus presbiter teste :

Digitized by Google

CCCCIX.

† In nomine domini amen. Anno dominice incarnationis millesimo sexagesimo octavo et vicesimo nono anno principatus donni landulfi Gloriosissimi principis mense decembris quarta indictione. Dignum est ut ea que inter homines contrahuntur redigantur in scriptis ne propter memoriam hominum que ad dilabendum facilis invenitur detur in posterum partibus materie litigandi unde coram me Iudice petro Castri Casalfani pro eo tempore eiusdem castri Iudice et Notario Robberto eiusdem castri puplico notario et testibus infrascriptis rogatis inrogatis. licteratis et illicteratis. et ad hoc specialiter convocatis. Nobles viri anihelo et raynaldus domini castri casalfani bona et gratuita voluntate et pro redeptione animarum suarum parentumque suorum adelberto venerabili abbati monasterii sancti petri in planisio et conventui eiusdem pro parte et nomine dicti monasterii donant. offerunt. et concedunt. Ecclesiam sancti Laurentii sitam in territorio castri casalfani sine contradictione archiepiscopi benentani. archipresbyteri et clericorum castri casalfani. sine contradictione eorum et illorum heredum et sine cuiusque requesitione cum omnibus pertinentiis suis. terris. tenimentis proventibus et redditibus ipsi ecclesie per confines inferius designatas in perpetuum ad habendum. tenendum. et possidendum et usufruendum. tanquam verus et legitimus dominus. habere. tenere et possidere. et usufrui potest et debet. Fines predictorum sunt Hii. In primis dictam ecclesiam sita est in loco qui dicitur planities sancti laurentii. cuius possessiones confinant hiis finibus et mensuris. A capite est vinea domini simeonis et per capud vinee cesarii et vadit per fines terre zorobabelli quam dedit sancto Laurentio. et vadit per limitem ipsius usque ad capud vicende vallis iohannis regii et vadit usque ad fontem de serra. deinde venit per viam de supra et descendit per paludes et valle que sunt ultra russulam. et deinde vadit intra laus..... descendens in vallonem qui est terminus inter territorium castri macde et territorium castri casalfani. deinde venit usque in viam puplicam que vadit a castro casalfani ad castrum macde et per ipsam viam venit usque ad locum qui dicitur vineales et per capud de ipsis..... vadit usque ad caput vinee domini

An. 1068.

Digitized by Google

dardani et inde venit per capud vinee gualteri de orlando et sic ipse finis redit in priorem finem et extra confines praedictos petia una terre est in loco qui dicitur altemmanni. ab una parte est terra mathei de rustico. ab alia parte est terra magistri clementis. alia petia terre est in loco qui dicitur macde. ab una parte est terra cesarii ab alia parte est terra de bernardo. alia terra est in loco qui dicitur radeta sub via. ab una parte est terra iohannis de matheo. ab alia parte est via publica. alia terra est in loco qui dicitur ripa corvaria ab una parte est terra ..... ab alia parte est ipsa ripa corvaria quam dictam ecclesiam cum pertinentiis suis tenimentis terris cultis et incultis proventibus et redditibus supradictis predicti domini castri casalfani anihelo et raynaldus prenominato abbati et conventui predicto pro parte et nomine dicti monasterii donant. offerunt et concedunt libere et absolute sine sua heredumque suorum ac successorum suorum contrarietate. Et ut hec chartula eorum donationis concessionis et confirmationis firma et stabilis permaneat in perpetuum obligarunt se qui supra anielus et raynaldus eam defendere et antistare et eorum heredes et successores contra omnes personas inferentes molestiam cisdem ipsi qui si defendere noluerint eorum heredes et successores aud hoc removere voluerint componant quingentos soldos constantinos medietatem ipsorum regali curie et alteram medietatem iamdicto monasterio cartula tamen firma et in perpetuum valitura et predicti domini anyelus et raynaldus rogaverunt adelbertum venerabilem abbatem prefati monasterii in cuius manibus hec. confirmarunt ut ipsi vel eorum heredes aud eorum successores retornare aut removere quesierit facerent excomunicationem. Ego qui supra adelbertus indignus abbas cum omnibus fratribus nostris excomunicamus maledicimus atque anathematizamus ex parte dei patris ei beate marie semper virginis et beati michaelis archangeli et beati petri apostolorum principis et omnium sanctorum omnes qui predictam confirmationem et donationem disrumpere quesierit vel minuere temptaverit. et portio eius fiat cum iuda traditore donec satisfecerit et emendaverit. Et ut huic scripture fides plenius habeatur. Ego predictus iudex petrus de mandato et ad preces partium predictarum per manus predicti notarii Robberti feci redigi hoc presens scriptum in puplicum documentum. quod ego robbertus puplicus castri casalfani notarius mandato dicti iudicis petri de voluntate et consensu partium utriusque partis

Digitized by Google

precibus et mandato scripssi et meo solito signo signavi actum in castro casalfani sollepniter sub anno mense et indictione pretitulatis

† Ego petrus iudex testis sum et signum † feci
† Ego iohannes de nicola testis sum et signum † feci
† Ego rao filius iohannis testis sum et signum † feci
† Ego guillelmus de benedicto testis et signum † feci
† Ego marinus de iacobo testis et signum † feci

CCCCX.

† In nomine domini dei salvatori nostri ihesu christi dei eterni : octavo anno comitatus domini riccardi gloriosi francorum comes in urbe averse : et duodecimo anno principatu eius capue. cum domino iordano filio eius mense februario obtava indictione : ideoque ego rainaldo filio quondam asgocti vicicomiti qui fuit ex genere francorum et ego suprascripto rainaldo per absolutione et voluntarie de domino ubberto franco qui nominatur de illum episcopum : A presenti die promptissima boluntate pro amore dei omnipotenti : et beati blassii christi confessoris qui constructum est iusta averse : et pro redemptione anime mee seum et pro redemptione anime de suprascripto genitori meo : ut aput deus omnipotens in futuro seculo requiem et adiutorium inbenire possamus : Offero atque in presentis trado in suprascripto sancto monasterio : ipsius ecclesie idest integra una petia de terra mea qui mihi pertinet per donatione a parte de suprascripto seniori meo : que abeo in tulianu maiores : et ipsa petia de terra nominatur accesa romanum : et est per mensura per passi modia quattuor : qui avet finis : unum latu tenet in terra de ecclesie sancti agneli christi confessoris qui constructum est intus neapoli : et alium latu tenet in terra de balcolino franco. et de petro cui super nomen zancone. unum capu tenet in terra de dominico de pardi et alium capu tenet in terra de suprascripto balcolino : Hec autem predicta petia de iamdicta terra qualiter per suprascriptas coherentias illas circumdant una cum omnia intro habentibus subter vel super : et cum via sua ibidem intrandi et exiendi cuncta et integra ab odierna die et deinceps a me cum bolumtate suprascripto seniori meo siat offertum et

An. 1070.

Digitized by Google

traditum in suprascripto sancto monasterio sancti blassii: ad abendum et possidendum illos in sempiternum: et neque a me suprascripto rainaldo cum boluntate de iamdicto seniori meo: neque a nostris posteris vel a nostris heredibus: de suprascripta petia de iamdicta terra sicut superius legitur que in suprascripto sancto monasterio offertum habemus: ipso sancto monasterio. et abbatissa qui ibidem regunt: non abeat quacumque requesitione aut molestia per nullum modum: nec per summissas personas a nunc et imperpetuis temporibus: Insuper omni tempore nos et posteris nostris in suprascripto sancto monasterio supraseriptam petiam de iamdicta terra qualiter superius legitur defendere debeamus ab omnis homines omnique persona: et si ego suprascripto rainaldo aut meos seniores vel nostris posteris aut quavis persona hominum suprascriptam petiam de iamdicta terra qualiter per suprascriptas coherentias illas circumdant: de suprascripto sancto monasterio illas subtrahere aut alienare boluerit: abeat maledictionem ab omnipotenti deo: et a trecentorum decem et octo patrum partemque abeat cum anna et cayfa et cum iuda traditore domini nostri ihesu christi: et aperiat terra et eglutiat eum: quomodo fecit de dathan et abiron: Insuper ista maledictio siat componiturus in suprascripto sancto monasterio auri solidos centum bizanteos: et hec cartula offertionis qualiter continet sit firma permaneat: imperpetuum Et te petrus diaconus et notarius scribere rogavimus actum averse per suprascripta indictione: Hoc signum manum a suprascripto rainaldo cum boluntate de suprascripto seniori suo ab eis rogatus pro eo subscripsi:

† Ego adenolfus presbyter testi subscripsi † † †

† Ego iohannes presbyter † † †

† Ego sici..... † † †

Digitized by Google

CCCCXI.

† IN NOMINE DOMINI SALVATORIS NOSTRI IHESU CHRISTI DEI ETERNI: IORDANUS DIVINA ORDINANTE PROVIDENTIA CAPUANORUM PRINCEPS PETITIONI DILECTI SUI CLEMENTER FAVET.

Igitur fidelium nostrorum presentium ac futurorum noverit multitudo. qualiter ob amorem dei et salutem anime nostre. quam etiam et pro salute genitoris ac genitricis nostre. magne recordationis principis richardi et fredessinde. damus Concedimus ac Confirmamus monasterio sancti laurentii levite et martiris christi qui dicitur ad septimum cui dominus rainaldus venerabilis abbas preest Videlicet startiam que dicitur de ceraso quam heredes ugonis blanci dederunt eidem monasterio sancti laurentii qui et dicitur de aversa. et ortos et curtisanos qui sunt prope muros averse sicut Ugo blancus dedit predicto monasterio. In quibus ortis liceat abbatibus prioribus et rectoribus ipsius monasterii homines coadunare et habitationem hominum facere si voluerint. de quibus hominibus si illic ad habitandum venerint omne servitium. et censum et dationes publicalia et scaditiones. et alia omnia que parte rei publice facere et persolvituri essent quocumque modo prefato monasterio Concedimus et viridiarium quod est iuxta forum de die sabbati. et lacum patriensem cum lintribus et paraturis et piscationibus et universis pertinentiis suis et monasterium sancti blasii quid est prope prescriptum monasterium cum hominibus et pertinentiis suis. Remota omni inquietudine vel molestatione cuiuscumque iudicis Comitis castaldei et omnium mortalium persone. Quod si quislibet hominum magna vel parva persona Contra hanc nostri precepti firmitatem agere presumpserit. aud. eius violator in quocumque fieri temptaverit sciat se compositurum auri purissimi libras quinquaginta medietatem nostre camere. et medietatem prefato monasterio. dominoque abbati suisque successoribus. et soluta pena huius nostre Concessionis et confirmationis hoc scriptum munitum firmum et stabile maneat in perpetuum. Ut autem hec nostre Concessionis et confirmationis pagina firmius

Digitized by Google

credatur et ab omnibus observetur. manu nostra propria eam Corroborabimus nostrique sculpiri annuli iussimus impressione.

SIGNUM



DOMINI IORDANIS
EXCELLENTISSIMI PRINCIPIS.

EX IUSSIone PRefate Serenissime potestatis scriptum per manus Cansolini in anno tertiodecimo principatus ipsius domini Iordanis et octavo anno ducatus eius

DAT PRidie idus iunii anno ab incarnatione domini nostri Ihesu Christi M Septuagesimo PER indictionem octavam.

Digitized by Google

CCCCXII.

† IN NOMINE DOMINI SALVATORIS NOSTRI IHESU CHRISTI DEI ETERNI. IORDANUS DIVINA ORDINANTE PROVIDENTIA CAPUANORUM PRINCEPS PETITIONI DILECTI SUI CLEMENTER FAVET. An. 1070.

Igitur fidelium nostrorum presentium ac futurorum noverit multitudo. qualiter ob amorem dei et salutem anime nostre. quam etiam et pro salute genitoris et genitricis nostre. magne recordationis principis richardi. et fredessinde damus Concedimus ac Confirmamus monasterio sancti laurentii levite et martiris christi qui dicitur ad septimum cui dominus rainaldus venerabilis abbas preest. Videlicet startiam que dicitur de ceraso quam heredes Ugonis blanci dederunt eidem monasterio sancti laurentii qui et dicitur de aversa et ortos et curtisanos qui sunt prope muros averse sicut Ugo blancus dedit predicto monasterio. In quibus ortis licet abbatibus prioribus et ipsius monasterii rectoribus homines coadunare. et habitationem hominum facere et Iudices ad eos iudicandos ordinare et statuere quos voluerint. de quibus hominibus si illic ad habitantum venerint omne servitium. et censum. et dationes publicalia et scaditiones et alia omnia que parti rei publice facere et persolviturі essent quocumque modo. prefato monasterio libere et absolute concedimus. Concedimus et viridiarium quod est iuxta forum de die sabbati. et lacum patriensem cum lintribus et paraturis et piscationibus et universis pertinentiis suis. et monasterium sancti blasii quod est prope prescriptum monasterium cum hominibus et pertinentiis suis. Remota omni inquietitudine vel molestatione cuiuscumque iudicis. Comitis castaldei et omnium mortalium persone. Quod si quislibet hominum. magna vel parva persona Contra hanc nostri precepti firmitatem agere presumsperit aut eius. violator in quocumque fieri temptaverit sciat se compositurum auri purissimi libras quinquaginta. medietatem nostre Camere. et medietatem prefato monasterio. dominoque abbati suisque successoribus. et soluta pena huius nostre Concessionis et confirmationis hoc scriptum munitum firmum ac stabile maneat in perpetuum. Ut autem hec nostre Concessionis et Confirmationis pagina

Digitized by Google

firmius credatur et diligentius ab omnibus observetur. manu nostra propria eam Corroborabimus. nostrique tiparii iussimus impressione sculpiri.

SIGNUM



DOMINI IORDANIS
EXCELLENTISSIMI PRINCIPIS.

EX IUSSIone PRefate serenissime potestatis scriptum per manus Cansolini in anno tertiodecimo principatus ipsius domini iordanis et octavo anno ducatus eius

DAT PRidie idus iunii anno ab incarnatione domini nostri Ihesu Christi. M septuagesimo PER indictionem octavam.

Digitized by Google

CCCCXIII.

† In nomine domini dei Salvatoris nostri Ihesu Christi: Imperante domino nostro romano et michaelio seu andronico et costantino porfilogenito magnis Imperatoribus anno tertio: die vicesima mensis martii indictione nona neapoli: Certum est me sergium qui nominatur radipacca filium quondam iohannis curialis: A presenti die promtissima voluntate eo quod vos videlicet domino stephano venerabili igumeno monasterii sanctorum sergii et bachi qui nunc congregatum est in monasterio sanctorum theodori et sebastiani qui appellatur casapicta situm in viridiario dignatis estis me recipere in ipso vestro monasterio: deinde et ego per ac chartula hoffero et trado in eodem sancto et venerabili vestro monasterio idest integra terra mea qui est inter carpinianum et malitum pictulum qui mihi pertinet per quondam sergio qui nominatur toro abio meo quod est integra una clusuria cum integra una petia de terra iuxta se seu et integra alia terra mea posita in malitum simul et cum integra terra mea que nominatur kalimera posita in memorato loco malitum insimul una cum arvoribus et introitas earum omnibusque sivi generaliter et in integro pertinentibus et cum omnia intus se habentibus: et coheret sivi ad ipsa terra qui est inter carpinianum et malitum pictulum ab uno latere terra heredes quondam iohannis qui nominatur kactilla de memorato loco carpinianum et abet ibidem de longitudine passi quinquaginta unum et de alio latere terra ecclesia sancti protomartiris stephani de arco roticorum: sicuti inter se terminis exfinat: et abet ibidem de longitudine passi similiter quinquaginta unum: de uno capite ad ipsa petia de iamdicta terra est una clusuria que vobis offeruit qui fuit de memorato quondam abio meo ut super legitur et abet ibidem ipsa petia de memorata terra passi viginti: et de alio capite terra quondam mauri qui super nomen bucculario de memorato loco carpinianum et abet ibidem de latitudine passi decem et octo et medium at passum ferreum sancte neapolitane ecclesie: et ipsa alia petia de memorata terra qui est in memorato loco malitum est coniuncta parte horientis cum terra de ominibus de memorato loco carpinianum: et a parte hoccidentis terra de omnibus

An. 1071.

Digitized by Google

de ipso loco carpinianum et ipsa terra que nominatur kasamera coheret sivi a parte horientis terra heredes quondam gregorii qui nominatur aurimundo: et a parte hoccidentis terra heredes quondam gregorii curialis et scriniarii: Insuper dedi et aput vos remisi et duobus chartulis et una merissis divisionis ex ipsa terra continentes: huna ex ipse chartule recetatiba que fecerunt distributoribus anime quondam leoni filio quondam domini iohannis et quondam theodonanda iugalibus: et ipsa alia que fecit maria filia quondam marini massarii qui cognominatur arpato et quondam eupraxia iugalibus una cum consensu et voluntate cesarii viri sui: seu et cum consensu et voluntate domini theodoti monachi abio suo: at domino sergio cui super nomen avorto et merissis fecit eupraxia honesta femina filia quondam domini sergii et quondam domina maria iugalihus una cum consensu domini petri comitis viri sui at drosu honesta femina uterina germana sua: memorata drosu cum consensu iohannis viri sui de terris illorum de memorato loco malitum et de sanctum petrum at paternum quod est super clibum vel que ad eis pertinuit per memoratis iugalibus genitoribus illorum: De quibus nihil michi ex ipsas terras quas vobis obtulit cum omnibus sivi pertinentibus ut super legitur aliquod remansit aut reservavi nec in aliena cuiusque personas quod apsit comisi aut iam commicto potestate: set a presenti die et deinceps a me vobis sit hoffertum et traditum ad avendos illut in ipso vestro monasterio usque in sempiternum: et neque a me memorato sergio qui nominatur radipacca neque a meis heredibus nec a nobis personas summissas nullo tempore numquam ipso monasterio quot apsit abeant exinde aliquando quacumque requesitione aut molestia per nullum modum nullamque adinventam ratione a nuc et imperpetuis temporibus: Insuper et av omni homines omnique personas omni tempore ego et heredibus meis vobis vestrisque posteris et in ipso monasterio illut in omnibus antestare et defensare debeat pro eo quod ut superius legitur accepistis in memorato vestro monasterio quia ita nobis vone voluntatis complacuit: si autem aliter fecerimus de chis omnibus memoratis per quobis modum aut summissas personas tunc ille qui illut ausus fuerit penetrare sub anathematis vinculis sit hobligatus abetque maledictione a trecentos decem et octo patres Insuper componat pars infidelis at partem fidem serbantis auri solidos sexaginta vithianteos et ec

Digitized by Google

chartula ut super legitur sit firma scripta per manus sergii curialis per memorata indictione † hoc signum † manus memorati sergii qui nominatur radipacca quod ego qui memoratos ab eis rogatus pro eo subscripsi †

† Ego iohannes: curialis et scriniarius: testis subscripsi †

† ego aligernus filius domini iohannis testi subscripsi †

† ego gregorius filius domini stefani testi subscripsi †

† Ego sergius Curialis: Complevi et absolvi per memorata nona indictione †

CCCCXIV.

† In nomine domini dei Salvatoris nostri Ihesu Christi: Imperante domino nostro romano et michaelio seu constantino porfilogenito et andronio magnis imperatoribus anno quarto: die quinta decima mensis octubri indictione decima neapoli: Certum est nos iohannis subdiacono et gregorio clerico uterinis germanis filiis quondam domini iohannis presbyteri et primicerii qui nominabatur riatharo custus vero ecclesie sancti seberi at gurgite regione summa platea: A presenti die promtissima volumtate promictimus tibi stephano filio quidem iohannis de stephano de maria abitatoribus de loco qui nominatur piscinule: propter integra petia de terra iuris ipsius ecclesie sancti seberi positum in loco qui vocatur at sanctum sossium at cannitum cum arboribus et fructoras suas et cum introitum suum et omnibus sibi pertinentibus coherente sibi ab una parte terra ecclesie sancti apacii sicuti terminis exfinat et de alia parte terra de illi sticarelli: et da tertia parte terra ecclesie sancti sossii. ex ipso loco et da quarta parte terra ipsius ecclesie sancti sossii quas vero memorata integra petia de memorata terra quas tibi tuisque heredibus dedimus at detinendum et at laborandum in eo enim tenore: quatenus in tua tuisque heredibus sint potestatem eas tenendi et dominandi et per omni annuo illas seminandi et cultandi caucumminas et bites per omni annuo ibidem ponendi et plantandi ut meruerit et sicut iustum fuerit ad omni vestro expendio: et omnia quod ibidem de subtus feceritis in quolibet seminatum in tua tuisque heredibus sint potestatem faciendi que volueritis tantumodo tu et heredibus

An. 1071.

Digitized by Google

tuis nobis nostrisque posteris et at memorata ecclesia per omni annuo per estatem terraticum dare et atucere debeatis de quale bictum ibidem seminaberitis tanta modia quanta modia sunt memorata petia de memorata terra vonum siccum tractum et daductum usque intus domos nostra mensuratum at culmum: et quantum binum mustum mundum et saccapanna seu fructoras ibidem dominus deus dederint tibi damus illut inter nobis per medietatem at palmentum vestrum tu et heredibus tuis medietatem et nos et posteris nostris et memorata ecclesia alia medietate set ipsa medietate nostra nos et posteris nostris illut exinde traere debeamus ad omni nostro expendio et tu et heredibus tuis illut vindemiare debeatis ad omni vestro expendio. et dum nobiscum illut vindemiaberitis duos omines nostros unum at campum et alium at palmentum enutrire debeatis sicut iustum fuerit binum vero at bivendum at ipsis operariis qui ibidem bindemiaberint et untum pro condiendum de communi exire debeas: et nullatenus presumimus nos aut posteris nostris vel memorata ecclesia tibi tuisque heredibus illos tollere per nullum modum tantes et peraientes tum per omni annuo memoratum terraticum et omnia memorata atimplentes per ordine qualiter superius legitur: et dum illut in oc placito tenueritis nos et posteris nostris tibi tuisque heredibus illut defendere debeamus da omnes homines omnique personas de intus istam civitatem dum nos memorata ecclesia tenuerimus absque omni data hoccansione: quia ita nobis stetit: si autem aliter fecerimus de is omnibus memoratis per quobis modum aut summissas personas tunc componimus nos et posteris nostris et memorate ecclesie tibi tuisque heredibus auri solidos duodecim bythianteos: et hec chartula ut super legitur sit firma scripta per manus stephani scriniarii filius domini iohannis scriniarii per memorata decima indictione †

† ego iohannes subdiaconus subscripsi †

† ego gregorius subscripsi †

† ego sergius filius domini iohanni testi subscripsi †

† ego gregorius filius domini sergii testi subscripsi †

† ego sergius filius domini leoni testi subscripsi †

† Ego iohannis Curialis: et scriniarius: Complevi et absolvi per memorata decima indictione †

Digitized by Google

CCCCXV.

† In nomine domini dei Salvatoris nostri ihesu Christi: Imperante domino nostro romano et michaelio seu constantino porfilogenito et andronio magnis imperatoribus anno quarto: die septima mensis decembrii indictione decima neapoli: Certum est nos urso et lunisso uterinis germanis filiis quondam domini iohannis de domini lunissi et quondam domina stephania honesta femina iugalium personarum: ego memorato urso cum consensum rimigna honesta femina conius mea. et ego memorato lunissi cum voluntate maria honesta femina conius mea. A presenti die promtissima voluntate promittimus vobis iohannis qui super nomen cafaro filio quondam iohanni qui nominabatur caniculo. et iohannis qui vocatur pappadeum filio quondam marini qui iterum pappadeum vocabat et quondam maria qui fuit uterina germana tua memorati iohanni cafari iugalium personarum hoc est thio et nepote: propter integras terras vestras que nominatur at casanoba positum in loco qui vocatur caccucauli super clibum benebentanum: et fuit ipsa casa vestra ut super legitur de petro de cimina defiso vestro filio quondam iohanni defisi vestri: etiam et memorato petro defiso vestro ipsa terra venumdedi at petro macellario filio quondam landiperto viatore per chartula et postea cum memorato iohannes cafaro cum memorata quondam marta uterina germana et genitrice vestra da eum illos recollixistis hecce iam per plurimos annos per legem pro congruum de terra vestra qui ibidem coniunta est per firmissima chartula recetatiba securitatis vestra quem ipse vobis factam abes: Una cum arboribus fructiferis vel infructiferis et cum integra piscina et palmentum et subscetorium suum et cum introitas earum et omnibus sibi pertinentibus: quia nullatenus presumimus nos aut heredibus nostris vel alia quabis personas pro nostris bicibus neque abeamus licentiam aliquando tempore nos vel nostris heredibus exinde querere aut contrare per nullum modum nec per summissas personas nullamque adimbenta ratione a nunc et imperpetuis temporibus: set ipsa terra cum omnibus eis pertinentibus ut super legitur in vestra vestrisque heredibus sint potestatem faciendi exinde omnia que volueritis: Insuper et si quabis personas vel vestris heredibus exinde at querendum

An. 1071.

Digitized by Google

beneris per quobis modum per nos aut per nostris heredibus sibe pro qualecumque defensaticum aut pro qualecumque dominatione in memorato petro de cimina defiso vestro vel in suis heredibus abendum per quobis modum tunc statim omni tempore nos et heredibus nostris vobis vestrisque heredibus eos exinde desuper tollere et tacitos facere debeamus absque omni vestra vestrisque heredibus qualibet damnietate nullam exinde mittentes hoccansione quia ita nobis stetit : Si autem aliter fecerimus de is omnibus memoratis per quobis modum aut summissas personas tunc componimus nos et heredibus nostris vobis vestrisque heredibus auri solidos triginta bythianteos : et hec chartula ut super legitur sit firma scripta per manus stephani scriniarii filius domini iohanni scriniarii per memorata decima indictione † hoc signum † manus memoratas personas quod ego qui memoratos ab eis rogatus pro eis subscripsi †

† ursus subscripsi †

† ego sergius filius domini iohannis testi subscripsi †

† ego sergius filius domini leoni testi subscripsi †

† ego stefanus filius domini iohanni testi subscripsi †

† Ego iohannes : Curialis et scriniarius : Complevi et absolvi per memorata decima indictione †

Digitized by Google

CCCCXVI.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Cbristi: Imperante domino nostro romano et michaelio seu andronio et Constantino porfilogenito magnis Imperatoribus anno quarto: die tertia mensis magii indictione decima neapoli: Certum est me gregorium clericum filium quondam domini iohannis venerabilis presbyteri et primicerii qui nominatur spadaro qui fuit custus ecclesie sancti seberi cuius aula fulgit intus ac civitate neapolis in vico qui nominatur radios solis qui et gurgite dicitur regione summa platea: A presenti die promtissima voluntate promictimus vobis domino stephano venerabili Igumeno monasterii sanctorum sergii et bachi qui nuc congregatus est in monasterio sanctorum theodori et sebastiani qui appellatur casapicta situm in viridiario vobis autem et at cunta ipsa vestra congregatione monachorum memorati sancti et venerabilis vestris monasterii propter integra memorata ecclesia sancti seberi iuris ipsius sancti vestris monasterii hubi domino volentem me ibidem custodem confirmastis In eo enim tenore quatenus a nuc et omnibus diebus vite mee in eadem ecclesia sancti seberi custus exere debeas et ibidem die noctuque omnem hofficium sacerdotale facere seu facere facias hoc est vesperos et matutinas seu missarum sollemnias et oris laudibus et luminariorum concinnatione sine mora ibidem facere seu facere facias hud aqud deum mihi et vobis exinde mercis atcrescat et coram hominibus laus: et pro alimoniis meis dedistis et tradidistis mihi totius vite mee memorata integra ecclesia sancti seberi iuris ipsius sancti vestris monasterii una cum domibus et abitationibus seu cellis rebus et substantiis atque possessionibus et codicibus et ornamentis cum omnibus terris et cum illa terra de oco qui nominatur piscinule qui at nipiticum dicitur quas ibidem comparavit memorato genitori meo insimul cum arvoribus et fructoras suas et cum introitas earum et omnibusque sivi pertinentibus: quatenus in mea totius vite mee sint potestatem illos tenendi et dominandi seu frugiandi et ipsis rebus curiositer lavorandi et at lavorandum dandi atque fruendi et comedendi et de ipsas frugias faciendi omnia que voluero totius vite mee: et omnia quod ibidem hoffertum vel datum fuerit sive a biribus vel a mulieribus si fuerit mobile in mea sit potestate: si

An. 1072.

Digitized by Google

autem imobile fuerit sive codices aut pretium vel talis causa pro ornamentum at ipsa ecclesia post meum transitum ibidem remanere debeas una cum hunum antifonarium vonum de nocturno langobardiscum notatum et unu codice quod est genusum et alium codice mediocrum quod est dialogo que nuc ego modo dedit in ipsa ecclesia balientem insimul auri solidos viginti quinque de amalfi de tari ana quatuor tari per solidos: et quodcumque in ipsa ecclesia vel in eius avitationibus sive in parietibus vel tectoras at conciandum vel adostracandum abuerit ego illut conciare debeas insimul ad omni meo expendio asque omni data occasione: et per omni annuo totius vite mee vobis vestrisque posteris et in ipso sancto et venerabili vestro monasterio dare et dirigere debeas idest hoblatas paria septem tres ex eas in natibitatem domini et alia tres in sanctum pascha et unu parium in ipsa festivitate sancti seberi nullam exinde dantes aut mictentes hoccasione: et nullatenus presumetis vos aut posteris vestris totius vite mee de ipsa ecclesia iactare vel aliquod exinde pertinentes a mea potestatem subtraere vel alienare nec qualivet personas ominum de qualecumque ordine fuerit super me ibidem ponere per nullum modum vite mee: adinplentes ego vite mee vobis vestrisque posteris et in ipsa ecclesia omnibus memoratis ut super legitur: post autem meum transitum a tunc memorata integra ecclesia cum omnibus sivi pertinentibus et cum memorata integra terra de memorato loco piscinule que ibidem comparavit memorato genitori meo et cum predictum antifonarium et genusum et memoratum dialogo quas nuc ibidem dedi balientem memoratos solidos viginti quinque hut super legitur et cum omnia que continet et illu inventaneum que factum abes memorato genitori meo unde ego aput me abeo unu et vos exinde aput vos abetis aliut insimul in vestras vestrisque posteris et de ipso vestro monasterio rebertant et sint potestate cuius iure exe videtur et cui eum largire volueritis vestre sint potestates quia Ita nobis stetit: Si autem aliter fecerimus de is omnibus memoratis per quobis modum aut summissas personas tunc compono ego et Keredibus meis vobis vestrisque posteris auri solidos quadraginta vitianteos et ec chartula hordinationis ut super legitur sit firma scripta per manus sergii curialis per memorata decima indictione †

† ego gregorius clericus subscripsi †

Digitized by Google

† ego petrus filius domini iohannis testi subscripsi †

† ego gregorius filius domini sparani testi subscripsi †

† Ego gregorius Curialis testis subscripsi †

† Ego sergius Curialis; Complevi et absolvi per memorata decima indictione †

CCCCXVII.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi: Imperante domino nostro romano et michaelio seu andronio: et Constantino porfilogenito magnis Imperatoribus anno quinto: die sexta decima mensis februarii indictione undecima neapoli: hecce iam per plurimos annos Itaque visus fuit quondam domino iohannes venerabili presbytero et primicerio qui nominatur spataro custus vero ecclesie sancti seberi christi confessoris situm in vico qui nominatur radios solls qui et gurgite dicitur regione summa platea pro vice de memorata ecclesia sancti seberi..... per chartulam da quidem petro subdiacono et abbate seu rector monasterii sancti agnelli ubi eius venerabile quiescit corpus et da quidem stephano uterino germano suo filiis quondam stephani ferrarii qui nominatur buniscoli: et quedam drosa iugalium personarum et ipsis una cum voluntate ipsius drosum genitrices illorum: Idest integra quatuor modia per passos at passum ferreum sancte neapolitane ecclesie de ex integra clusuria de terra illorum que nominatur at nipititum posita at sanctum sossium super piscinule: una cum arvoribus et introitum suum et omnibusque sivi pertinentibus sicuti et quomodo in omnibus ipsa firmissima chartula comparationis continet: nuc autem venimus nos videlicet cesario et sergio uterinis germanis filiis quondam domini iohannis spicarelli et exinde quesivimus quidem gregorio clerico filio quondam domini iohannis presbyteri et primicerii custus ipsius ecclesie sancti seberi dicendo ut nequaquam memorato genitori suo pro memorata ecclesia ipsa terra baluisset comparare: pro eo quod memorata drosum et memorato petro subdiacono et abbate et maria uterinis germanis hoc est genitrice et filio seu filia relicta et filiis memorati quondam stephani ferrarii qui nominatur bunisculi exinde chartula promissionis recetatiba factas abeas at me- An. 1073.

Digitized by Google

morato quondam domino iohanne spicarello genitori nostro quatenus ud uvi ausi fuerint illuc pergere tunc ad eum illos dare per appretiatum hut fuerint appretiatum a christianissimis viris qualiter in memorata chartula promissionis continet que aput nos memoratis germanis aput nos abuimus et ipso gregorio clerico per iudicium nobis exinde in manus posuit memorato petro subdiaconus et abbas una cum memorato stephano uterino germano suo : et cum eis exinde peressimus impublici at legem et ibidem hostensimus ipsa chartula promissionis que at memorato quondam domino iohanne genitori nostro posuerunt memorata genitrice et filiis ut super legitur : et dicebat pars eius ut quando illut venumdederunt at memorato domino iohanne venerabili presbytero et primicerio pro memorata ecclesia sancti seberi nos scientem illut ad eum venumdedixet et nos illut non contraxemus : et iudicatum fuit exinde inter nobis ut nos ad eis exinde faceremus sacramentum et ipsis nobis emicterent chartula securitatis : et pro eodem iudicio nobis memoratis germanis et at quidem drosum et at maru honestis feminis uterinis germanas nostras filias memorati domini iohanni genitori nostris memoratis germanis una cum uxores suas nobis fecerunt ipsa chartula securitatis memorato petro subdiacono et abbate cum volutate gema conius sua et memorato stephano cum volutate theodonanda conius sua : et ipsa chartula securitatis aput nos illas habemus : et quia venistis vos vydelicet domino stephano venerabili Igumeno monasterii sanctorum sergii et bachi qui nunc congregatum est in monasterio sanctorum theodori et sebastiani qui appellatur casapicta situm in viridiario cuius iure est ipsa ecclesia sancti seberi : et contrastis nos memoratis germanis dicendo ud illicite et sine ratione nobis ipsis germanis ipsa chartula securitatis fecisset propter quod ipsa ecclesia vestras ipsas terras abuisset et abeat : unde multum litigium exinde inter nos habuimus et perreximus exinde in publico at legem et ibidem hostensi ipsa firmissima chartula per memorato domino iohanne venerabili presbytero et primicerio pro ipsa vestras ecclesia sancti seberi iuris ipsius monasterii apprehensit et nos ibidem hostensimus ipsa chartula promissionis recetatiba cum ipsa chartula securitatis et inter partes illas relegere fecimus et dum ibidem relecte fuisset tribuerunt exinde inter nobis hoc iudicium quatenus ipsa chartula promissionis cum ipsa carthula securitatis capsatas illas apud vos emicteremus et faceremus vo-

Digitized by Google

bis et per vos in ipsa ecclesia sancti seberi iuris ipsius vestris monasterii taliter ac chartula recetatiba promissionis ud amplius exinde inter nobis causatio non fierent: Deinde et nos memoratis germanis pro eodem iudicio dedimus et tradidimus vobis ipse chartule capsate ut super legitur Insuper promictimus et firmamus vobis memorato domino stephano venerabili Igumeno quia nullatenus presumimus nos aut heredibus nostris vel alia quavis personas in nostris vicibus vos aut posteris vel vel ipsa ecclesia vestras iuris ipsius vestri monasterii aut eius custoditoribus querere aut molestare de ipsa terra que continet ipsa chartula promissionis et memorata chartula securitatis que aput vos capsatas remisimus ut super legitur per nullum modum nullamque adinventas ratione nec per summissas personas a nuc et imperpetuis temporibus: Insuper et si quavis personas vos aut posteris vestris vel ipsa ecclesia iuris ipsius vestri monasterii aut eius custoditoribus inde at querendum veneris per nos aut per nostris heredibus tunc stati omni tempore nos et heredibus nostris vobis vestrisque posteris persona illa exinde desuper tollere et tacitas facere debeamus asque omni vestras vestrisque posteris et de ipsa ecclesia sancti seberi qualivet damnietate quia Ita nobis iudicatum est: Si autem aliter fecerimus de is omnibus memoratis per quobis modum aut summissas personas tunc componimus nos et heredibus nostris vobis vestrisque posteris et in ipsa ecclesia sancti seberi auri solidos sexaginta vitianteos et ec chartula recetatiba promissionis ut super legitur sit firma scripta per manus sergii curialis per memorata undecima indictione † hoc signum † manus memoratis germanis quod ego qui memoratos ab eis rogatus pro eis subscripsi †

† ego iohannes filius domini gregorii testi subscripsi †

† ego sergius filius domini gregorii testi subscripsi †

† Ego stephanus scriniarius filius domini iohanni scriniarii testis subscripsi †

† Ego sergius Curialis: Complevi et absolvi per memorata undecima indictione †

Digitized by Google

CCCCXVIII.

An. 1073. † In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi: Imperante domino nostro romano et michaele seu constantino porfilogenito et andronio magnis Imperatoribus anno quinto die tricesima mensis aprelis indictione undecima neapoli. Per dispositum denique disponere et iudicare itaque bisus fuit iohannis qui nominatur coracino filium quidem maryni presbyteri qui iterum coracino bocabat omne sua hereditatem seu substantias de intus et foris sicut ipse suo firmissimo disposito continet: et per ipsum firmissimum dispositum disposuit et iudicabit ut post suum transitum venundarem nos bidelicet gregorio qui nominatur de anthimum filium quondam domini sergii et iohannis qui nominatur de cancellum filium quidem domini sergii oc est distributoribus suis idest integra domu sua posita vero intus hanc civitatem neapolis at cinbeum regione furcillense cum inferioribus et superioribus suis vel omnibus membris et cum curte que ibi est et cum porticellum ante se subtus se qui ibi est a parte septemtrionis et cum gradis qui ibidem ascendunt et cum introitum suum et omnibus eis pertinentibus et cuique illut venundaremus firmum et stabilem permaneret in perpetuum et pretium que ..... illos pro suam anima sicut ipse suo firmissimo disposito..... quod unum annum decurrit ordo et memorato iohannis coracino mortuus..... et apreensimus memorata integra domum ut nos illum..... qualiter ipse eius firmissimo disposito continet: et quia benistis vos.....gregorio qui nominatur brancatitio filium quondam domini iohanni qui iterum brancatitio bocabat et maria honesta foemina filia quondam..... qui vocatur gititio conius quidem domini iohannis qui nominatur cacapice exaldelphis germanis et contrastis nobis memorata domu eo quod memorato iohanne coracino fuit defiso vestro et fuit affiliato de quondam petro qui nominatur spacu fracidum qui fuit iterum defiso vestro et ipse petro illam ad eum dimisit eius firmissimo dispositum dicendo pars vestra abersus nos ut non baluissemus appreendere memorata integra domum eo quod ipse iohannes fuit defiso vestro et affiliato de memorato defiso vestro cui ipsa domu fuit et pars nostra dicebat ut non esset beritas de qua multam altercationes exinde inter nos abuimus

Digitized by Google

et per colloquia de bonorum ominibus venimus exinde in bona combenientia ut nos venumdaremus vobis memorata integra domu pro auri solidos triginta de tari de amalfi ana quatuor tari per solidum: deinde et nos memoratis distributores et a presenti die promtissima volumtate venumdedimus et tradimus vobis memorato gregorio brancatitio et memorata maria honesta femina memorata integra domu cum omnibus eis pertinentibus ut super legitur quas fuit de memorato iohanne defiso vestro et memorato iohanne illut reliquit per suum firmissimum dispositum memorato petro qui nominatur spacu fracidum defiso vestro coheret insimul memorata integra domum a parte orientis domu domini lidolfo presbytero et a parte occidentis domum de illi salernitani et a parte septemtrionis est platea publica et a parte meridiana est ortum monasterii ecclesie sancti gregorii qui nominatur at sagittario: De quibus nihil nobis exinde aliquod remansit aut reserbabi nec in aliena cuiusque persona quod absit comisi aut iam comictimus potestate set a presenti diem et deinceps a nobis tibi sit venumdatum et traditum in vestra vestrisque heredibus sit potestatem queque exinde facere bolueritis ab odierna die semper in omnibus liberam exinde abeatis potestatem: et neque a nobis memoratis distributores neque a nostris heredibus nec a nobis personis summissis nullo tempore nunquam vos memoratis exadelphis germanis aut heredes vestris quod absit abeatis exinde aliquando quacunque requesitiones aut molestia per nullum modum nec per summissa persona nullaque adinbenta ratione a nuc et in perpetuis temporibus insuper et si quabis persona vos vel vestros heredes exinde at querendum beneris pro *vice* de distributores vel per ipsum dispositum tunc statim omni tempore nos et heredes nostris vobis vestrisque heredibus illos desuper tollere et tacitas facere debeamus asque omni vestra vestrisque heredibus qualibet damnietatem pro eo quod in presenti accepimus a vobis auri solidos triginta de tari de amalfi ana quatuor tari per solidum in omne decisione seu deliberationes quod presenti dedimus et apreensimus pro anima memorato iohanne defiso vestro cui nos distributores sumus sicut ipse eius firmissimo disposito continet: Quia ita nobis stetit si autem aliter fecerimus et minime adipleverimus de is omnibus memoratis per quobis modum aut summissa persona tunc componimus nos et heredes nostris vobis vestrisque heredibus auri solidos sexaginta bythianteos. et ec chartula ut super legitur sit firma

Digitized by Google

scripta per manus sergii curialis scribere rogabi per memorata undecima indictione † oc signum † manus memorato gregorio de anthimum et memorato iohanne de cancello distributores memorato iohannes coracino quod ego qui memoratos ad eis rogatus pro eis subscripsi et memoratos solidos traditos bidimus †

† ego stefanus filius idem domini stefani testi subscripsi et suprascriptos solidos traditos bidi †

† Ego petrus scriniarius testis subscripsi et memoratos solidos traditos bidi †

† ego iohannes filius domini sergi testi subscripsi et suprascriptos solidos traditos bidi †

† Ego sergius Curialis : Complevi et absolvi per memorata undecima indictione †

CCCCXIX.

An. 1073. † In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro romano et michaele seu andronio nec non et constantino porfilogenito magnis Imperatoribus anno quinto. die decima mensis magii indictione undecima neapoli : Certum est me iohanne qui nominatur padulano filio quondam stephani qui nominatur tiampica qui sumus abitatores de loco qui vocatur billa noba. ego autem cum voluntate amate coniugi mea et cum consensum domini iohannis cui nos defisi summus filio quondam domini sergii de domina maria. A presenti die promtissima voluntate venundedi et tradidi vobis iohanne qui nominatur lunicte filio quondam nai... et simeoni et sergio uterinis germanis hoc est genitori et filiis habitatoribus de loco qui vocatur pumilianum que est foris arcora dudum aqueductus et per vos in bultora sanctorum que vos pintam abetis intus ecclesia sancti felici de memorato loco pumilianum que sunt ad onore domini et salbatoris nostri ihesu christi et beatissime marie matris eius et beatissimi iohannis baptista. idest integra corrigia de terra mea que vocatur ad campu maiore posita vero in loco pumilianum cum arvoribus et introitum suum omnibusque eis pertinentibus. etiam et impresenti apud vos et per vos in eodem

Digitized by Google

bultora sanctorum que vos pintam abetis intus memorata ecclesia sancti felici. remisi una chartula comparationis membrana scripta quem fecerunt sergio cui super nomen castaniola filio quondam fermosi et idem fermoso hoc est genitori et filio de memorato loco pumilianum set memorato genitori et filio cum voluntate domini pandolfi cui ipsi defisi erat filio quondam venerabilis memorie domini lamberti langobardi: at nominato iohanni filio quondam leoni et citera hoc est iugales abiis mei abitatoribus de memorato loco billa noba de memorata corrigia de terra que superius vobis et per vos in ipsa bultora sanctorum venumdedi. Coherente sivi de uno latere terra heredes quondam petri qui nominatur gallitola de memorato loco et abet ibidem de longitudine passi quadraginta octo. de alio latere terra heredes quondam iohannis qui nominatur caputo seu et terra de heredes quondam petri qui nominatur runchiniolo de memorato loco sicuti inter se terminis exfinat et abet ibidem de longitudine passi alios quadraginta octo. de uno capite terra heredes quondam domini cesarii de appio et abet ibidem de latitudine passi nobem at vero alio capite terra et abet ibidem de latitudine passi undecim et tertia de passu. memorati vero passi mensurati sunt at passum ferreum sancte neapolitane ecclesie. de qua nihil mihi exinde aliquod remansit aut reservavimus nec in aliena persona commisimus potestate. ita ut a nuc et deinceps a me vobis sit venundatum et traditum in memorata bultora sanctorum sit potestate ad avendum et possidendum illud usque in sempiternum. et neque a me memorato iohanne padulano ego autem cum voluntate memorata anate coniuge mea et cum consensum memorati domini iohannis cui nos defisi sumus neque a nostris heredibus nullo tempore nunquam vos memorato genitori et filios aut ipsa bultora sanctorum quod absit abeatis exinde aliquando quacumque requesitione aut molestia per nullum modum nec per summissas personas a nuc et imperpetuis temporibus. insuper omni tempore ego et heredes mei exinde ab omnis homines omnique personas in omnibus vobis et per vos in memorata bultora sanctorum illud antestare et defendere promictimus. ostendentes vos et heredes vestris mihi meisque heredibus memorata chartula comparationis que superius apud vos remisi at relegendum et at fine faciendum ubique mihi meisque heredibus necessa fuerit et sic ego et heredes meis vobis et in memorata bultora sanctorum illud antestare et defendere debeamus ab omnis homines omni-

Digitized by Google

que personas. pro eo quod impresenti accepi a vobis pro vice de memorata bultora sanctorum exinde idest auri tari quatuordecim voni de amalfi in omnem decisione seu deliberatione: Quia ita nobis stetit: Si autem aliter fecerimus de his omnibus memoratis ut super legitur per quobis modum aut summissas personas tunc compono ego et heredes meis vobis et in memorata bultora sanctorum auri solidos septem bythianteos. et hec chartula venditionis ut super legitur sit firma scripta per manus petri scriniarii filius domini iohanni primarii quem scribere rogavi per indictione memorata undecima † hoc signum † manus memorati iugales quod ego qui memoratos pro eis subscripsi et memoratos tari traditos vidi †

† ego iohannes subscripsi †

† ego iohannes filius domini ursi iudex testi subscripsi et suprascripti tari traditos vidi †

† ego gregorius filius domini petri testi subscripsi et suprascripti tari traditos bidi †

† ego stefanus filius domini aligerni testi subscripsi et suprascripti tari traditos bidi †

† Ego iohannes primarius Complevi et absolvi per indictione memorata undecima †

Digitized by Google

CCCCXX.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi anno ab incarnatione eius millesimo septuagesimo quarto: Vicesimo quarto ygitur anno regnante domino riccardo per ligurie campanie tellus comitatum atque principatum capue cum domino iordano filio eius gloriosi francorum atque longobardorum principibus. mense aprilis duodecima indictione. Ideoque ego aldoyno franco. unum ex militibus aversani. videns me habere fegus beneficii a partibus prefati principibus. pro partibus nostre militie. quapropter per humilitatis conpunctionem. exoriendo recordatione peccata mea et timore divini iudicii quia iniquitatis misterium plerique erroris ministrat. unde ideo hoportet nos semper deum timere ne a maioris culpe cumulum perveniamus quia nichil michi prodesse: prudentia cum ignorantia dei quia me iusti salubri compungitur quia videlicet si corde credo confessione horis tenebo. ad salutem. proinde toto mentis studio per consensum et largietatem nostri seniori gloriosi principibus reddimus atque tradimus per manum domini stephani ygumini de monasterio sancti sevastiani. quod situm est intus neapoli et in suo sancto cenovio. integra ecclesia sancti nicolay. que constructa adesse videt in loco malito. cum omnibus fundoras seu terris suis et cum omnibus ad ipsa ecclesia pertinentes per quolibet modum. et simul pariter cum omnibus fundoras et terris. seu piscine. et palmenta. cum suscitorias suas. cum viis et anditas seu introytas earum. et omnibus sibi generaliter et integro pertinentibus ipsius iuri monasterii. Insimul pertinentes. pro eo quod usque modo causa ipsius monasterii iniuste tenuimus. pro obtoritatis gratia voluntarie nostri seniori. prefati principibus iuste dimittimus. ut per oratione ipsius servorum dei possumus superna gratia invenire. dum que tibi domino stephano ygumine cunctorumque vestrorum fratruum tradita sint ovedientiam illa cum suprascripte terras et fundoras. et cum omnibus eis pertinentibus sicut superius legitur. ut licentiam habeatis. illas tenere. et laborare. seu seminare. et frugiare. sive super vos ipsos. vel ad laborandum dare vos et posteris vestris cuncte et integre faciendi exinde omnia quocumque volueritis. pro utilitate ipsius sancti vestri monasterii. tantumodo. licentiam

An. 1074.

Digitized by Google

habeant homines de suprascripto loco ut in ipsa ecclesia recipiatis illi hominibus pro officium audiendum. et pro sepeliendum. et iterum nunquam aliquando. nos suprascripto aldoyno. vel nostris heredibus. aut nostris posteriores. vobis et posteris vestris. aliquod tollamus aut queramus per nullum modum vel per qualibet persona summissas. set nos et nostris heredibus vel nostris posteriores. vobis suprascripto domino ygumino. et vestrom fratres seurum et a vestris posteris. antestare et defensare debeamus ab omnibus hominibus omnique partibus. et si quis ex nos. aut nostris heredibus vel posteris nostris irritum fecerit. contra hanc chartulam oblationis. maledictionem habeat ab omnipotente deo. et beate marie. et a trecentorum decem et octo patribus. habeat partem cum diavolo. et cum iuda traditore. et cum anna et caypha. et aperiat terra et deglutiat eos sicut dathan et abylon. et componat pro parte fide servantis. auri libra. una. et hec charta oblationis qualiter continet firma robusta permaneat in perpetuum. et te petrus scrivere rogavimus in aversane curie per suprascripta indictione duodecima.

† Riccardus Princeps
† ege aldoyno concessi et subscripsi †
† ego grimoaldus concessit et subscripsi †
† ego savinus presbyter et iudex † † †

Digitized by Google

CCCCXXI.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi anno ab incar- An.
natione eius millesimo septuagesimo quarto ; vicesimo quarto ygitur anno 1074.
regnante domino riccardo per ligurie campanie tellus in comitatu adque principatu cum domino iordano filio eius gloriosi francorum adque longobardorum principibus mense aprelis duodecima indictione Ideoque ego aldoyno franco ; unum ex militibus aversane ; videtur mihi abere fegus; beneficii a partibus prefati principibus pro partibus nostre militie ; quapropter pro umilitatis ; conpunctione ; et urgendo recordatione ; peccata mea et timore divini iudicii ; quia iniquitatis misterium plerique erroris ministrat ; unde ideo ; oportet nos deum timere ; ne a maioris culpe cumulum perbeniamus quia nichil michi prodesse prudentia cum innorantia dei quia me iusti salunbri compungitur quorum videlicet si corde credo confessione horis tenebo ; a xalute Proinde toto mentis studio per consensum et largitate nostri seniori gloriosi principibus redidimus adque tradimus per manum domini stephani ygumeni de monasterio sancti sebastiani qui situm est intus neapoli et in suo sancto cenobio integra ecclesia sancti nicolay ; que constructa autem exe videtur ; in loco malito cum omnibus fundoras seu terris suas et cum omnibus ad ipsa ecclesia pertinentes per quobis modum et simul pariter una inclita petia de terra in suprascripto loco malitum et nominatur ad illu arcu qui est de unu capu iusta bia publica ; et de unu latu iusta illu foxatu publicu ; et de alio latere iusta terra que in nostra reserbabimus potestate ; et de aliu vero capu iusta terra que est suprascripta inclita petia per mensura modia sex ; et medium vel si plux fueris ; suprascriptis omnis terris et fundoras seu pischine et palmentas cum subsetoria suas ; cum viis et anditas seu introytas earum et omnibus sibi generaliter et integro pertinentibus ipsius iuris monasterii insimul pertinentes pro eo quod causa ipsius monasterii iniuste tenuimus pro octoritatis gratia voluntarie nostri senioris prefati principibus iuste dimittimus et pro orationis ipsius servorum dei poxumus superna gratia invenire dumque tibi domino stephano ygumene cunctorumque vestrorum fratrum ; tradita sint obedientie illa cum suprascriptas totas terras et fundoras et cum omnibus eius pertinentibus sicut supe-

Digitized by Google

rius legitur ; ut licentia abeatis ; illas tenere et elaborare et seminare ; et frugiare ; sibe super vos ipsos vel allaborandum dare cuicunque volueritis ; vos ; et posteris vestris cunte et integre faciendi exinde omnia quecunque volueritis ; pro utilitati ipsius sancti vestris monasterii ; et iterum nuquam ; aliquando ; nos suprascripto aldoyno vel nostris heredibus ; aut nostris posteris per vobis et posteris vestris aliquit tollamus ; aut queramus per nullum modum vel per qualibet personas summixas ; set nos et nostris heredibus vel nostris posteriores ; vobis suprascripto domino ygumeno et vestrorum frates ; seu et a vestris posteris antestare et defenxare debeamus ab omnibus ominibus ; omnique personas ; et si quis ; ex nos aut nostris heredibus vel posteris nostris ; irritum fecerit ; contra ; anc chartulam oblationis ; maledictionis abeat ab omnipotente deo et beate marie et semper virginis ; et trecentorum decem et octo patres ; abeant partem cum diabolo ; et cum iuda traditore ; et cum anna ; et caifa et aperiat terra et degluctiat eos ; sicut athan ; et abiron ; et componat pro parte fide serbantis ; auri libra una ; et ec charta ; oblationis ; qualiter continet firma robusta permaneat in perpetuum ; et te petrus ; scribere rogavimus ; in aversane curie per suprascripta indictione duodecima ;

† ego alduyno concessi et subscripsi †
† ego grimoaldus concessi et subscripsi †
† ego savinus presbyter et iudex † † †

Digitized by Google

CCCCXXII.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi: Imperante domino nostro michaele et constantino porfilogenito et andronio magnis imperatoribus anno septimo: die vicesima quarta mensis octubrii indictione tertia decima neapoli: Certum est me leone qui nominatur bispulicco filio quondam iohanni qui iterum bispulicco vocabat: A presenti die per bona combenientia promicto et affirmo vobis petro uterino germano meo: propter integra portione et pertinentia mea que mihi pertinet de omnes fundoras et terris de memoratis iugalibus genitoribus nostris et de illa medietate mea qui mihi pertinet abere de illa petia de terra qui fuit de memorato genitori nostro que ego et tu recolliximus da illi malanocte posita inlloco qui nominatur mascarelli at liciniana: quatenus si de me aut de meis propriis filiis filiabus anc nepotes meis non fuerint nec remanserint proprium heredes a tunc ipsa portione meam tibi tuisque propriis heredibus rebertantur medietate gratis et alia medietate pro pretium ut tunc illut appretiatum fuerit a christianissimis viris et ipsum pretium badant pro animabus nostris per manum cui nos disposuerimus tunc illut constringantur et perficiantur pro animabus nostris per manum de persone illa at cui alia simile chartula in manus paruerit distribuendi ipse illut pro animabus nostris ubi illis melius prebiderit: et si ego aut propriis filiis filiabus anc nepotis meis aliquod ex ipsa portione mea de memoratas fundoras et terris de memoratis iugalibus genitoribus nostris et de ipsa medietate qui mihi pertinet de memorata petia de memorata terra pro mea portione at dare abuerit per quobis modum tunc ego et meis propriis heredes tibi tuisque propriis heredibus illut dare debeat per pretium ut tunc ut appretiatum fuerit a christianissimis viris usque ad ipsa medietate: impotante michi illut per ratiocineas ipsum pretium que tu et tuis propriis heredibus superius pro animabus nostris dare diximus: et si tu vel tuis propriis heredibus illut emere volueritis clara facta beritate tunc cui illut dare voluerimus nostre sint potestate cetera medietate exinde habeamus illut in eadem legatione: Ita et tu per alia simile charta promisisti et

An. 1074.

Digitized by Google

firmastis mihi: propter integra portione et pertinentia tua que tibi pertinet de omnes fundoras et terris de memoratis iugalibus genitoribus nostris et de illa medietate tua qui tibi pertinet abere de illa petia de terra qui fuit de memorato genitori nostro que ego et tu recolliximus de illi malanocte posita in loco qui nominatur marcarelli at licìniana quatenus si de me aut de meis propriis filiis filiabus anc nepotes meis non fuerint nec remanserint proprium heredes tunc ipsa portione mea tibi tuisque heredibus rebertant medietate gratis et alia medietate per pretium ut tunc appretiatum fuerit a christianissimis viris et ipsum pretium badant pro animabus nostris per manus cui nos disposuerimus et si nos disposuerimus tunc illut constringantur et perficiantur pro animabus nostris per manum per manum de persona illa cui alia simile chartula in manus paruerit distribuendi ipse illut pro animabus nostris ubi ipsi melius prebiderint: et si tu aut ipsi propriis filiis filiabus tuis aliquot ex ipsa portione tua de memoratas fundoras et terras de memoratis iugalibus genitoribus nostris et de ipsa medietate tua que tibi pertinet de memorata petia de memorata terra pro tunc at dare abuerit per quobis modum tunc tu et tuis propriis heredes mihi meisque propriis heredibus illut dare debea per pretium ut tunc illut appretiatum fuerit a christianissimis viris atque ad ipsa medietate impotante mihi illu per ratiocineas ipsum pretium que tu et propriis tuis heredibus superius exinde pro animabus memoratis dare diximus et si ego vel meis propriis heredibus illut emere voluerimus clara facta beritate tunc cui illut dare voluerimus eius sint potestate cetera vero medietate exinde abeamus illum in ea delegatione: sicuti et quomodo in omnibus illut continet alia et tale simile chartula que mihi exinde fecistis quia ita nobis stetit atque combenit: Si autem aliter fecerimus de is omnibus memoratis per quobis modum aut summissas personas tunc compono ego et heredibus meis tibi tuisque heredibus auri solidos sexaginta bythianteos: et hec chartula ut super legitur sit firma scripta per manus petri scriniarii discipulo domini iohanni primarii per memorata tertia decima indictione †

hoc signum † manus memorati leoni quod ego qui memoratos ab eum rogatus pro eum subscripsi †

† ego iohannes filius domini capuani testi subscripsi †

Digitized by Google

† ego sergius filius domini stefani testi subscripsi †

† εγο μαρεινους φειλειους δν σεργειει τεστει σουβ †

† Ego iohannes: Curialis et scriniarius: Complevi et absolvi per memorata indictione †

CCCCXXIII.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi anni ab incarnatione eius millesimo septuagesimo quarto. Vicesimo quarto *ygitur anno regnante* domino riccardo per ligurie campanie *tellus comitatum* atque principatum capie cum domino iordano *filio eius gloriosi francorum* atque langobardorum principibus die sexta ..... *mensis*..... *indictione* duodecima. Ideoque ego aldoyno franco *unum ex militibus* aversani. videtur me habere fegus beneficii *a partibus* prefati principibus pro partibus nostre militie quapropter *per humilitatis* compunctione. exoriendo recordatione peccata *mea et timore* divini iudicii. quia iniquitatis misterium plerisque erroris ministrat. unde ideo hoportet nos semper *dominum timere* ne a maioris culpe cumulum perveniamus. quia nichil michi prodesse prudentia cum ignorantia dei. quia videlicet si corde credo. confessione horis teneat ad salutem. proinde *toto mentis* studio reddimus atque tradimus per manum domini *stephani* ygumeni. monasterii sancti sevastiani. qui situm est intus urbem neapoli. et in suo sancto cenovio: integra ecclesia sancti nicolai. que constructa adesse videtur in loco malito. cum omnibus fundoras seu terris suis. et cum omnibus ad ipsa ecclesia pertinentes. per quolibet modum. et simul pariter cum omnes fundoras et terris: seu piscine. et palmenta. cum suscitorias suas. cum viis et anditas. seu introitas earum. et omnibus sibi generaliter et in integro pertinentibus ipsius iuri monasterii insimul pertinentes. pro eo quod usque modo causa ipsius monasterii iniuste tenuit pro obtoritatis gratia iuste dimitto. ut per oratione ipsius servorum *dei* possumus snpernam gratiam invenire. dumque tibi domino stephano. ygumine. cunctorumque vestrorum fratruum. tradita sint ovedientia illa cum suprascripte terras et fundoras. et cum omnibus eis pertinentibus sicut superius legitur. ut licentiam habeatis. illas tenere. et laborare. seu seminare. et frugiare. sive super vos ipsos. vel ad laborandum dare. vos et po-

An. 1074.

Digitized by Google

steris. vestris. cupte et integre faciendi exinde omnia quecumque volueritis. pro hutilitate ipsius vestri monasterii. ut nunquam aliquando nos suprascripto aldoyno. aut nostris heredibus. vel nostris posteriores. vobis aliquando tollamus aut auferamus per nullum modum. vel per qualibet persona summissa. sed nos aut nostris heredibus vel nostri posteriores. vobis suprascripto domino ygumeno et vestrorum fratres. seu et a vestris posteris. antestare et defensare debeamus ab omnibus hominibus omnique partibus. et si quis ex nos vel ex posteris nostris aut nostris heredibus irritum fecerit. contra hanc chartam oblationis. sub anathematis vinculis. sit obligatus componat pro parte fidem servantis auri libra una. et hec charta oblationis qualiter continet firma robusta permaneat in perpetuum. et te petrus scriptor scrivere rogavimus in aversa ligurie. per indictione. duodecima. et hoc recordando affirmo ego aldoyno. ut in ipsa ecclesia recipiatis illi hominibus de suprascripto loco. pro officium audiendum. et pro sepeliendum. et iterum nos et posteris nostris. exinde vobis servorum dei. quacumque tempore contraria feceris. que super diximus et repromisimus. partem habeat cum diavolo. et cum inda traditore. et cum omnibus ereticis. et maledictione ab omnipotentis deo. fiat fiat. amen

† ego aldoyno consensit et subscripsi †
† ego grimoaldus. subscripsi †
† ego savinus presbyter et iudex † † †

Digitized by Google

CCCCXXIV.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi : Imperante domino nostro michaelio et andronio seu constantino porfilogenito magnis Imperatoribus anno septimo : die vicesima mensis iulii indictione tertia decima neapoli : Certum est nos adenolfus comes castri putheolani filius quondam idem domini adenolfi : A presenti die promtissima voluntate comutavimus et tradidimus vobis domino stephano venerabili igumeno monasterii sanctorum sergii et bachi qui nunc congregatus est in monasterio santorum theodori et sebastiani qui vocatur casapicta situm in viridiario vobis autem et at cuncta ipsas vestras congregationes monachorum ipsius sancti et venerabilis vestri monasterii : Idest integras una petia de terra nostras una cum scapulas et rioras suas at cum arvoribus et introitas earum et omnibus sivi pertinentibus posita vero in loco qui nominatur lauritum ipsius castro nostro puteolano : et est coniunctum a parte septemtrionis cum terra ipsius vestris monasterii sicuti inter se egripus exfinat : et a parte occidentis est scapula at ipsa terra que vobis comutavi qualiter descendit usque in fuudo ribum sicuti aqua exfinat et a foris eadem ribum in eadem hoccidentalis parte est ribum et scapula de terra ipsius vestro monasterio : de autem parte meridiana est terra ecclesia vestras iuris ipsius vestri monasterii vocabulo sancti petri de intus ipso nostro castro sicuti inter se egripus altus et sepis exfinat et da ipsa terra de ipsa vestra ecclesia sancti petri qualiter redit inde a parte horientis usque inde a memorata parte septemtrionis est terra De quibus nihil mihi exinde aliquod remansit aut reserbavimus nec in aliena cuiusque personas quod apsit comisimus aut iam comittimus potestate : set a presenti die et deinceps a me vobis et per vos in ipso sancto vestro monasterio sit commutatum et traditum in tua tuisque posteris et de ipso vestro monasterio sint potestate queque exinde facere volueritis ab odierna die semper in omnibus liveram abeatis potestate : et neque a me memorato adenolfus comes neque a nostris heredibus nec a nobis personas summissas nullo tempore nunquam vos memorato domino stephano venerabili Igumino aut posteris vestris aut ipso sancto vestro monasterio quod apsit abeatis exinde aliquando

An. 1075.

Digitized by Google

quacunque requesitione aut molestia per nullum modum nullamque adhibenta ratione nec per summissas persona a nuc et imperpetuis temporibus : Insuper et ab omnes homines omnique personas omni tempore nos et heredibus nostris vobis vestrisque posteris et ad ipso memorato monasterio illut in omnibus antestare et defensare debeamus: propter quod at vicem in ipsa comutationes recompensationique accepi a bovis exinde in omne decisione seu deliveratione idest integra una petia de terra vestra iuris ipsius vestri monasterii positum in ipso loco lauritum ipsius territorio nostro putheolano cum arvoribus et introitum suum omnibusque sivi pertinentibus: et coheret sivi de uno latere parte horientis via pubblici sicuti inter se sepis exfinat: et de alio latere parte hoccidentis est terra mea et terra heredes de illu farricello sicuti inter se terminis exfinat: de uno capite parte meridiana est silice pubblici: sicuti inter se egripus et sepis exfinat: et de alio capite parte septentrionis est via compeniaria sicuti sepis exfinat: et a foris ipsa via compeniaria est terra ipsius vestri monasterii: unde nihil vobis exinde aliquod remansit aut reserbastis nec in alienas cuiusque personas quod apsit comisistis aut iam committitis potestate: Ita ud a nuc et deinceps a vobis nobis sit comutatum et traditum in nostras nostrisque heredibus sint potestate queque exinde facere voluerimus sicuti et quomodo in omnibus illut continet alia chartula comutationis mea simile de ista chartula que aput nos abemus que vobis nobis odie fecistis sicuti inter nobis comvenit: Si autem aliter fecerimus de is omnibus memoratis per quobis modum aut summissas personas tunc compono ego et heredibus meis vobis vestrisque posteris et in ipso vestro monasterio auri solidos sexaginta vythianteos et hec charta commutationis ut super legitur sit firma scripta per manus sergii curialis per memorata tertiadecima indictione †

† adenolfus comes subscripsi †

† ego stefanus filius domini iohannis testi subscripsi †

† Ego iohannes curialis et scriniarius: testis subscripsi †

† ego aligernus filius domini iohannis testi subscripsi †

† Ego sergius Curialis: Complevi et absolvi per memorata tertia decima indictione †

Digitized by Google

CCCCXXV.

† In nomine domini dei Salvatoris nostri Ihesu Christi. Imperante domino nostro michaele et andronio atque constantino porfirogenito magnis Imperatoribus anno octabo: die vicesima mensis nobembrii indictione quarta decima neapoli: Nos sergius in dei nomine etminentissimus consul et dux atque domini gratia magister militum filius bone recordationis domini iohannis consulis et ducis atque magistri militum. quanque sergius in dei nomine etminentissimus consul et dux atque domini gratia magister militum filius vone memorie domini iohannis senatoris qui fuit filius domini iohannis consulis et ducis atque magistri militum hoc est thius et nepos: Concedimus, et tradidimus vobis domino iohanni venerabili abbati monasterii nostri domini et salvatoris nostri ihesu christi insule maris et cuncte vestre congregationis monachorum memorati sancti et venerabilis nostri monasterii. et per vos in memorato sancto et venerabili nostro monasterio: idest integrum monasterium vocabulo beati antonii christi confessoris situm vero in scapula monte pausilipense: una cum suis omnibus cellis et avitationibus cunctique domibus. et cum omnibus casalibus seu terris sationalibus suis quamque fundoras et hortos vel mobilibus rebus movilium et inmobilium seseque mobentibus omnibusque eis pertinentibus terraque marique et integrum ospitatum suum fundatum et exfundatum cum omnibus atiacentibus pertinentibus eis. et integra obedientia sua vocabulo beatissimi seberini christi confessoris pertinente ipsius monasterii sancti antonii. constituta vero intus anc civitatem neapolis at calcara una cum omnibus cellis et abitationibus suis cunctique domibus et ipothecis suis. et integra hpurterula sua que exiet per ipsa obedientia foris at calcara et cum omnia et in omnibus quantum et quomodo ad eodem monasterio sancti antonii et at ipsa obedientia sancti seberini pertinet aut pertinentes fuerit per quobis modum terra marique et qualiscumque homo masculus vel femina intraverit vel exierit cum qualecumque causa per ipsa purterula de ipsa obendientia vestra que superius vobis concessimus vos et posteris vestris exinde pargiare debeatis qualiter et quomodo volueritis asque omni contrarietate de qualecumque persona seu concedimus et tradidimus vobis et per vos

An. 1075.

Digitized by Google

in memorato nostro monasterio insule salvatoris. Idest dua bicora unum que descendit at platea publica que hadit at calcaria. alium qui nominatur de sanctorum cosme et damiani qui descendit da suptus portico publico usque at illa domum illi appaea deinde rebolbit in parte occidentis et vadit ante abitationes et ante memorata obedientia vestra sancti seberini et ante domos et ipothecas et abitationes ipsius obedientie vestre sancti seberini et vadit usque at calcara. et non abeas licentia qualecumque persona in ipsa bicora que superius vobis concessimus ex utraque parte qualibet edificium in terra vel in aheres que ibidem sunt desuper aut qualiscumque noster qui ibi facere decurrere super facie terre vel qualibet inbasione ibidem facere vel abere per nullum modum. et qui illud ibidem facere presumserit per quobis modum et inventum fuerit: licentiam et potestatem abeatis vos et posteris vestris memoratoque vestro monasterio inde illud destruere usque omni contrarietate de qualecumque persona: quamque concedimus et tradidimus vobis. et integrum illum murum et turres iure nostri publici qualiter incipit ab illa porta de porta noba et vadit usque angulum et abinde qualiter hadit usque at calcara una cum terra et turres et sarocuppelle qui ibidem sunt et cum arcora que ibidem sunt et cum ternas suptus ipsa arcora. et cum illa terra que est feris ipsas turres et predictum murum qualiter vadit ipsa terra usque ad illa porta de calcara cum tota ipsa plagia de ipso angulo et qualiter vadit ipsa plagia et illu baricaterium usque at memorata porta de calcara et licentiam et potestatem abeatis vos et posteris vestris et memorato nostro monasterio insule salvatoris quandoque volueritis aprire et facere seu abere portas aut purterula in ipsa terra de ipsum murum vel in ipse turre que sunt in ipsa terra et ipsum murum que superius per ipsa finem vobis concessimus usque omni contrarietate de qualecumque persona. et qualiscumque homo masculus vel femina inde intraverit vel exierit cum qualecumque causa vos et posteris vestris et memorato nostro monasterio insule salvatoris exinde pargiare debeatis qualiter et quomodo volueritis usque omni contrarietatem de qualecumque persona et nullatenus presumat quabis persona in ipsa terras de ipso mu et in ipsas turres que simul superius vobis concessimus ut super legitur intus ipsas fines facere qualibet pestrula vel porta aut pertusum aut aperturia per nullum modum et si illud ibidem facere presumserit et inventum fuerit

Digitized by Google

licentiam et potestatem abeatis vos et posteris vestris memoratoque nostro monasterio insule salvatoris illud facere fabricare persona illa qui ibidem illud fecerit vel abuerit asque omni contrarietate de qualecunque persona. iterum concedimus et firmamus vobis idest integra domum vestra et hortum vestrum iuste se parte septentrionis et curte ante se parte hoccidentis et puteo aque vibe qui ibi est cum quantas arcora sunt ibidem in ipsa tena de ipso mauro que simul vos comparastis da sergio qui nominatur de materleo serbienti nostro per firmissima chartula comparationis vestra posita vero intus anc civitatem neapolis at calcaria una cum inferioribus et superioribus suis vel omnibus membris aberibus et aspectibus suis et cum introytibus suis omnibusque eis pertinentibus et illud in vestra vestrisque posteris memoratoque nostro monasterio insule salvatoris sit potestate ad abendum et pexidendum illud usque in sempiternum: et si aliquod ex ipsa domum et de iamdictum hortum et de illorum pertinentiis pertinuit habere per quobis modum quondam gemma qui fuit conius memorati sergii de materleo iterum sit vobis et at vestris posteris memoratoque nostro monasterio insule salvatoris concessum et traditum ad avendum et possidendum usque in sempiternum: nec non concessimus et firmamus vobis et per vos in memorato sancto et venerabili nostro monasterio insule salvatoris integra casa que fuit de quondam stephano qui nominatur pappasianm filio quondam stephani qui iterum pappasino vocabat posita vero intus anc civitatem neapolis at monterione cum inferioribus et superioribus suis vel omnibus membris aberibus et aspectibus suis et cum introitu suo omnibusque eis pertinentibus una cum logora negotianti ante se: pertinente vobis et in ipso nostro monasterio insule salbatoris memorata domu cum suis omnibus pertinentiis per dispositum quondam memorati stephani pappasino ut illud in vestra vestrisque posteris memoratoque nostro monasterio sit potestate ad avendum et possidendum illa usque in sempiternum: cum quantas ipothecas facere et habere voluneritis ante ipsas domos vestras vel ante ipsas domos et habitationes ipsius monasterii sancti antonii. et ad ipsa obedientia sancti saberini vel in ipsa domum que vos comparasti da ipso sergio de materleo vel in ipsum hortum vel in ipsa curte licentia et potestate abeatis: et omnes dationes et publicalias que exinde exierit vos illud tollere et habere debeatis faciendi que voluneritis: iterum

Digitized by Google

firmamus vobis ut qualiscumque homo extraneus · masculus vel femina introierit per qualecumque modum sibe in ipsa vicora que superius vobis concessimus aut in predictas domos et abitationes ipsius monasterii sancti antonii vel ipsas domos et avitationes predicte obedientie sancti seberini vel in predictos domos que superius vobis concessimus aut in aliis domibus et avitationibus ipsius nostri monasterii insule salvatoris aut in fundoras et curtes de ipso monasterio aut in aliis rebus et possexionibus illorum aut in casis de hominibus ipsius nostri monasterii aut in fundoras et curtis illorum sit vobis et at vestros posteros memoratoque nostro monasterio insule salvatoris concessum et traditum una cum filiis filiabus nurus atque nepotibus illorum et cum omnibus illorum pertinentiis et cum omnes angarias et serbitias seu dationes que ipsi dare et facere debent per quobis modum pro parte nostri publici. et ab odierna die et semper hec omnia et in omnibus memoratis que superius vobis et per vos in eodem sancto et venerabili nostro monasterio insule salvatoris concessum sicut superius legitur a nobis vobis et per vos in memorato sancto et venerabili nostro monasterio insule salvatoris sit pro redemptionis anime nostre et de quondam memorato genitore nostro seu avio nostro sit concessum et traditum et illud in vestra vestrisque posteris memoratoque vestro monasterio sit potestatem ad avendum et possidendum illud in sempiternum : et neque a nobis memoratis duobus sergiis consulibus et ducibus atque magistris militum thio et nepote neque a posteris nostris qui post nos in nostro honore locoque duces accenserint nullo tempore nunquam vos memoratus dominus iohannes venerabilis abbas ipsius nostri monasterii insule salvatoris aut posteris vestris vel memorato nostro monasterio quod absit abeatis exinde aliquando quacumque requesitionem aut molestiam per nullum modum nec per summissas personas a nunc et in perpetuis temporibus omnes vero concessiones et verboras trequas quantas et quales appreensas abent memorato nostro monasterio a publici potestate de omnia que continent firma et stabilis permaneat vobis et at posteros vestros et at memorato nostro monasterio insule salvatoris in perpetuis temporibus : Qua concessione nostra sicut superius legitur a nobis facta iohanni primario scribere precepimus et manus nostras pro eius ampliore firmitate subtus scripsimus huic die et indictione quarta decima †..... alia manu.....

Digitized by Google

† Sergius consul et dux subscripsi †.....

† Sergius consul et dux subscripsi †.....

† Ego cesarius primarius curie uius civitatis neapolis hec exemplaria concessionis sicut superius legitur quam eius authentica nobis atduxit dominus gregorius venerabilis abbas memorati monasterii ipsius domini et salbatoris nostri Ihesu Christi insule maris pro ista exemplaria had eum faciendum pro memorato monasterio ex ipsa hauthentica relebata et at singulas relectas pro ampliorem eius firmitatem manus nostra propria subscripsi : regnante domino nostro guillelmus sicilie et italie magnifico regnante anno duodecimo et eius dominationis civitatis neapolis anno duodecimo : die nona mensis februarii indictione undecima †.

† Ego cesarius tabularius curie uius civitatis neapolis hec exemplaria concessionis sicut superius legitur quam eius authentica nobis atduxit dominus gregorius venerabilis abbas memorati monasterii ipsius domini et salvatoris nostri Ihesu Christi insule maris pro ista exemplaria had eum faciendum pro memorato monasterio ex eius authentica relebata et at singulas relecta pro ampliorem eius firmitate manus nostra propria subscripsi regnante domino nostro guillelmus sicilie et italie magnifico rege anno duodecimo : et eius dominationis civitatis neapolis anno duodecimo : die nona mensis februarii indictione undecima †

Digitized by Google

CCCCXXVI.

An. 1076. † In nomine dômini dei Salvatoris nostri Ihesu Christi: Imperante domino nostro michaelem seu constantino porfilogenito et andronico magnis Imperatoribus anno nono: die quinta decima mensis nobembrii indictione quinta decima neapoli: Dispositum factum a me maria honesta femina filia quondam domini sergii salbacosa et quondam domina marenda iugalium personarum cuius presenti domini iohanni gaytani: qualiter inferius iudicavero de omnia mea hereditate seu subetantias de intus et foris iudicavero firmum et stavile permaneat in perpetuum: quo dixi dispono primum omnium ut si michi mors ebenerit badant pro anima mea ex ipsa omnia mea hereditate seu subetantias de intus et foris ut super legitur: Idest auri solidos quingentos de amalfi inter aurum laboratum et pannos sericos et chartule cautionis et alios solidos que recolligere abeo da diversis personas et badant pro anima mea per manus domini iohannis archiepiscopus sancte sedis neapolitane ecclesie seu et per manus domini sergii venerabilis presbytero et primicerio ipsius sancte neapolitane ecclesie spirituali sancti meo: quanque et per manus domini iohannis venerabili presbytero et cimiliarcha memorate sancte neapolitane ecclesie hoc est distributoribus meis seum et per manus memorati viri mei. seu et per manum de persona illa cuius meum dispositum in manus paruerit et distribuant illos pro anima mea In oc ordine imprimis si domino deo placuerit et ego perrexero in monasterio sancti gregorii maioris pro me monaca faciendi dentur exinde ibidem solidos centum de amalfi memorato domino iohannes archipresbyter distributor meus detineat sibi exinde solidos quindecim memorato domino petro venerabili presbytero et primicerio sancti et distributor meus detineat sibi exinde solidos quinque in monasterio sancti bincentii tari sex et in monasterio sancti andree ad iscule tari sex et in monasterio sancti archangeli at baiane tari sex at sancti maria at platitia tari sex at sancti archangeli at sicule tari octo pro luminaria at sancta maria de domina regina tari biginti at sanctum mennate tari sex at sanctum ciprianum tari sex pro illa cruce ad luminandum ad illum altare meum quem abeo intus ecclesia mea sancti apaciri solidos viginti ad illa bustora

Digitized by Google

mea quem abeo intus ecclesie sancte lucie solidos viginti pro tollendum ibidem hereditate at sancta maria at pagnanum tari octo at leones vero solidos higinti at maria serbienti mea tari quindecim at illi filii sui tari viginti at landulfulo serbienti meo tari sex at stepheno et at guidelmulo ana quadtuor tari at gemma serbienti mea solidos higinti et maria pictula qui mecum residet tari quadtuor at maru serbienti mea tari octo at tanda at amalfitana serbienti mea tari quadtuor at iohannes padulano tari quadtuor et maria monica tari duo at iomnes quem ego cum memorato viro meo lebavimus de illa conca tari septem at maria calafata monaca tari quadtuor at cesario et at iohannes et at urso uterinis germanis nepotibus meis filiis quidem domini petri gaitani cognati mei ana solidos quadtuor at domino marino salbaeovesa exadelfo germano meo dentur exinde solidos higinti de amalfi at domino stephano bulcano cognato meo retdentur solidos decem reliqua qui exinde remanserint distribuantur illos memoratis distributoribus pro anima mea ubi ipsis melius previderint : dispono ut post meum hobitum abeat donatum at memorato iohannes quem ego cum memorato viro meo lebavimus de memorata conca omnes terras meas quantum abeo at clium et una caldara et sartagine et siscum et una bucte bona et tinacium et tina et lectum quale sibi qui exicit cum omnia lectisternia sua et in sua cuisque heredibus sint potestatem faciendi que voluerit set ipse iohannes serbire et custodire debeas memorato viro meo diebus vite sue sicuti continet chartula que exinde appreensa abemus da ecclesia sancte marie maioris : dispono ut integra terra mea de pausilipum post obitum memorati viri mei sit offertum pro mea et sua anima in monasterio sancti sebastiani at abendum et possidendum in sempiternum et integra terra mea de euple post obitum memorati viri mei sit offertum pro mea et sua anima in monasterio insule salvatoris ab abendum in sempiternum illa terra mea de porclanum post obitum memorati viri mei sit offertum pro mea et sua anima in memorata sancta neapolitana ecclesia ad abendum in sempiternum : dispono ut post meum obitum sit offertum et traditum in memorata sancta neapolitana ecclesia omnes portiones meas que michi pertinet de omnibus ecclesiis de intus et foris cum omnibus eis pertinentibus ad abendum illut usque in sempiternum et semper illas ordinare debeas archipresul qui tunc fuerit in ipsa sancta neapolitana ecclesia asque omni

Digitized by Google

premio: integra domum mea de nido de bico de fistola fracta sit offertum in ecclesia sancti deonisi unde michi pertinet medietate ad abendum in sempiternum: dispono ut post meum obitum abeat donatum quidem altrudula filia memorati domini stephani bulcani cognati mei: Integra corrigia de terra mea de caput de monte. qui est in capite de clusuris de terra mea que dimisi at memorato viro meo sicuti sepis exfinat. et in sua suisque heredibus sit potestatem et si ipsa infra etate aut sine proprium heredem defuncta est rebertant et siat de quidem maria cognata mea genitrice sua conius memorati domini stephani bulcani cognati mei et in sua suisque heredibus sint potestatem faciendi que volueris: dispono ut post obitum meum abeat donatum memorato viro meo integra domum mea ista in quam avere videor in regione furcillense cum inferioribus et superioribus suis vel omnibus membris et cum introitas earum et omnibus sibi pertinentibus. et integra alia domum mea cum integrum hortum meum simul positum ad albini et in sua memorati viri mei suisque heredibus sint potestatem faciendi que volueritis: dispono ut post obitum meum habeat donatum at memorato viro meo omnes mobilias meas at parbum usque at magnum capitulum pretiosum vel vile et in sua suisque heredibus sint potestatem faciendi que volueritis: reliqua vero omnis mea hereditate seu substantia de intus et foris et omnes defisos et commentitos meos seu ospitibus et cespites meos cum omnibus illorum pertinentiis que post obitum meum rebertant et siat de memorato viro meo frugiandum illut vite sue et de ipsa frugias faciendi que volueris exceptis memoratis omnibus ominibus qualiter et quomodo superius legitur que in sua memorati biri mei suisque heredibus sint potestatem faciendi que volueris: post autem transitum de memorato viro meo ipsa reliqua badat pro mea et pro sua hanima per manum de memoratis distributoribus. vel per manus de persona illa cui memoratum meum dispositum in manus paruerit de memorata vero donationes de memorato viro meo de memoratas domos et de memoratum hortum et de iamdictas mobilias et de predictis omnibus et de ipsum hospitibus qualiter et quomodo superius legitur sit fiat: dispono ut post obitum meum habeat donatum at quidem domino aligerno buccaplanula et omnia quantum mihi pertinet de illum balneo distructum positum at capuana cum domos et curtas et cum omnibus eis pertinentibus ubi memo-

Digitized by Google

rato domino aligerno portione abes et comunale abemus cum ceteris parentibus et consortibus nostris et in sua suisque heredibus sit potestatem faciendi que volueris : dispono ut post meum obitum quantum detineo de iure memorate sancte neapolitane ecclesie sit ibidem datum et renditum abeas sancta neapolitana ecclesia pro luminaria asque iniuria tremisse unum : Si quis autem potenx vel impotenx omo secularis aut sacerdotalis quobis tempore contra unc meum dispositum benire presumpserint et eum in quacumque parte irritum vel bacuum facere quesierit per se aut summissas personas tunc componat pars ipsius infidelis eiusque heredibus at partem fidem serbantis eiusque heredibus auri libras sex bythianteas et unc meum dispositum ut super legitur sit firmum scriptum per manum stephani scriptoris discipulus domini iohannis scriniarii per memorata indictione † hoc signum † manus memorata maria quod ego qui memoratos ab eam rogatus pro eas subscripsi †..... alia manus.....

† ego iohannes filius domini ursi iudex testi subscripsi..... nam testis.....

† ego gregorius filius domini saducti..... iterum testis.....

† Ego iohannes primarius..... similiter testis.....

† Ego stephanus dudum scriptor nunc vero scriniarius complevi et absolvi per ista duodecima indictione ubi modo sumus..... eadem manus.....

† Ego bernardus primarius curie uius civitatis neapolis hec exemplaria dispositi sicut superius legitur quam eius authentica nobis dare fecit dominus iacobus venerabilis igumenus memorati monasterii sancti sebastiani pro ista exemplaria facienda at memorato monasterio ex ipsa authentica relebata et at singulos relecta pro ampliore eius firmitate manus nostre proprie subscripsi imperante domino nostro alexio magno imperatore anno bicesimo secundo set et iohannis porfilogenito eius filio magno imperatore anno undecimo die prima mensis iunii indictione undecima †

† Ego cesarius tabularius curie uius civitatis neapolis hec exemplaria dispositi sicut superius legitur quam eius authentica nobis dare fecit dominus iacobus venerabilis igumenus memorati monasterii sancti sebastiani. pro ista exemplaria facienda at memorato monasterio ex ipsa authentica

Digitized by Google

relebata et at singulis relecta pro ampliore eius firmitate manus nostra proprias subscripsi imperante domino nostro alexio magno imperante anno bicesimo secundo set et iohannis porfilogenito eius filio magno imperatore anno undecimo die prima mensis iunii indictione undecima †

CCCCXXVII.

An. 1077. † In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi. Imperante domino nostro. michaele. seu andronio. atque constantino porfirogenito magnis imperatoribus anno decimo: Die undecima mensis septembrii indictione prima neapoli: Horta est itaque intentio inter nos sergium. et stephanum uterinis germanis qui nominantur trusula filiis quondam gregorii qui iterum trusula nomminabatur. et quondam maria iugalium personarum. commanentibus intus memorato castro puteolano: et vos videlicet domino stephano ygumeno monasteri sanctorum sergii et bachi. seu theodori et sebastiani qui nominatur casapicta situm in biridiario. una cum cunta vestra congregatione monachorum memorati sancti et venerabilis vestri monasterii. De intentione que inter nos abuimus. de via que voluimus abere per illa terra vestra memorati vestri monasterii posita vero in loco qui vocatur sirrana. per estate cum carmunoclu. et per vindemia cum peculias carre-cata de vinum ut nos et antecessores nostris omni tempore nos et antecessores nostris. da memorata terra nostra usque at memorata terra vestra inde introebamus. et exiebamus pars autem vestra hatserebat ut non est veritas. ut nos antecessores nostris per at ipsa terra vestra non introebamus nec exiebamus. unde iudicatum fuit inter nos ut pars vestra nobis exinde preberet sacramentum dicente nobis ut nos at antecessoris nostri per ipsa terra vestra non introebamus nec exiebamus. nos autem poneremus vobis exinde chartula securitatis: et hecce impresentis recepimus a parte vestra memorati vestri monasterii memoratum sacramentum. et definibimus exinde vobiscum in omnibus. et amodo et semper numquam presummimus nos vel heredes nostris. nec abeamus licentiam aliquando tempore nos aut heredes nostris vobis posterisque vestris vel memorato sancto et venerabili vestro monasterio querere non debeamus memorata bia per memoratum campum

Digitized by Google

vestrum memorati vestri monasterii nec per alium qualecumque modum nec per summissas personas a nunc et imperpetuis temporibus: et qui vos aut posteris vestris vel memorato sancto et venerabili vestro monasterio presentibus et futuris exinde at querendum benerit. per nos aut per nostris heredibus. tunc nos et heredibus nostris vobis posterisque vestris vel memorato sancto et venerabili vestro monasterio exinde desuper tollere et tacitos facere debeamus viros et consobrinos et illorum heredibus. asque. omni data occansione: Quia ita inter nobis exinde iudicatum est: Si autem nos vel heredibus nostris aliter fecerimus de is omnibus memoratis et in aliquit offensi fuerimus per quobis modum aut summissas personas. tunc componimus nos et heredibus nostris vobis posterisque vestris. et memorato sancto et venerabili vestro monasterio presentibus et futuris auri solidos viginti bythianteos: et hec chartula securitatis ut super legitur sit firma scripta per manus sergii curialis quem scribere rogatus per indictione memorata prima † hoc signum † manus memorati sergii quod ego qui superscripto pro eis subscripsi †

† ego maurus presbyter et primicerius testi subscripsi †

† ego mari diaconus testi subscripsi †

† ego petrus presbyter testi subscripsi †

† Ego sergius Curialis Complevi et absolvi per indictione memorata prima †

Digitized by Google

CCCCXXVIII.

An. 1077. † In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi : Imperante domino nostro michaelem seu Constantino porfilogenito. et andronico magnis imperatoribus anno decimo die vicesima mensis octubrii indictione prima neapoli : Certum est nos stephanum qui nominatur cintrutum filio quondam domini iohannis qui iterum cintrutum vocabat et iohannis puherulo filio quidem petri *cintruti* qui fuit filius memorati domini iohannis hoc est thio et nepote. ego stephano cum voluntate marendam conius mea : et ego iohannis puherulo per absolutione gloriose potestatis domini sergii in dei nomine etminentissimus consul et dux. et domini gratia magister militum et una mecum habendo abbocatorem quidem domino petro pantaleo thio nostro quem ipsa gloriosa potestas michi abbocatorem dedit pro ipsa mea parbitate seum et cum consensum memarati genitori mei et cum volumtate maria genitrice mea : A presenti die promtissima volumtate venumdedimus et tradidimus tibi bitaliano filio quondam petri qui fuistis abitator de loco qui nominatur caribano et tu modo abitare videris intus istam civitatem : Idest integra petia de terra nostra que nominatur campo de coluso positum vero in loco qui nominatur tertium quod est foris flubeum cum arboribus et fructoras suas et cum introitum suum et omnibus sibi pertinentibus pertinente nobis per quondam memorato domino iohannes genitori et abio nostro et ad eum pertinuit per chartulam oomparationi suam quam ad eum exinde fecit iohannes qui nominatur modiosolidos filio quondam domini stephani. et quondam domina maria honesta femina iugalium personarum ipse autem cum volumtate anna conius sua quem vero ipsa chartula una cum alia una chartula comutationis quem ipsa chartula comparationis reclusat et cum due chartule promissionis exinde continentes in presentis aput te remisimus pro tua heredumque tuorum defensione coherente sibi at memorata petia de memorata terra quem superius tibi venumdedimus cum omnibus sibi pertinentibus ut super legitur ab uno latere terra hecclesia sancti georgii catholice maioris sicuti inter se terminis exfinat de alio latere et de ambobus capitibus terra monasterii hecclesie sancti sebastiani sicuti in ipso latere

Digitized by Google

fossatus exfinat. De quibus nichil nobis exinde aliquod remansit aut reserbabimus nec in aliena cuiusque personas quod absit comisimus aut iam conittimus potestatem: set a presenti die et deinceps a nobis tibi sit venumdatum et traditum in tua tuisque heredibus sint potestatem queque exinde facere volueritis ab odiernam die semper in omnibus liberam exinde abeatis potestatem: et neque a nobis memorato thiis et nepote ego memorato stephano cum volumtate memorata marenda conius mea. et ego memorato iohannes puherulo per absolutione memorati duci et una mecum abendo memoratum abocatore meum seu et cum consensum de memoratis iugalibus genitori meis neque a nostris heredibus nec a nobis personas summissas nullo tempore numquam tu memorato bitaliano aut heredibus tuis quod absit abeatis exinde aliquando quacumque requesitione aut molestiam per nullum modum nec per summissas personas nullamque adimbenta ratione a nunc et imperpetuis temporibus: Insuper et ab omnes omines omnique personas omni tempore nos et heredibus nostris tibi tuisque heredibus in omnibus illut antestare et defendere debeamus ostendentes tu et heredibus tuis nobis nostrisque heredibus memorate chartule quem superius aput te remisimus ad relegendum et finem cum eum exinde faciendum et sic nos et heredibus nostris tibi tuisque heredibus illut defendere debeamus qualiter superius legitur propter quod accepimus a te exinde impresentis in omne decisione seum deliberatione Idest auri solidos quadraginta de amalfi ana quadtuor tari per solidum sicut inter nobis combenit: Si autem aliter fecerimus de is omnibus memoratis per quobis modum aut summissas personas tunc componimus nos et heredibus nostris tibi tuisque heredibus auri solidos octuaginta bythianteos et hec chartula ut super legitur sit firma scripta per manus stephani scriptoris filio quondam iohannis scriniarii per memorata indictione † hoc signum † manus memorato thio et nepote memorato stephano cum volumtate memorata conius sua et memorato iohannes per absolutione memorati duci et cum consensu memoratis iugalibus genitoribus suis quod ego qui memoratos ab eis rogatus pro eis subscripsi et memoratos solidos traditos bidi et oc memorati sumus quia una ex ipse chartule est infiduciationis

† ego aligernus filius domini iohannis per absolutione suprascripti duci testi subscripsi et suprascriptos solidos traditos bidi †

Digitized by Google

† ego iohannes filius domini sergii per absolutione suprascripti duci testi subscripsi et suprascriptos solidos traditos bidi †

† ego iohannes filius domini gregorii per absolutioue suprascripti duci testi subscripsi et suprascriptos solidos traditos bidi †

† Ego iohannis Curialis et scriniarius Complevi et absolvi per memorata indictione †

Digitized by Google

CCCCXXIX.

† IN NOMINE DOMINI SALVATORIS NOSTRI IHESU CHRISTI DEI ETERNI. IORDANUS DIVINA ORDINANTE PROVIDENTIA CAPUANORUM PRINCEPS PETITIONI DILECTI SUI CLEMENTER FAVET. An. 1079.

Igitur fidelium nostrorum presentium ac futurorum noverit multitudo. qualiter ob amorem dei et salutem anime nostre. quam etiam et pro salute genitoris. et genitricis nostre. magne recordationis principis richardi. et fredessinde. damus adque Concedimus. in monasterium sancti laurentii levite. et martiris christi qui dicitur ad septimum. cui dominus rainaldus venerabilis abbas preest. per interventum domini Hervei capuani archipresulis. Vicum qui dicitur casolla vallenzana. cum pertinentiis suis cum silvis et piscationibus. qualiter tenuit guillelmus qui dicitur de pazzia in suo dominio. damus. quoque et Concedimus. terras. illas quas obtulerunt deo et sancto laurentio prefatus guilelmus. et goddefridus filius ivonis. ad hoc concedimus et confirmamus in prefato monasterio hec loca. et villam que dicitur nobole. oblatam ex parte principis richardi. qualiter modo tenet prefatum monasterium. et qualiter tenuit et dominatus fuit basilius. et curtes et terras que sunt in finibus macdalonis. quas prefato monasterio obtulit dominus richardus cum omnibus pertinentiis suis. qualiter modo possidetis. et dominamini. Insuper concedimus. et Confirmamus. prefato monasterio. dominoque abbati. cunctisque. suis successoribus. omnes terras. Concessas et oblatas in eodem monasterio a comitibus adversanis. adque militibus. que sunt in finibus ligurie. aud ubicumque. et cellam sancte marie que dicitur ad la spelunca. cum omnibus pertinentiis suis. qualiter dedit dominus Richardus. et cellas in acerra sancti coni. et sancti severini. qualiter modo possidet dominus abbas. et possederunt sui Antecessores. Ob recordationem etiam et nostram eternaliter stabiliendam Concessionem. hos nostre firmitatis apices fieri iussimus. quibus omnino saccimus et perpetualiter habendum mandamus. ut amodo et semper prefatum monasterium et dominus abbas suique successores. firmiter. secure. livere..... habeant semper. Remota omni inquietudine vel molestatione. cuiuscumque iudicis. comitis. castaldei et sculdais. et omnium

Digitized by Google

mortalium persone. Quod si quislibet hominum magna. vel parva persona. Contra hanc nostri precepti firmitatem agere presumpserit. aud eius violator in quocumque fieri temptaverit: sciat se compositurum auri purissimi libras sexaginta. medietatem nostre camere. et medietatem prefato monasterio. dominoque abbati. suisque successoribus. et soluta pena uius nostre concessionis et confirmationis munitum firmum. ac stabile. maneat in perpetuum. Ut autem hec nostre Concessionis pagina firmius credatur et diligentius ab omnibus observetur. manu nostra propria Corroborabimus nostrique sculpiri annuli iussimus in pressione

SIGNUM 

DOMINI IORDANIS
EXCELLENTISSIMI PRINCIPIS.

EX IUSSIone PREfate serenissime potestatis scriptum per manus Cansolini in anno vicesimo secundo principatus ipsius domini Iordanis et septimo decimo anno ducatus eius

DATum PRidie nonas augusti anno ab incarnatione domini nostri ihesu christi. M septuagesimo nono PER indictionem secundam.

Digitized by Google

CCCCXXX.

† IN NOMINE SANCTE ET INDIVIDUE TRINITATIS. Anno dominicae incarnationis millesimo octogesimo. Presidente sanctae romanae ecclesiae reverentissimo papa gregorio. Mense decembri. Indictione tertia. Ego goffridus spinacioli dominus. corbi filius. divino ductus amore ob remedium animae meae meorumque filiorum hac parentum obtuli perpetuo iure monasterio sancti michahelis archangeli vultuani cui preesse cernitur leo venerabilis abbas derelictam ab abbate suo sanctae trinitatis ecclesiam sitam in loco qui dicitur catuna et villam que dicitur aqua tecta. et sanctae mariae in edera sanctique egidii ecclesias. cum omnibus suis pertinentiis. finibus. territoriis. culfis. incultis. pascuis. Silvis. Vineis. aquis. molendinis. presentibus atque faventibus egregio duce robberto. domnoque desiderio abbate cassinensi. reverendisque episcopis. balduino scilicet melfiensi. constante venosino. ursione rapullensi. maio de monte viridi. venerabili sanctae trinitatis venosinae abbate berengario aliisque honestis hominibus qui aderant melfiae in palatio pontificali. quorum nomina ad huius oblationis corroborationem inferius sunt descripta. Si quis vero quod futurum esse non credo aut ego ipse, aut aliquis eredum meorum. vel quelibet alia persona huic oblationi quam prelibato monasterio virga concessi contrarie temptaberit. compositurum se auri purissimi centum libras cognoscat. medietatem camere lateranensi et medietatem prephato monasterio. eumque regentibus. An. 1080.

Et ut haec oblationis chartula firmior habeatur melfiensis praesul cum aliis pretitulatis rogatu meo sigilli sui impressione iuxta crucis signum quod manu mea propria depinxi iussit insigniri.

† Ego desiderius romanae ecclesiae presbyter et abbas montis casini subscripsi.

† Signum crucis domni robberti ducis.

† Signum crucis manu propria depicta roggerii comitis filii robberti ducis.

† Signum sanctae crucis quod ego goffridus corbi filius ad huius corroborationem oblationis quam pro remedio animae meae feci manu propria depinxi.

Digitized by Google

† Ego Balduinus melfiensis episcopus

† CONSTANS PRESCRIPTUS EPISCOPUS S. SEDIS VENUSINE TESTIS SUM

† ego MAIONE episcopus MONTIS viridi subscripsi

CCCCXXXI.

An. 1082. † In nomine domini dei eterni et salvatoris nostri ihesu christi anno ab incarnatione eius millesimo octogesimo secundo temporibus domini nostri Robberti gloriosissimi ducis mense ianuario sexta Indictione. Ante me siconem comitem et iudicem romoaldus notarius filius quondam romoaldi coniunctus est cum sellicto archipresbitero huius *sancti* archiepiscopii et custode ecclesie sancte semperque virginis dei genitricis marie que constructa est intra hanc civitatem inter murum..... heredum domini iohannis principis. ac filius quondam ursi. Et ipse romoaldus clarificavit sibi in sorte evenisse a genitoribus suis et sibi pertinere foris hanc civitatem in loco propiciano ex quibus tres pecias ubi petrurum dicitur dixit esse per fines et mensuram iusto passu hominis mensuratas. prima pecia de terra cum vinea quam..... santio dicitur a parte septentrionis finis via puplica que ducit inter hanc et subscribendam secundam peciam et passus triginta. A parte orientis finis sicut terminus est et passus viginti quatuor a parte meridiei similiter fine sicut terminus est et passus viginti octo. A parte occidentis finis media sepes et iuxta terram intra ipsam terram mensura passus quadraginta. Secunda petia de terra cum vinea et insitis et vacuo quam a li inferti dicitur A parte meridiei finis ipsa via puplica et recte prope eam intra ipsam terram mensura passus septuaginta octo. A parte orientis finis media sepes et secus eam intra ipsam terram mensura passus triginta quinque. A parte septentrionis finis medius limes et media sepes et recte intra ipsam terram mensura iuxta ipsam fine passus sexaginta sex et coniungit cum ipsa via priore fine. Tertia petia de terra cum vinea et olibis ubi sedilia est. A parte orientis finis via de alia parte finis heredum disidei quod eidem disideo in sorte evenerat a iohanne abio ipsius romoaldi notarii sicut termini fixi sunt et passus quadraginta. de alia parte finis terra cum vinea et vacuo quam dauferio germano ipsorum iohannis et disidei ab ipsis germanis

Digitized by Google

suis in sorte evenerat sicut terminus est et coniungent in ipsa via de alia parte fine ipsa via et in medium ista petia equali mensura est cum sortione ipsa predicti dauferii. et de ipsa sorte iamdicti dauferii et de omnibus aliis rebus que fuerunt suprascripti dauferii dixit sibi ipse romoaldus habere quartam partem quam ex eis pertinuit quondam berte uxori alfani filie suprascripti dauferii. Quarta pecia de terra cum insitis et vacuo ubi a la cretacza dicitur per finem A parte orientis finis medio vallone qui discernit inter hanc et terram cum querceto quam dudum coram me ipse romoaldus et germani sui commutaverunt heredibus suprascripti disidei. et iuxta ipsum vallonem per ipsam terram cum querceto viam comunem reserbata est. A parte septentrionis finis via de alia parte finis aqua que de sabuncula dicitur de supter partem finis media aqua que de fluvio auripo decurrit et finis podium et coniungit in medio ipso valloni priori fini. Quinta petia de terra cum insitis que dicitur a li fumiusi per fines A parte orientis finis medio vallone maiore quod ruscellum dicitur. et de aliis tribus partibus finis sicut terminus est. Sexta petia de terra cum uno insito desuper et prope suprascripta secunda petia. et ipse romoaldi ostensit octo cartulas ex ipsis rebus continentibus. quarum prima scripta per madelmum notarium quadragesimo quinto anno principatus domini gisolfi et tertio anno principatus domine gemme uxoris eius et domini paldolfi optato filio eorum mense augusto quinta indictione. et in ea subscripsit iohannes et ursu. Secunda scripta anno quadragesimo septimo principatus domini paldolfi et sexto anno principatus domini paldolfi mense ianuario octava indictione in quam subscripti sunt petrus notarius et andrea et lademarius. Tertia scripta anno quinto principatus domini iohannis et domini guidonis eius filii mense ianuario prima indictione. et in ea testati teudericus et petrus. Quarta scripta per ademarium notarium sexto anno principatus domini iohannis et primo anno principatus domini guaimarii eius filii mense ianuario secunda indictione. In quam subscripti sunt scriba palatii et teudericus notarius. Quinta scripta per..... notarium nono anno principatus domini iohannis et quarto anno principatus ipsius domini guaimarii mense iulii quinta indictione. et in ea subscripsit iohannes iudex. Sexta scripta per mirandum..... notarium anno principatus suprascripti domini guaimarii filii domini guaimarii mense iunio secunda indictione. in quam sub-

Digitized by Google

scriptus est ademari iudex. Septima scripta per dauferium natarium octabo decimo anno principatus domini guaimarii filii domini guaimarii mense februario quarta indictione et in ea alderissi notarius subscriptus est. Octaba scripta per ipsum alderissi notarium vicesimo..... principatus eius salerni suprascripti domini guaimarii et septimo anno principatus eius capue et ducatus eius amalfi et sirrenti et quarto anno suprascriptorum principatuum et ducatuum domini gisulfi principis et..... filii eius et tertio anno ducatus eorum apulie et calabrie mense iulii tertia decima indictione. In quam subscripti sunt alderissi et petrus notarii. et sicut..... congruum fuit bona sua voluntate per hanc cartulam vendidit ipsi sellitto archipresbytero et custodi integras suprascriptas tres pecias de terris per iamdictum.....integras ipsas quartam et quintam pecias de terris per iamdictos fines et totum et integrum illud quod ipsi romoaldo genitori suo pertinuit couiunctum cum suprascriptis..... ad filodini dicitur. et ubicumque per totum planum de ipso loco propiciano et per fines et vocabulis et pertinentiis ipsius loci tam peripsa quarta predicta berte ..... integra medietate de toto eo quod ipsi romoaldo genitori suo quomodocumque pertinuit in omnibus et de omnibus montaneis eiusdem loci propiciani et vocabatur..... loci et extra illud ubi..... et matre filii dicitur quod est totum uno teniente Hoc totum ut dicitur est ipse romoaldus prefato sellicto..... que intra illud sunt cunctisque suis pertinentiis et cum vice de ipsis viis seu et de aliis viis suis. et cum vice de aquario per ipsam terram..... coniunctum est cum illud que dicitur da lacretacza et cum suprascriptis cartulis. Ea ratione ut integra suprascripta venditio qualiter suprascriptum est semper sit in..... heredum eius et liceat illum et eius heredes de ea facere quod voluerint. Tantūm per illud quod dicitur da la lacretacza potestatem habeant heredes..... dauferii et omnes alii homines quibus legaliter pertinuerit. mittere et ducere aquam de ipsa sabuncula sicut eis legaliter pertinuerit per suos..... .....ipsius sellitti et heredum eius et ipse sellittus et heredes et homines quos voluerint potestatem habeant cum voluerint intra ipsam..... coniunctam rationabiliter introire et ipsum aquarium mundare et conciare et quod ex eo mundaverint in eadem terra iactare et aquam..... faciant que voluerint rationabiliter. Et propter confirmationem huius vendi-

Digitized by Google

tionis ipse romoaldus suscepit ab ipso sellitto statutum pretium..... quorum quisque habebat tarenos quattuor ex moneta amalfitanorum in omne deliberatione. Et per convenientiam ipse romoaldus guadiam..... dedit et fideiussores ei posuit roccardum clericum germanum suum ac filium memorati romoaldi et petrum clericum filium quondam falconis vallense qui dictus est propheta. et per ipsam guadiam..... romoaldus obligavit se et suos heredes semper defendere ipsi sellitto et illius heredibus integrum illud quod ei sicut suprascriptum est vendidit ab omnibus hominibus..... quando ipse sellittus et suos heredes ipsum romoaldum et eius heredes defensores de eo habere quesierint dent eis memoratas cartulas iusta ratione salvam habente..... sexaginta et vices romoaldus et eius heredes integrum illud quem ammodum ut suprascriptum est vendidit. eidem sellicto et illius heredibus ab omnibus hominibus sicut supra legitur defendant et post completos ipsos dies per omnes vices cartulas ipsas quales eis date fuerint ipsi sellitto et eius heredibus. et ipse romoaldus tribuit ipsi sellitto licentiam ut quando ipse sellittus et suos heredes voluerint potestatem habeant illud per se defendere qualiter voluerint et omnibus muniminibus et rationibus quas de eo ostenderint. et si sicut superius scriptum est ipse romoaldus et suos heredes ipsi sellitto et eius heredibus..... quam remobere aut contradicere presumpserint per ipsam guadiam ipse romoaldus obligavit se et suos heredes componere... ..... heredibus centum auri solidos Constantinos. Nec non et sicelgaita uxor ipsius Romoaldi ac filius quondam ademarii notarii per convenientiam obligavit se et suos heredes cum voluntate suprascripti viri et mundualt sui et presente eo si suprascripta vel ex eis quicquam remobere aut contradicere presumpserint con..... ex illius heredibus centum auri solidos constantiniani. Verumtamen quum nominatibe ipse romoaldus vendidit ipsi sellitto in suprascripta ratione sicut et ipsa.. .....ipsam peciolam de terra cum uno insito de quanto ibidem et coniunctam ipsi romoaldo genitori suo pertinuit. Et taliter tibi iohanni notario scribere precepi

† Ego qui supra Sico iudex

† Ego iohannes notarius me subscripsi

† Ego qui supra romoaldus notarius me subscripsi

† Ego Ademarius notarius me subscripsi

Digitized by Google

CCCCXXXII.

An. 1082. † In nomine patris et filii et spiritus sancti Amen. Anno ab incarnatione domini nostri ihesu christi millesimo octogesimo secundo mense september. indictione quinta. Ea ego iohannes abbas rector cenobii sanctus georgius martiris qui est edificatum vel lavôratum intra civitatem melfi. Clarefacio quia in iamdicto nostro cenobio inde me habere plures terras per singulas loca que per indigentiam famulis lavorarem minime potemus inter quas habemus pauca de terra arida que ab hominibus lavorata non fuit. et pertinet nobis per cartulam concessionis. in loco ad ipso fluvium qui dicitur aqua casta. de illa pars. que est in faciem molinum de amicecommiti. quod sine omni effectum illam possidemus. Et ideo unum colloquium habui cum riso monacho et cum gregorio nostro gregorio vel de nostro cenobio vel cuntorum fratrum. ut si invenire potuerimus ex rebus nostri cenobii daremus de quibus aliter unum librum nomine omelia. reciperemus quia maiorem necessarium habet in nostro predicto monasterio et propter meliorationem nostro cenobio et ecclesiarum dei pretium desuper recipere potuimus ut de manibus persequentium nobis et dominatores deliberare nos possamus Et ideo per sciscitationem. invenimus romoaldo iudice de predicta civitate. qui a nobis predicta terra de predicto loco nostro cenobio pertinentem ordine combenientie iuxta legem vicariare querebant remeliorationem a parte sancte ecclesie pretium nobis adiungere querebant. quod de nobis obtime faciendum esse comparuit per quo illa sine omni effectum possidemus. Quapropter misimus. et vocare fecimus ingo lumbardo quod nostro cenobio et nostrum advocatores esse scimus ut in medium. feret nobis in ac combenientiam vicariationis quatenus eaque utreque faceremus omni tempore stabili ordine permanere. Reminiscentes eaque astam surrexi. in suo tempore in edicti pagine curavit dicens. Si quis cum langobardis pontificibus abbatibus seu senodochiorum propositis aliquit combenientiam fecerint ex quibuscumque rebus et penam inter se obligaberint et idoneis homines interfuerint. non sit postea ab eorum successoribus removeri sicut nec remobetur ab eis langobardis excepto si pena suprascriptam inter se componere voluerint et aliaque in eodem sequitur capitulo. Ideoque ego iamdicto iohan-

Digitized by Google

nes abbas bona mea voluntate una mecum astantem adque consentientes iamdicto nostro advocatore. et cum consensum predicto riso monacho. adque gregorio nostro monasterio. gregorio. et cuntorum fratrum. Ante presentia milo iudice et subscriptorum testium vicariamus tibi romualdo iudice. adque per ferulam de manu secundum legem tradimus tibi ipsa predicta terra quod superius nominavimus. Unde et nos per ipsa vicaria. recepimus a te romualdo iudice. hoc est unum librum quod superius legitur et per causam meliorationis ecclesiarum dei. adiunxisti nobis desuper solido uno aureo scifato bono. Ipsa terra que vobis per ipsa vicaria dedimus continet ex omni parte finis qualiter in ac cartula declaramus. Prima pars fine de ipso predicto fluvium qui dicitur aqua casta et vadit non longitudo de ipsa via que pergit ad sancto petro de la serra. Secunda pars fine de ipso vallone qui pergit ad ipso monte de petrus canonico sancti martini grandenato. Tertia pars. fine. de ipso limite. de super ipso monte. Quarta namque pars fine. per ipso vallone. qui fecit ipse de mossite et vadit usque ad ipso predicto fluvium usque in priora fine. Sic autem vicariamus nos qui supra iohannes abbas et riso monacho et gregorio preposito gregorio ipsa predicta terra per predictos finis. tibi romualdo vel a tuis heredibus cum omnia infra se habentibus cultum vel incultum. et cum trasita et exita sua. ad semper habendum et possidendum et omnia exinde faciendum. qualiter tua et de tuis heredibus fuerit voluntatem. Absque nostre qui supra abbatem vicariatori tuo. et de nostris successoribus. vel de omnibus hominibus contradictionem vel requesitionem. Et hoc repromittimus et obligamus nos nostrosque obligamus successoribus nostris tibi qui supra romoaldo vel a tuis heredibus ipsa terra nostra supradicte vicariatione. omni tempore antistare et defendere da omnes homines qui vobiscum causare vel contendere quesierit per qualiscumque ratione. quot si minime antistare et defendere non potuerimus aut si nos ipsos aut per alia summissa. personas hominum per quolibet ingenium. ipsa nostra vicariatio retroare quesierimus ante omnia obligamus ut questio nostra inanis e vacua sit. et fert que de tale vicariatione. in eodem loco. et tale beneficiatum qualis in illis diebus esse paruerit. sub estimatione hominum secundum legem. vobis dare obligavit. de colludio autem si a vos pulsati fuerimus satis vobis facimus iuxta legem ad sanctum dei evangelium ut nostrum non sit colludio. Insuper bone no-

Digitized by Google

stre voluntati nos qui supra iohannés abbas una cum riso monacho et gregorio gregario et supradicto ingo nostro advocatores guadia tibi romoaldo dedimus et mediatores tibi posuimus grimoaldo de sancta lucia per appositi bovi et caballi sui et omnia sua pignora legitima et inlegitima ad pignorandum illum et suos heredes omni tempore absque calumniis ea videlicet ratione. quod si ec omnia quibus superius legitur vobis adimplere noluerimus. et istam cartulam nostre vicariationis irritam facere teptaverimus et per causatione aut per pigneratione vos exinde mittere quesierimus per qualiscumque rationem vel ingeniis. Sic obligamus nos. nostrosque obligamus posteriores. componendum tibi romoaldo vel a tuis heredibus solidos centum aurei boni scifati et in domnico alios centum et in antea per imbitis ista cartula vicariatione et in superscripta ratione omni tempore firmam et stabilem permaneat. Quam scribere rogavimus per manus ubberti notarius qui is interfuit. et hunc brebem vicariatione scripsit. hactum prefate civitate melfi mense indictio superscripta †

† ego qui supra milo iudex.

† Signum crucis propria manu petrus presbyter filius urso natali.

† Signum crucis propria manus sikenolfus filius dunnandi.

Digitized by Google

CCCCXXXIII.

† IN NOMINE DOMINI NOSTRI IHESU CHRISTI. Anno ab incarnatione ciusdem millesimo octogesimo secundo. Indictione quinta. Ego Robertus universorum dispositoris permissione. dux apulie. calabrie. et sicilie. una cum coniuge mea. Sikelgayta. et filio nostro rogerio. dedimus. et sub donationis testamento designavimus. mense ianuario. ecclesiam sancti arontii de tarento. monasterio Sancti Laurentii aversano. et abbati eiusdem loci. et aliis secundum Sancti Benedicti regulam. eidem predicte ecclesie iuste succedentibus cum omnibus illis que ex nostra parte. secundum iustitiam dare et concedere sibi possumus. tam in terris quam in vineis. mobilibus et immobilibus. Preterea huic donationi superaddimus unam piscariam. que fuit landonis predicte civitatis tarenti vicecomitis. Concedimus insuper. ut ubicumque sint monachi prefate ecclesie in toto honore nostro. nullas penitus vendendi. vel emendi consuetudines reddant. nec aliquis ab eis plateaticum de rebus suis exigat. dedimus prefate elemosine. ut si homines. prefate ecclesie aliquid forte foris fecerint hominibus nostris. non sit aliquis de nostris. ita temerarius. vel audax. ut eum sine clamore monachorum. aliquo modo iustificare presumat. Sed predictis monachis. prius proclamationem faciat. et per manus eorum postea iustitiam abeat. Concedimus etiam prefate ecclesie. ut sicut homines nostri in terra nostra. alienos homines affidare possit. ita etiam et predictis monachis. affidandi quoslibet in terra nostra potestatem tradimus. Quicumque ergo hoc preceptum proprio *sigillo* bullatum infirmare voluerit vel presumpserit. centum solidos aureos. ad curiam nostram componat. Ego vero Wuillelmus Regiensis ecclesie electus huius donationis et carte estiti testis et notarius. An. 1082.

Digitized by Google

CCCCXXXIV.

An. 1082. † In nomine domini nostri ihesu christi. Anno ab incarnatione eius millesimo octogesimo secundo. et undecimo anno regni domino rubberto invictissimo duce ytalie calabrie atque sicilie mense iunio quinta indictione brebe facto a me nicolaus filius iohanni naucleri qui et de muscato. de civitate bari. De quanta causa mobilia presentia bonorum hominum testium subscriptorum dedit andronico filio petri ex hac civitate me presente in dotis belle filie sue uxoris mee. In primis uno basilico stantile ornato. et uno sussudi albo et biride absque ornato. et due bagladiki bone nobe: et alia bagladiki cotidiana et due camise bone subtili ad legature triginta. et alie due camise bone nobe ad legature viginti quadtuor. et alia camisa cotidiana et uno sacco bono coppivellato cum capore masuli colori nei. et una cala bona noba serica. et alia cala minore bona noba similiter serica et alio sacco bono coppivellato cum masuli suski et colori nei: et uno sacco bono scitto cum capore masuli et alio sacco scitto cum nikisorate. et una cala villata cum capore masuli similiter colori nei. et alia cala cum masuli. et alia cala bambacine. et uno bittulo de bigallo bono et alio bittulo da cruciccla de brachie decem et octo. et uno vittulo masuli itto. et una reticella bona alia lassinea et uno infloccato.....albo et rubro et una pentarea. et uno capistrinculo et uno pario..... pario circelli argentei et due anule auree et uno laximaribo..... de seta grecisco et due curtine bone ad viginti legature et panno super cabbea ad legature viginti duo. et alio panno super cabbea cum litteris et due parie platone bone nobe ad viginti sex legature. et alio pario plaioni ad legature decem et octo. et una imbestitura ad camise pincte de legature viginti quadtuor. et alia imbestitura scitta ad legature viginti quadtuor. et alia cotidiana adlizzulo et uno tarpito et uno..... et uno saccullo da balice..... et una conc.....:et et una frixoria.....et una.....

Digitized by Google

CCCCXXXV.

† IN NOMINE DOMINI NOSTRI IHESU CHRISTI. Anno ab incarnatione eiusdem millesimo octogesimo secundo. indictione quinta. Ego Rotbertus universorum dispositoris permissione dux apuliae calabriae et siciliae. Una cum coniuge mea sikelgaita et filio nostro Roggerio dedimus et sub donationis testamento designavimus mense ianuario ecclesiam Sancti arontii de tarento Monasterio sancti laurentii aversano et abbati eiusdem loci Robberto. et aliis secundum Sancti Benedicti regulam eidem predictae ecclesiae iuste succedentibus cum omnibus illis que ex nostra parte secundum iustitiam dare et concedere sibi possunt tam in terris quam in vineis mobilibus, et immobilibus. Preterea huic donationi superaddimus unam piscariam que fuit landonis predicte civitatis tarenti vicecomitis. Hec autem omnia ob peccatorum meorum remedium et indulgentiam omnium parentum remissionem et memoriam. Ego vero Willelmus regiensis ecclesiae electus huius donationis et cartae extiti testis et notarius

Digitized by Google 9373894

CCCCXXXVI.

An. 1082. † IN NOMINE domini nostri iesu christi dei aeterni. Anno ab incarnatione eiusdem millesimo octogesimo secundo indictione quinta. Ego robertus universorum dispositoris permissione dux apulie. calabrie. et sicilie. una cum coniuge mea sikelgaita. et filio nostro rogerio. dedimus et sub donationis testamento designavimus mense ianuario. ecclesiam sancti aroncii de tarento. monasterio sancti laurentii aversano. et abbati eiusdem loci. roberto. et aliis secundum sancti benedicti regulam eiusdem predicte ecclesie. iuste succedentibus. cum omnibus illis que ex nostra parte secundum iusticiam dare et concedere sibi possumus. tam in terris quam in vineis. mobilibus et inmobilibus. Preterea huic donationi superaddimus unam piscariam que fuit landonis predicte civitatis tarenti. vice comitis. Simulque concedimus in ipso monasterio totam causam quam trostainus de mileto in troia a nobis tenuit. exceptis decem villanis. et terra pro uno aratro. et duobus casis quas domine fredelscende uxori georgii dedimus. Superaddimus quoque huic donationi. ut per totam capitanatam. et apuliam. et maritimam. atque calabriam. ubicumque obedientias prephatum monasterium sancti laurentii habuerit. licenciam et potestatem habeat in suis possessionibus ecclesias edificare. casale facere. et ibidem homines affidare. et vineas et olibeta. et alia pomifera pastinare. et molendina facere. Et neque a nobis aut a nostris heredibus vel successoribus. aut a nostris stratigotis. iudicibus. trumarchis. vice comitibus. plazzariis. vel ab aliquibus ministerialibus reipublice quolibet tempore predictum monasterium. et abbates. et successores sui. exinde aliquod contrarium abeant. et neque ad villanos aliquod datum tollant. vel aliquam angariam facere faciant. aut in causam eos ducant. Si quis vero temerario ausu harum nostrarum concessionum violator extiterit. sciat se compositurum auri purissimi libras quinquaginta. medietatem camere nostre. et medietatem parti ipsius monasterii. et he nostre concessiones semper firme et inconcusse permaneant. Textum vero harum nostrarum concessionum scribere precepimus. Willelmo regiensis ecclesie electo. et nostro cum tipario plumbea bulla bullari iussimus.

† Ego Robertus dux me subscripsi.

Digitized by Google

† Ego Sikelgaita dei gratia ducissa.
† Signum guidonis filii Roberti magnifici ducis.
† Signum Ubaldi.
† Signum guidelmi de broilo.

CCCCXXXVII.

† In nomine domini dei salvatoris nostri ihesu christi. Temporibus domino Iosfrida dei gratia consul et dux: mense ianuario indictione septima gaieta: et ideo nos iohannes presbyter de rico. Quam et nos iohannes et petrus et stephani de rico patris et filii abitatoribus castro argenti. Divina itaque gratia compulsi per dei omnipotentis misericordia. quam et pro redemptionis anime nostre et omnium nostrorum parentum. ab hac die et omnem futurum tempus. cum uno consilio uno tenore. pariterque spontanea nostrae voluntatibus placui vobis dari. donari. et concedere. atque offerire et perpetualiter etiam scribere. In ecclesia tua beatissime michahel archangele. qui situs es in civitate gaieta. ubi nunc rectorem et gubernatorem conspicimus esse domino constantino in dei nomine venerabili abbati: Idem damus et offerimus da die presentis. omnia et in omnibus pertinentie nostre hereditatis de terre. et vineae posite intra traguazano. quantumcumque nobis ibidem pertinet aut pertinentes fuerit da paterna vel da materna substantia seu de nostra comparatione. Similiter damus atque offerimus nos in tuo sacro cenobio sancte michahel archangele omnia et in omnibus ipsa nostra portione de ipse vinee quantumcumque nobis pertinet in territorio de argenti. cum tota et inclita ipsa domui nostra que est posita intus in suprascripto castro argenti. tota preordinata cum aree. tinaccia et ligna quante ibidem intus habet. quomodo nos eam possedimus usque modo taliter nos eam donamus et offerimus. et ipsa suprascripta nostra pertinentia de terris et arbustora. quantum nos habere visi sumus pater et filii in suprascripto loco. guazano. quantum nobis ibidem pertinet aut pertinentes fuerit. da paterna et da materna substantia. vel de comparatione nostra: Quod est ipsa comparatione nostra da leo domino stephano. que est vinea et terra. et ipsa nostra comparatione da domino campulus

An. 1084.

Digitized by Google

filius domino marino bone memorie que est posita da pede montis qui dicitur passignanum. et ipsa quatuor modia de terra de nostra comparatione que sunt posita ad ipsa ecclesia sancto angelo de traguazano. Itaque damus ego iohannes presbyter in tuo sacro cenobio sancte michahel tota et inclita ipsa portione de vinea et terris de rico bone memorie fratri meo quod ego detineri debui et frugiari vita mea. quod est de quartam partem una quod ei pertinuit da paterna et da materna substantia. et da diem obitus mei debeat retornare ipsa predicta portione de rico fratri meo de vineae et terris. quod illi pertinet et contingit da genitorem et genitricem nostra in potestate de ipsi fratribus meis. vel de eius heredes. et qualiter ego iohannes presbyter tota ipsa portione frugiari debui de rico fratri meo. taliter detineri: et frugiari debeatis dierum vitae meae. tam vos qui supra domino constantino abbate quam et tuis posteris successores. et da diem obitus mei totam et inclitam rebertat in potestatem eiusdem fratribus meis. vel de eius heredes. propter quod tu domine constantine abbas. et tuis posteris et successoribus tuis. nos iohannes presbyter. et nos iohannes et petrus et stephanus pater et filii debetis nos nutricari. vestiri. sicut unum ex fratribus vestris. et nos presentialiter committimus in suprascripto monasterio tuo et ibidem manere. et laborare debeamus omnibus diebus vite nostre: tam intus quam et foris certare potuerimus. et debemus nos ibidem monachi facere. et modo per vobis parigiastis debitum nostrum solidi decem dedèntur ad marino patina. habitator predicte civitatis gaieta. Itemque debetis vos domine constantine abbas et tuis posteris successoribus quousque nos accipiamus habitum monachale seminari unum modium de vitalio cum vestri bovi Hec autem omnia et in omnibus quod superius diximus. que est de quartam partem una. vestra offertionis in tuo sacro cenobio beatissime michahel. odie concedimus. et offerimus. de nostra portione. et nostra comparatione. de vineis et terris. quam et ipsa portione mea de ipsa ecclesia sancti angeli de traguazano cum omnibus sibi pertinentibus. quam et de ipso omnia quod superius diximus de vineis et terris. de montibus. vallibus. appendicibus silvis rivis parietinis. paludibus. et cultum et incultum sationale et insationale cum vie et semite sue libere et absolute. intrandi et exiendi omni tempore. cum omnibus cum quibus necessum fuerit. omnia quod ibi natum est et nascere visus fuerit. totum damus et concedimus atque offe-

Digitized by Google

rimus. ut da hodie et semper in tuo monastesio maneat potestate. et decem qui supra domine constantine abbas. et de tuis posteris successoribus. quam et de cuncta vestra congregatione. fratrum ex predicto monasterio. et tribuimus nos vobis licentiam et potestatem. habendi. tenendi. fruendi dominandi iure quieto vindicendi. omni tempore. ut hec omnia nostra. offertione in suprascripto monasterio maneat. Et neque a nos iohannes presbyter. quam et nos iohannes. et petrus et stephanus. pater et filii. neque a nostris heredibus. neque a nullius cuiuscumque persona magna vel parva. numquam querelam neque calumpniam sustinebitis bos qui supra domine constantine abbas neque tuis posteris successoribus in sempiternum. Verum quod absit et avertat divina potentia quod sive nos vel nostris heredibus. aut qualiscumque persona magna vel parva. contra hanc nostram offertionem et concessionem quod superius legitur contrarie aliquod facere voluerimus non itaque valeat adimpleri quod reppetit. set habeat anathema mara thama. et portionem habeat cum illo impio iuda traditor domini nostri ihesu christi..... existat eadem illa persona in suprascripto monasterio pene nomine auri purissimi libra una. et post soluta pena hec nostra offertione. et concessione qualiter superius legitur firma permaneat imperpetuum. scribendum rogavimus a marino diacono et notario suprascripte civitatis in mense et indictione suprascripta † Signum manus iohannes presbyter qui scribere rogavit.

† Signum manum iohannes et petrus et stephanus qui scribere rogaverunt

† ego docibili filio domini iohannis

† ego marinus filio domino marinu pedeacea

† ego..... filio domini costantini scannati

† ego..... domini docibile lanciaco

† ego marinus diaconus et notarius scripsi

Exempla

Digitized by Google

CCCCXXXVIII.

An. 1084. † ARNALDUS GRATIA DEI ACHERONTINUS ARCHIEPISCOPUS. Convenit Pontificali moderamini pia religione pollentibus. et pro dei karitate pluribus necessariis indigentibus debita compassione succurere eorumque postulationibus benigna devotione assensum attribuere. Potissimum enim lucri premium apud conditorem omnium deum reponitur. Quando in necessitate pro deo mundum relinquentibus subvenitur. Iccirco nos divina gratia in acherontina ecclesia constitutus vobis et sancto laurentio de aversa monachis videlicet hugoni priori..... ... et roggerio bona vita atque pia religione notis vestrisque successoribus similem vitam ducentibus pro vite sustentatione concedimus ecclesiam sancti angeli de frassineto cum pertinentiis suis. et ecclesiam sancti donati de silva cum pertinentiis suis. et ecclesiam sancti iacobi similiter ut habeatis potestatem eas ordinandi gubernandi. atque quiete tenendi. ita tamen ut singulis annis tres salmas olei constantes viginti et uno starorum ad mensuram botentinam ecclesiae acherontinae sanctae dei genitrici semperque virgini Mariae in festivitate sancti martini ad eius illuminationem pro pensione reddatis. et equum aut mulum vel mulam si ibi fuerit semel in anno ad romam incedendum nobis accomodetis et priorem ecclesiarum illarum ad nostram sinodum si vocatus fuerit et sine mea excusatione non remanserit venire faciatis. Si autem sua rebellione venire noluerit. infra quadraginta dies si inquisitio facta fuerit apud vos nobis emendetur. et debitam satisfactionem in nostro episcopo de predictis ecclesiis non agatis et nullam ecclesiam nostro archiepiscopatui subiacentem sine nostro consensu acquiratis. Et si predicta omnia nobis nostrisque successoribus vos vestrique successores non observaveritis. confirmamus atque statuimus ut que concedimus iuste amittatis. Si vero aliquis temerario ausu huius nostri privilegii violator extiterit. auctoritate dei et sanctae màriae sanctique petri. et nostra. sciat se innodatum vinculo excommunicationis quo usque deo et vestre fraternitati dignos penitentie fructus reservaverit.

† Ego arnaldus archiepiscopus gratia dei acherontine predicte ecclesie..... snpscripsi

Digitized by Google

† Ego Robertus gratia dei trigarensis episcopus hoc confirmo.
† Ego arnaldus. acherentine sedis episcopus hanc cartam affirmo.
† ..... venusinus episcopus hoc confirmo.
† Ego romanus archipresbyter sancte acerentine sedis
† Ego Caro archidiaconus eiusdem sancte ecclesie.



..... pridie kalendas ianuarii per manus Sassonis Sancte marie diaconus anno septimodecimo pontificatus domini arnaldi archiepiscopi acherontini. Ab incarnatione vero domni millesimo octogesimo quarto indictione septima.

Digitized by Google

CCCCXXXIX.

An. 1085. † In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi: Imperante domino nostro alexio magno imperatore anno quarto: die duodecima mensis martii indictione hoctaba neapoli: Certum est me iohannes qui nominatur cofinello filio quondam domini ..... cofinelli. A presenti die eo quod tu videlicet theodora coniuge mea filia quidem domini iohanni archidiaconi. mihi in presentis dedistitis de tuum proprium. idest auri solidos quindecim de tari ana quattuor tari per solidum. voni de amalphi. deinde et ego per anc chartulam do et trado tibi. idest integra una tertiam mea de integra inferiora cellarei quem ego comparatum habeo per chartulam comparationis mea da domina drosu honesta femina exadelfa germana mea filia quondam domini iohannis cofinelli thio meo conius domini gregorii russi. et est ipsa inferiora que ego comparavi unde ipsa tertia superius tibi dedi. constituta subtus superiora domui mee posita vero intus hanc civitatem neapolis in platea que appellatur palmoram qui et dioscori dicitur regione de platea que appellatur augustale una cum aeribus suis et cum quantum de oc pertinet et de porticum ante parte horientis. et cum introitum suum que ibidem ingredit da memorata platea per memoratum porticum et per regie sue omnibusque eis pertinentibus. set memorata tertia mea que superius tibi dedi de memorata inferiora. indivisa reiacent cum duas partes que de memorata inferiora ego dedi ad uterina germana mea. et coheret a memorata inferiora unde ipsa tertiam mea superius tibi dedi. a parte horientis memoratum porticum sicuti iste paries exfinat in quo sunt memorate regie unde ipsum introitum abere debeatis. et a parte hoccidentis inferiora ipsius domui mee ut iste paries exfinat et a parte meridiana est porticum meum quomodo iste paries exfinat. et a parte septemtrionis inferiora de illu pititica demune. et ab odierna die et deimceps a me tibi sit datum et traditum tu ac tuis eredibus sit potestate queque exinde facere volueritis semper liberam abeatis potestate. et neque a me memorato iohannes cofinello neque a meis eredibus ullo tempore numquam tu aut memorata theodora coniuge mea aut heredes tui quod absit abeatis exinde aliquando quacumque requesitionem aut molestia per nullum modum

Digitized by Google

nec per summissas personas a nuc et imperpetuis temporibus. Insuper omni tempore ego et heredes mei exinde ab omnes homines omnique personas in omnibus tibi tuisque heredibus illud antestare et defendere debeamus. Quia ita nobis combenit. si autem et in aliquid offensi fuerimus per quobis modum aut summissas personas tunc componimus tibi tuisque heredibus auri solidos triginta bythianteos. et hec chartula ut super legitur sit firma scripta per manus petri curialis quem scribere rogatus per indictione memorata hoctaba † hoc signum † manus memorati iohannis cofinelli quod ego qui memoratos: pro eum subscripsi †

† ego stefanus filius domini stefani testi subscripsi †

† Ego sergius: Curialis testis subscripsi †

† Ego petrus primarius testis subscripsi †

† Ego petrus Curialis Complevi at absolvi per indictione memorata hoctaba †

Digitized by Google

CCCCXL.

An. 1086. † In nomine Sancte et Individue trinitatis Anni ab incarnatione domini nostri ihesu christi millesimo hoctogesimo sesto et quinto anno Regni domino Alexio imperatore Mense septembris nona indictione Ego Goffridus dei homnipotentis misericordia inclitus comes dominator civitatis monopoli considerabi ad salutem et remedium anime mee de propriis falcutatibus et michi pertinentibus dare in benerabilibus locis. in ecclesiis domino dicatis ut regnum sempiternum possim acquirere et bita possidere eterna. Pro ac itaque ratione cum acfectum magno desiderio per fustem et per hoc scriptum hoffero adque trado ecclesie Sancti nicolai que sita est in pinna intus prephata civitate et in manibus tuis domini laurenti venerabilis abbati tecum adstante leoni iudici adbocator tuus. hoc est enim omnem rebus stabilem de quantum michi qui supra comes est pertinente da maraldo filii biti. et de filii papa cilicio et de eorum confinantibus in loco Sancti petri qui cognominabatur betrani qui per plurimos annos exierunt de nostra curia et iam non sunt rebersi. Et est rebus ipsa per as finis a parte mari est biam puplica maiore: a parte borea est gripta carrara et quommodo badi in pars montis usque in carbonara. omnia et in omnibus a predictis finibus in pars austri hoffero in prephata dei ecclesia super montis et subter montis Idest lame et iscle griptis hortalis puteis olibetis et terminetis terris et territoriis pomis binealibus vel cum omnia infra se habentia usque ad biam puplicam Ec omnia prescripta ego qui supra comes offero adque concedo et confirmo in prephata dei ecclesia et in manibus tuis domini laurenti benerabilis abbas sicut actenus tenuistis per easdem finis. Abendum dominandum et possidendum tibi tuisque successoribus ad faciendum exinde omnem utilitatem de ipso sancto monasterio ad remissione anime mee omniumque parentum meorum sine omni contrarietate mea qui supra comes meorumque successorum vel heredum et qui unc brebe hoffertionis disrumpere boluerit omni dibina maledixione subiacent Et post taliter nostra offertione adimpleta propriis manibns meis per firmitatis causa supter signum sancte crucis signari et cum meo tipario plumbeo. carta ista feci bullari et precepi testari Scribo Imperialis Spatharo Kandidus et critis bisantio iudex et stephano

Digitized by Google

....narenaci in quorum presenti ista offertione tradidimus hordine ut supra declaratum est. Et scribere fecimus per manum Robertus notarius noster qui et interfuisti PARVUS IUDEX

† Signum proprie manus mee qui supra Goffridus Inclitus Comes

† Scribo Imperialis Spatharo Kandidus et kritis et trumarcha qui supra ego

† Ego qui supra viventio iudex

† Ego stephano teste sum.

CCCCXLI.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi: Imperante domino nostro alexio magno Imperatore anno sexto. die decima mensis decembrii indictione decima neapoli. Visus itaque fuimus nos videlicet gregorium qui nominatur paramenestra et maria honesta femina et drosu honesta femina uterinis germanis filiis quondam domini petri paramenestra. set ego memorata maria honesta femina relicta quidem domini marini pantaleoni nunc vero monacho. et ego drosu honesta femina relicta quondam domini gregorii qui nominatur de illa ficum querere una cum quondam iohannis uterino germano nostro. domino stephano venerabili igumeno monasterii sanctorum sergii et bachi qui nunc congregatus est in monasterio sanctorum theodori et sebastiani qui appellatur casapicta situm in viriarium de integras omnes terras. positas vero in loco qui vocatur burgaursi territorio putheolano. una cum scapulis et montes seu planum insimul in uno coniuntum iusta campum de olibanum qui vocatur ..... cum introitum suum omnibusque eis pertinentibus que in memorato monasterio. offeruit memorato domino petro paramenestra genitori nostro per suum dispositum. dicendo pars nostra atbersus memorato domino stephano venerabili igumeno memorati monasterii. ut nos aberemus medietate de memoratas omnes terras ex ipso loco burgaursi eo quod nos illa tenuimus et tenebamus. et alia medietate ex ipsa omnes terras abere memorato monasterio. et per convenientiam fecimus inter nobis chartule recetatibe per memoratum dispositum memorati genitori nostri. ut

An. 1086.

Digitized by Google

dum illi normanni fuisset in pertinentiam istius civitatis. ipse et posteris suis et memorato sancto monasterio. nobis nostrisque heredibus pro memorata terra de burgaursi. per omnem annum in festivitate sancte marie de agusto mense. dare unum annum triticum quarte duodecim. et in alium annum mileum quarte sidecim at quarta iusta. et ipsa terra de burgaursi in illorum posterisque illorum memoratoque illorum monasterio esset potestate qualiter ipso disposito memorati genitori nostri continet. unde ipse monasterium apud se habet una exemplaria. sicuti in omnibus ipse chartule convenientie declarat. unde venimus nos memorato gregorio et iamdicta maria honesta femina et predicta drosu honesta femina uterinis germanis filiis memorati domini petri paramenestra. et quesivimus vos videlicet cunta congregatione monachorum memorati monasterii. dicendo pars nostra atbersus vos ut vos et memorato vestro monasterio daretis nobis nostrisque heredibus per omnem annum memoratum triticum et iamdictum mileum sicuti ipse chartule convenientie continet. pars autem vestra atserebat ut nequaqua vos nec memorato vestro monasterio daretis nobis memoratum triticum et iamdictum mileum. eo quod illicitis et sine ratione nos fecissemus cum memorato domino stephano venerabili igumeno memorati monasterii. ipse chartule convenientie pro quo memorato genitore nostro ipsa terra de burgaursi hofferuit per ipsum suum dispositum in memorato vestro monasterio. unde multam àltercationem exinde inter nos abuimus ante iudices publicos. et a parte nostra ibidem ostensa fuit memorata chartula convenientia recitatiba per memoratum dispositum memorati genitori nostri. et a parte vestra ibidem ostensa fuit memorata exemplaria de memoratum dispositum qui declarabat quomodo ipsa omnes terras de memorato loco burgaursi esset offerta in memorato vestro monasterio. et dum illas ibidem ostensas et relectas fuissent tribuit exinde inter nos oc iudicium. ut non baluisset ipse domino stephano venerabili igumeno facere nobiscum memorate chartule convenientie. nec nos possamus querere vobis et a memorato vestro monasterio memoratum triticum et iamdictum mileum. set nos poneremus vobis exinde chartule promissionis recitatiba ut amplius exinde causatio non fieret. ita et nos memoratis uterinis germanis per memorata chartula et pro eodem iudicio firmamus vobis quia numquam presumimus nos vel heredes nostris nec alia quabis persona

Digitized by Google

in nostra vite neque abeamus licentiam aliquando tempore vos aut posteris vestris memoratoque vestro monasterio querere tollere memoratum triticum et iamdictum mileum. sive per ipsa chartula convenientia que nobis exinde feci memorato domino stephano venerabili igumeno vel per alium quolibet modum. et nec vos aut posteris vestris memoratoque vestro monasterio querere de memoratas omnes terras de burgaursi per memorato genitori nostro hofferuit per ipsum suum dispositum in memorato vestro monasterio per nullum modum nec per summissis personis a nunc et imperpetuis temporibus. et si quabis persona vos aut posteris vestris memoratoque vestro monasterio exinde at querendum venerit per nos aut per nostros heredes vel per memorata chartula. tunc nos et heredes nostris vobis posterisque vestris et a memorato vestro monasterio exinde desuper tollere et tacitos facere debeamus asque omni data occansione. Quia ita inter nobis exinde iudicatum est. Si autem et in aliquid offensi fuerimus per quobis modum aut summissis personis tunc componimus vobis auri solidos sexaginta bythianteos. et hec chartula promissionis recitatiba ut super legitur sit firma scripta per manus petri curialis quem scribere rogatus per indictione memorata decima † hoc signum † manus memoratis uterinis germanis quod ego qui memoratos pro eis subscripsi †

† ego stefanus filius domini stefani testi subscripsi †

† ego iohannes filius domini iohannis testi subscripsi †

† ego iohannes filius domini sergi testi subscripsi †

† Ego petrus Curialis Complevi et absolvi per indictione memorata decima †

Digitized by Google

CCCCXLII.

An. 1087. † Signum propria manus mea predictus Rubertus infans. Ita Egi.

† IN Nomine Sancte et individue Trinitatis. Anno salutifere ab incarnatione domini nostri ihesu christi Millesimo. Octogesimo septimo. Mensis ianuarii Decima indictione. En ego Rubertus filius Ricardo horietano domino. Clarefacio coram presentiam domino. Godino dei gratia archiepiscopo sancte sedis horietane. Et domino raydolfus archiepiscopus de civitate rabenna. Et aliis supterscripti testes per hunc scriptum do adque concedo tibi domino venerabili abbati hugo. et ad vestra sancta dei ecclesia. laurentium. de civitate aversa. hoc est enim una mea hecclesia que nominatur de loco sancta maria. de grane. cum omnia quod mihi ibidem pertinet. avendi. et possidendi. dominandi. tu qui supra predictus abbas tuique successoribus sine omni mea et de meis posterioribus requisitione. vel contradixione quia nec mihi qui supra ruperto neque a meis posterioribus neque a nullum quempiam homines. nullam cuilivet dico aliquit in edicta mea concessioni servavit partes requirendum. set transactive illam tivi vel rectori eius hecclesie concessi. Et si surrexerit qualiscumque persona homines qui unc scriptum irritum vel dirrumpere quesierit pro quocumque ingenio obligo ille qui talia presumpserit facere. componere pena aurei solidi centum. tantoque in palatio meo. Et in antea aput nos vel rectori eiusdem hecclesie taciti remaneamus pro inbitis. Maledixionem omnipotentis dei et omnium christi fidelium eum in accaronta insertet. Cartaque ista omni tempore sit firma. Quam te iohannes nostroque notario taliter scribere precepimus. Acto in horie civitate. in mense et indictione pretestatam

† Signum sancte crucis et manu mea Hugo Arenga

† Signum sancte crucis et manu mea Rubertus bernilla

† Signum sancte crucis et manu mea bernaldus

† Crux fecit Ego Rubertus valia et scriptum notavi.

Digitized by Google

CCCCXLIII.

† IN NOMINE DOMINI NOSTRI IHESU CHRISTI. ANNO AB INCARNATIONE EIUSDEM. MILLESIMO. OCTOGESIMO. MENSE IULII INDICIONIS TERCIE. An. 1080.

Quum pro salute anime unusquisque fidelis ad superna debet vigilanti oeculo inspicere et utriusque hominis aures ad sacras scripturas erigere quatinus ad ea attentius intendendo bonisque operibus adimplendo possit penas inferni evadere et ad felicia gaudia pervenire. Idcirco Ego Unfridus Gravinensis dominus filius et heres domini Aitardi quamvis terrenis nimis preoccupatus negociis ad quosdam versiculos psalmigraphi plurimum intendens ubi dicitur. Declina a malo et fac bonum. et iterum quia reddet deus unicuique secundum opera sua. sepe hoc cogitans corde multum ingemui. eo quod tantis ditatus opibus et secularibus fascibus sublimatus precepta dominica prout debui et valui minime observavi. Ideoque corde disposui de terrarum mearum copia domibus dei et locis venerabilibus abundanter tribuere. quatinus ecclesie dei possessiones in perpetuo a me possidentes oracionibus earum in conspectu domini memoriale fieret. et remuneracionem ab omnipotenti deo indeficienter perciperem. et in die iudicii in sinu habrahe cum electis sedem acciperem. Ergo quod cupieram et animo disposueram toto nisu ad bonum finem ducere curavi. Ad dominum Alberonem patrem et meum continuum oratorem venerabilem abbatem ecclesie sancti angeli de fraxenito in qua parentum meorum corpora sepulta esse noscuntur. honorabiles misi legatos quatinus si sue placeat paternitati. pro honore et proficuo sancte ecclesie et nostro amore Gravinam veniret. quod deo donante qui omnia disponit benigne impetravi. Veniente itaque predicto venerabili abbate illum officiosissime suscepi. et maxima cum veneracione prout decuit servire precepi et feci. Altero vero die insimul convenientibus consencientibus filiis meis robberto et aitardo. et fratre meo aitardo. et aliis meis militibus subscriptis ibi astantibus placuit mihi coram ipsis per librum evangeliorum offerre et tradere in manibus prenominati abbatis ecclesie sancti angeli unum meum casale situm ante predictam ecclesiam. et quia ipsa ecclesia terras ad laborandum sufficienter minime habebat obtuli ipsi ecclesie

Digitized by Google

terras ut ipsa ecclesia et homines casalis bene et large laborare possent. Quas terras per hos fines assignamus. A prima parte a ponticello patrarii qualiter vadit cursus aque usque ad fontanellam malgerii. et ascendit ad serricellam sancti iacobi. et vadit per viam antiquam usque ad canaliculas. et vadit ad fontem pollicis. et ascendit usque ad stratam spinacciole. et vadit per lamam culmam et descendit per mediam lamam culmam et redit per medium vallonem rivi maioris et descendit ad vadum silve. et de vado silve ascendit usque ad terram listincii que respicit ad sanctum laurencium et vadit per lancones de rivo avellane. et descendit per lacum stratum et de lacu strato redit ad predictum ponticellum pratarii. Ita ut amodo in antea predictum casale et ipse terre sint in potestate et dominacione et ordinacione ipsius supradicti abbatis patris mei alberonis et eius successorum faciantque meis et ex eis quicquid placuerint ad utilitatem et proficuum ecclesie sancti angeli. et ut supradictus abbas et eius successores iure quieto casale et terras teneant possideant dominentur laborent vel laborare faciant ad utilitatem et proficuum ecclesie sine mea meorumque heredum vel successorum contrarietate. Concessi etiam sepedicte ecclesie in ipso casale curiam et bannum et plateam habere et ut homines gravine terras ecclesie a meis traditas sine licentia et voluntate rectoris ecclesie nullatenus liceant laborare nec presumant introire. Quod si aliquis in eis absque licentia laborare vel intrare ad laborandum presumpserit. pro illicita presumpcione componat in ipsius ecclesie altari solidum unum aureum et alium in nostro publico et terraticum ecclesie persolvat. Concessi etiam ipso domino abbati et eius successoribus in ipso casali homines affidandi et ut animalia vestra predicti casalis comunem aquam et herbam per universas terras Gravine habeant sicut et nostri proprii homines gravine. et ligna pro foco colligant ubi voluerint preter in nostris defensis sine ulla dacione vel inquietacione. Ecclesie autem concedimus ad hutilitatem domorum ecclesie incidere ubi voluerint Quicumque autem temerario ausu hanc meam offercionem tradicionem vel concessionem irrumpere vel irritare presumpserit et hoc viso scripto non resipuerit libras quattuor auri purissimi sacro altari ecclesie sancti angeli componat totidemque in domnico erario et donum et concessionem meam suum pristinum robur optineat. Et ut hec mea oblacio tradicio et concessio firma perseveret. hoc privilegium fieri feci per manum Guidonis

Digitized by Google

mei fidelissimi notarii. ac in capite huius privilegii signum salutifere crucis propriis manibus depincxi. et inferius ipsum privilegium sigillo meo plumbeo sigillari feci.

† Signum manus domini Aitardi fratris domini unfridi qui supra.

† Signum manus mee domini Roberti filii domini umfridi qui supra confirmo.

† Signum manus domini Aitardi filii domini unfridi qui supra confirmo.

† Signum manus domini Angocti militis.

† Signum manus domini Guilielmi militis filii sui.

† Signum manus domini Goffridi militis filii ugonis.

† Signum manus domini Iohannis teofilacti militis.

† Signum domini Guigerii militis.

† Signum manus domini Roberti fili oli militis.

† Signum manus domini Guilelmi.....

† Signum manus domini Anselmi militis.

† Signus manus domini Iohannis filii Iaquinti militis.

† Signum manus domini Amici militis.

† Signum manus domini Leonis Calopini militis.

† Ego Iohannes trumarca.

Digitized by Google

CCCCXLIV.

An. 1087. † IN NOMINE DOMINI SALVATORIS NOSTRI IHESU CHRISTI DEI ETERNI: RICARDUS DIVINA ORDINANTE PROVIDENTIA CAPUANORUM PRINCEPS PETITIONI DILECTI NOSTRI ABBATIS UGONIS SANCTI LAURENTII FAVEMUS ATQUE CONCEDIMUS.

Nos Iordanus et Richardus filius eius notum fieri volumus omnibus sancte et catholice ecclesie filiis nos quos ad hoc divina gratia constituit principes ob salutem et Redemptionem anime principis Richardi et Fredesinde principisse nostrarum quoque et Gaytelgrimme principisse ob remedium animarum que est uxor nostra scilicet Iordani principis et mater mea scilicet Richardi. Dedisse. Concessisse et Confirmasse monasterio sancti laurentii levite et martiris christi sito circa muros aversane urbis et domino ugoni eiusdem monasterii veuerabili abbati suisque successoribus in perpetuum videlicet monasterium sancti laurentii constructum in capua cum universis rebus et pertinentiis. qualiter modo possidet et dominatur. et qualiter sibi quoquo legali modo pertinere videtur et ecclesia sancte reparate et sancti blassii cum omnibus pertinentiis suis. et unum molendinum quod est in vulturni flumine et guarnerius dedit et optulit prescripto monasterio sancti laurentii. cum portu et cursu aquarum cum ripis et omnibus instrumentis eius. et Medietatem de uno molendino facto in predicto fluvio. quam iozzelinus dedit predicto monasterio similiter cum omnibus instrumentis suis. et Terras et homines. et molendina et cursus aquarum que sunt in saone et circa saonem. que Willelmus de alno dedit prescripto monasterio cum omnibus suis pertinentiis que qualiter monasterium modo possidet. et domonatur. et Terras et homines et molendina et cursus aquarum que sunt in loco. .... ipsas que predictus Willelmus dedit monasterio cum omnibus inde pertinentiis qualiter monasterium ea modo dominatur. et nepotes presbyteri bernardi. cum terris et omnibus suis pertinentiis qualiter supradictus Willelmus de alno eos tenuit et dominatus est. et dedit prenominato monasterio. et ecclesiam sancti andree que est in calino cum suis pertinentiis et ecclesiam sancti andree que est in territorio suesse cum omnibus que modo possidet et dominatur et que ei pertinent: et ecclesiam sancte marie et sancti iohannis que est in territorio

Digitized by Google

miniani quam ugo sorellus dedit et optulit ospitali predicti monasterii cum omnibus ad eam pertinentibus. et monasterium sancte crucis cum omnibus pertinentiis suis. et casale quod dicitur marzanum frigidum cum hominibus et omnibus suis pertinentiis. et ecclesiam sancti martini de matarono et ecclesiam sancte marie de iuliano cum hominibus et omnibns suis pertinentiis et ecclesiam sancte marie de spelunca et ecclesiam domini salvatoris de vallo et ecclesiam sancte marie de dominicella et sancti angeli de lauro cum hominibus et cum omnibus pertinentiis earum et decimationem nucerie de annona et de vino de fructibus et de animalibus et ecclesiam sancti cononis cum omnibus pertinentiis suis et terras et villanos quos Rainulfus de argentia dedit predicto monasterio in territorio acerre et casollam et ecclesiam sancte marie cum villanis et pertinentiis suis sicuti dedi ego princeps Iordanus monasterio. et monasterium sancti vincentii cum hominibus et omnibus suis pertinentiis et duo molendina que suut in laneo ad pontem silicis et sex villanos que omfridus de calo dedit monasterio et unum molendinum pertiuens monasterio quod est ad.... . labricitam in aqua lanei cum omnibus predictis villanis et molendinis pertinentibus et presbiterum marium qui est in villa gariliani cum..... cum omnibus suis pertinentiis qualiter tenuit Richardus filius.... ..... qui dedit monasterio et ecclesiam de nobole et terras et villanos quos princeps Richardus dedit monasterio et decimatione de rapale. quam Ugardus de claromonte dedit monasterio. Et terras et villanos qui sunt in vico piponis sicud Rainaldus filius ugonis dedit monasterio et monasterium sancti blassii quod est prope prescriptum monasterium cum hominibus et omnibus sibi pertinentibus et starcziam que dicitur de ceraso quam heredes ugonis blanci dederunt monasterio : et ortos et curtisanos qui sunt prope muros averse sicud ugo blancus dedit monasterio. et viridiarium quod est iusta forum de die sabbati. et lacum patriensem cum lintribus et paraturis et piscationibus et universis pertinentiis suis sicud nos tenuimus st dominati sumus et quicquid iure..... monasterio antiquitus in canalibus et in toto lacu patriense et ecclesia sancti.....que est in vico.... cum omnibus pertinentiis suis sicud..... dedit monasterio. et ecclesiam sancti angeli de monte christi cum silva et omnibus sibi pertinentibus. et terras de gualdo de patria quas..... dedit monasterio et omnes

Digitized by Google

alias terras cultas et incultas et omnes homines et res mobiles et inmobiles quas monasterium et omnes rectores tenent et dominantur. et omnia que de hinc acquirere iuste et regulariter potuerint. ad possessionem potestatem et dominationem predicti monasterii et predicti abbatis suorumque successorum. et ordinatorum eius. Remota omni molestia et contrarietate. mortalium omnium. Quod si quis diabolica suasione compulsus hoc scriptum violare irritumve facere presumpserit. Mille auri purissimi libras persolvat. Medietatem nostro palatio. et Medietatem nominato abbati et successoribus suis et rectoribus suprascripti monasterii eisque solutis hoc scriptum firmum. et inviolabile maneat in perpetuum. Et ut firmius credatur et diligentius observetur. *manu nostra* subscripsimus. et nostro sigillo fecimus sigillare.

SIGNUM PRESCRIPTORUM.



GLORIOSORUM PRINCIPUM.

Iubente serenitate et prudentia prescriptorum principum scripsi ego CANZOLINUS iudex: in anno principatus ipsius domini iordani principis et vicesimo anno ducatus eius caiete et in anno principatus ipsius domini riccardi filii eius.

DAT Quarto Kalendas decembris anno ab incarnatione domini nostri ihesu christi M. octogesimo septimo. Scriptum averse in undecima indictione.

Digitized by Google

CCCCXLV.

† IN NOMINE domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi. Anno ab incarnatione domini nostri ihesu christi annos millesimo octoagesimo septimo: Ego aldoyno franco comes de abelle. et uni ex militibus abersano per actoritate et absolutione domini mei. domni Iordani gloriosi princeps: A presenti die et promtissima volumtate. pro dei omnipotentis amore et pro mercedis et redemptionis et salvationis anime nostre et de alberada dilecta uxore mea. ut ic et in futuro seculo requie de peccatis nostris inbenire baleamus et propter quod nos comes dabimus vobis in sancta vestra oratione. Offerimus et tradidimus seu redidibimus vobis dominus Iacobus venerabilis Igumenus monasterii beatissimi sebastiani de civitate neapolis. vobis autem et at cunta vestra congregatione monachorum ipsius vestri monasterii. et per vos in ipso sancto et venerabili vestro monasterio propter quod vos nomini meo et de suprascripta uxori mea scripsistiti in sacros dipticos ipsius vestri monasterii. Idest integra pegia de terra vestra suprascripti vestri monasterii pertinentes quod est olibetum positum vero in pertinentia da iamdicta abelle. propinquo..... lesi et sancti natihnariih et sancte marine. Una cum olibetis suis quante ibide sunt vel fuerint in sempiternum et cum biis et anditas et introytas suas et omnibus sibi pertinentibus: qui est coniuntum ipsu olibetum vestrum. iusta olibetum monasterii sancti angeli de robeliana: et ab anc die et deinceps a nobis vobis sit offertum et traditum seu reditum ad abendum et posidendum illut ibidem usque in sempiternum. et pro nostra demandatione. videlicet lando serrace visconte nostrum. et aliis suis contis qui post ipso lando visconti fuerint omni tempore per omni annuo dare et atducere debeas ipsi ominibus qui tenuerit ipsum olibetum vestrum medietatem de illum oleum quantum per omni annuo dominus deus dederit in ipsnm olibetum factum paratum asque omni ammaricatione et sine omni data occansione et alia medietate de ipsum oleum fiat de ipsi portionarii: et ipsa medietate vestra de ipsum oleum per omni annuo vobis vestrisque posteris. illut atucere debeas ipsi partionariis et illorum heredibus intus ipso vestro monasterio asque omni ammaricatione eo quod per betere consuetudine fuit et si qualibet ammaricatione feceris ipsi partio-

An. 1087.

Digitized by Google

nariis et noluerit atducere ipsu oleum: et per exinde ic beneritis sibe vos vel posteris vestris. aut omnibus vestris per ipsum oleum. tunc ipsi portionariis vobis et at caballos vestros manducare. et bibere dare debeas quomodo meruerit etiam et vos nutrire debeas dum ibidem manseritis ut iustum fuerit et ipsi bisconti nostri sine omni ammaricatione vobis illut atducere facias asque omni data occansione: et quandoque vobis vestrisque posteris placueris licentiam. abeatis ibidem ordinare omines per illut stringendum quale bobis placueris asque omni contrarietate nostra et nostris posteris. et omni tempore nos et posteris nostris et heredibus nostris vobis vestrisque posteris et in ipso vestro monasterio illut defendere debeamus ab omnes omines omnique personas. Iterum et pro dei amore da presentis vobis redidimus omnia que vos et posteris vestris inbenire potueritis. in pertinentiis de abelle nostro comitatu que pertineat de ipso vestro monasterio ad abendum et frugiandum et possidendum ipso vestro monasterio usque in sempiternum. et numquam nos vel heredibus seu posteris nostris. vobis posterisque vestris vel ad ipso vestro monasterio qualiscumque molestia vel contrarietate facere per nullum modum de omnibus suprascriptis que superius diximus in perpetuum. Et si quis ex nos vel nostris eredibus vel posteris nostris. sibe biscontis aut castaldei nostris vel ipsi partionaris. aut illorum heredibus vel qualiscumque ominibus nostris sub anathematis vinculis sit obligatus parteque abeas cum iuda traditor domini et salbatori nostri Ihesu Christi et cum omnibus ereticis et scismaticis tenebrosam parte possideant ille que ista firmissima chartula ebacuare vel aliquod minuare volueris imperpetuum. et tu ipse qui illut facere volueris componat in ipso vestro monasterio auri solidos sexaginta bitianteos. et iterum ista oblatione imperpetuum firma permaneat in sempiternum †

† Ego aldoyno subscripsi †

† Ego ranaldus presbyter subscripsi †

† Ego lando bisconte scripsi †

Digitized by Google

CCCCXLVI.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi. Imperante domino nostro alexio magno imperatore anno septimo. die vicesima mensis martii indictione decima neapoli: Certum est me sergium diaconum filium quidem petri clerici: A presenti die promicto vobis cunta congregationis monachorum monasterii sanctorum sergii et bachii qui nunc congregatum est in monasterio sanctorum theodori et sebastiani qui appellatur casapicta situm in biridiarium cui ego defisus est et memorato petro clerico vestro defiso est. propter integras duas partes vestra pertinente memorati vestri monasterii bocabulo beatissimi petri christi apostoli qui appellatur at paternum una cum integras duas partes vestra que in memorato vestro monasterio pertinent de omnibus domibus et abitationibus seu cellis ipsius ecclesie pertinentes. et de terris et de fundoras et de ortuas ipsius ecclesie pertinentes. et de codicibus et de ornamentis et de omnibus rebus seu substantiis atque possexionibus ipsius ecclesie pertinentes omnibusque eis pertinentibus. in qua domino deo atiubante vos me ibidem custodem ordinastis a nuc et omnibus diebus bite mee. in eo enim tenore quatenus memoratas duas partes vestras de memorata ecclesia et de omnibus memoratis ex ea pertinentes. in mea totius vite meae sit potestate tenendi et dominandi seu frugiandi fruendi et comedendi et de ipsa frugias faciendi que voluero et si aliquod in ipsa ecclesia a biris vel a mulieribus offertum vel datum fuerit. si fuerit movile in mea sit potestate per ratiocineas ex ipsa duas partes vestras ex ipsa ecclesia faciendi que voluero. si autem inmovile fuerit aut talis causa pro hornamentum de memorata ecclesia post meum transitum in eadem ecclesia remanere debeat. et si aliquod in memorata ecclesia vel in eius cellis et abitationibus cunctisque domibus at conciandum vel edificandum abuerit ego illud conciare et edificare debeam per ratiocineas ex ipsa duas partes vestras ex ipsa ecclesia at meum expendium et de hereditatibus ipsius ecclesie pertinentes in inbateam ego illas bene lavorare aut illas at lavorandum dandi asque scriptis. et non abeam licentiam ego de aliquis pertinentiis ipsius ecclesie pertinentes alicui vel ubique exinde dare vel largire per nullum modum excepto si exinde aliquod at lavorandum dedero asque scri- An. 1088.

Digitized by Google

ptis licentiam abeam et si alium exinde fecero bacuum maneat et res et possexio ipsa gratis rebertat in proprietate de memorata ecclesia cuius iure esse videtur preter de memoratas frugias que in mea sit potestate faciendi que voluero. ita et ego cuntis diebus vite meae per ratiocineas ex ipsas duas partes vestras ex ipsa ecclesia in memorata ecclesia die noctuque omnem officium sacerdotale facere et exibere debeat aut facere faciam sive ad ora vel ante oram aut post oram quomodo meruerit officiare ecclesie de foris istius civitatis. hoc est besperos et matutinos seu missarum solemnia et oris laudibus luminariorum concinnationibus ut vona de me atcrescat oppinio coram deo et hominibus laus. tantummodo ego cunctis diebus vite meae per omnem annum vobis vestrisque posteris et in memorato monasterio dare et dirigere debeam oblatas paria dua et ciria dua de gubitum unum per cirium dupplice. per natibitate domini oblatas parium unum et cirium unum dupplice de gubitum et per sanctum pasca parium unum et cirium unum dupplice. asque omni ammaricatione. et non abeatis licentiam vos aut posteris vestris memoratoque vestro monasterio a nuc et omnibus diebus vite meae mihi tollere memoratas duas partes vestras ex ipsa ecclesia et de omnibus memoratis ex eam pertinentes ut super legitur per nullum modum facientes et peragentes ego homnibus memoratis ut super legitur. et vos et posteris vestris memoratoque vestro monasterio mihi illa diebus vite meae antestare et defendere debeatis ab omnis homines omniquc persona. post autem meum transitum tunc memoratas duas partes vestras de memorata ecclesia et de suis omnibus pertinentiis et cum quantum mihi per inventaneum atsignaberitis in vestra vestrisque posteris cuius iure esse videtur sicuti et quomodo continet alia simile chartula que vos mihi exinde fecistis. Quia ita nobis stetit. Si autem et in aliquid offensi fuerimus per quobis modum aut summissas personas tunc compono ego vobis auri solidos viginti bythianteos. et hec chartula hordinationis ut super legitur sit firma scripta per manus petri curialis quem scribere rogatus per indictione memorata undecima † † sergius diaconus subscripsi †

† Ego gregorius Curialis testis subscripsi †

† ego leo filius domini sergii testi subscripsi †

† ego sergius filius domini iohannis testi subscripsi †

† Ego petrus curialis complevi et absolvi per indictione memorata undecima †

Digitized by Google

CCCCXLVII.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi. Imperante domino nostro alexio magno Imperatore anno septimo. die tertia mensis aprelis indictione undecima neapoli: Certum est me stephanus presbyter filio quondam domini dometi presbyteri qui est parammonerium memorate ecclesie A presenti die promitto vobis cunta congregationis monachorum monasterii sanctorum sergii et bachii qui nunc congregatum est in monasterio sanctorum theodori et sebastiani qui appellatur casapicta situm in viridiarium propter integra ecclesia vestra pertinente memorati vestri monasterii bocabulo beatissimi petri christi apostoli qui vocatur at paternum una cum omnibus domibus et abitationibus seu cellis ipsius ecclesie vestre pertinentes et cum omnes fundoras et terris ipsius ecclesie vestre pertinentes: et cum codicibus et ornamentis et cum omnibus rebus et substantiis atque possexionibus ipsius ecclesie pertinentes omnibusque at memorata ecclesia vestra pertinentibus. in qua domino deo atiubante vos me ibidem custodem ordinastis a nuc et omnibus diebus vite meae. et post meum transitum quidem iohannes filio meo cuntis diebus vite sue si ipse clericus aut presbyter fuerit. in eo enim tenore quatenus memorata ecclesia vestra cum suis omnibus pertinentiis in mea cuntis diebus vite meae et post meum transitum memorato iohanni filio meo cuntis diebus vite sue si ipse presbyter aut clericus fuerit sit potestatem tenendi et dominandi seu frugiandi et comedendi et de ipsa frugis faciendi que voluerimus. et si aliquod in memorata ecclesia vestra a biris vel a mulieribus offertum vel datum fuerit. si fuerit movile in nostra sit potestate faciendi que voluerimus. si autem inmovile fuerit aut talis causa pro hornamentum de memorata post transitum de illum qui ex nobis postea obierit in memorata ecclesia vestra remanere debeat: et si aliquod in memorata ecclesia vel in eius cellis et abitationibus at conciandum vel edificandum abuerit nos illut conciare et edificare debeamus at nostrum expendium. et de hereditatibus ipsius ecclesie vestre pertinentes inbateamus nos illas vepe lavorare aut illas at davorandum dandi asque scriptis: et non abeamus licentiam nos de aliquis pertinentiis ipsius ecclesie vestre pertinentes alicui vel ubique exinde dare aut largire per nullum mo- An. 1088.

Digitized by Google

dum excepto si exinde aliquod at lavorandum dederimus asque scriptis licentiam abeamus. et si alium exinde fecerimus bacuum maneat et res et possexio ipsa gratis rebertat in proprietate de memorata ecclesia cuius iure esse videtur. preter de memoratas frugias que in nostra sit potestate faciendi que voluerimus. etiam et ego posui in memorata ecclesia vestra. idest una planeta de linum cum atmittum et orarium et manitergulum suum et calicem de stagnum cum patina sua et unum cammisu cum unu cingulu de sericum. et unu liber comite da missa qui incipit da ventum domini et badit per circuitum annum. et unum tifonarium de nocte et est notatum. et decem et octo guaterni de lumarium. et tres guaterni de cantare de illa trinitate. et dui guaterni de cantare de illa edificatione. et unum guaternum de legere sancti petri. et tres guaterni de legere sancti andreae. et quatuor guaterni de legere sancti tioti una et de legere sancti pannutium ad avendum et possidendum ipsa ecclesia usque in sempiternum. et duo guaterni de in proprium de veneri die sanctum. et non abeamus licentiam nos vel alia quabis persona illud subtraere vel alienare da potestate ipsius ecclesie vestre per nullum modum. ita et ego cuntis diebus vite mee et post meum transitum memorato iohanne filio meo cuntis diebus vite sue si ipse clericus aut presbyter fuerit in memorata ecclesia vestra die noctuque omnem officium sacerdotalem facere et exibere debeamus vel facere faciamus sive ad ora vel ante oram aut post oram quomodo meruerit officiare ecclesia de foris istius civitatis hoc est besperos et matutinos seum missarum sollemnia et oris laudibus et lumminariorum concinnationibus ut vona de nobis atcrescat oppinio coram deo et hominibus laus. tantummodo ego cuntis diebus vite meae et post meum transitum memorato iohanne filio meo cuntis diebus vite sue si ipse clericus aut presbyter fuerit : vobis vestrisque posteris et in memorato vestro monasterio dare et dirigere debeamus oblatas paria quattuor et ciria quattuor de gubitum dupplice per cirium. per natibitas domini paria dua et ciria dua et per sanctum pasca paria dua et ciria dua abente per unoquoque cirium dupplicem a gubitum unum asque omni ammaricatione. et non abeatis licentiam vos aut posteris vestris memoratoque vestro monasterio a nuc et omnibus diebus vite meae et post meum transitum cuntis diebus vite de memorato iohanne filio meo si ipse presbyter aut clericus fuerit tollere memorata ecclesia vestra cum suis om-

Digitized by Google

nibus pertinentiis per nullum modum. facientes nos homnibus memoratis et peragentes qualiter superius legitur. et vos et posteris vestris memoratoque vestro monasterio nobis cuntis diebus vite nostre illud antestare et defendere debeatis ab omnis homines omnique persona. post autem transitum de illum qui ex nobis posteam obierit. tunc memorata ecclesia cum omnibus suis pertinentiis et cum ipsum que superius ego ibi posui ut super legitur. et cum quantum mihi per inventaneum atsignaberitis in vestra vestrisque posteris rebertant potestate cuius iure est sicuti et quomodo alia simile que vos nobis exinde fecistis. Quia ita nobis stetit. Si autem in aliquid offensi fuerimus per quobis modum aut summissas personas tunc componimus vobis auri solidos triginta bythianteos. et hec chartula ordinationis ut super legitur sit firma scripta per manus petri curialis qui scribere rogatus per indictione memorata undecima †

† stefanus presbyter subscripsi †

† ego iohannes filius domini iohannis testi subscripsi †

† ego stefanus filius domini stefani testi subscripsi †

† ego iohannes filius domini sergii testi subscripsi †

† Ego petrus Curialis Complevi et absolvi per indictione memorata undecima †

Digitized by Google

CCCCXLVIII.

An. 1088. † In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi. Imperante domino nostro alexio magno imperatore anno septimo. die octava mensis aprelis indictione undecima neapoli: Motitia redum inventaneum factum a me stephanus presbyterum filium quondam domini dometi presbyteri qui fuit parammonerium memorate venerabilis ecclesie et ego custus esse videor de ecclesia beatissimi petri christi apostoli que appellatur at paterannm. de codicibus et ornamentis qui sunt de memorata ecclesia sancti petri quos ego recepi at conserbandum et salbu faciendum at memorata ecclesia cuntis diebus vite meae et post meum transitum quidem iohanne filio meo cuntis diebus vite sue si ipse clericus aut presbyter fuerit. a vobis cunta congregationis monachorum sanctorum sergii et vachii qui nunc congregatum est in monasterio sanctorum theodori et sebastiani qui appellatur casapicta situm in biridiarium cuius iure ipsa ecclesia sancti petri esse videtur et ego da vobis et da ipso vestro monasterio. ipsa ecclesia cum suis omnibus pertinentiis appreensam abeo at detinendum et dominandum seu frugiandum cuntis diebus vite meae et post meum transitum memorato iohanne filio meo si ipse presbyter aut clericus fuerit pro omnem ordine et tenore sicuti continet firmissima chartula ordinationis que inter nos facere abemus. et est nominatibe. idest una campana erea. et una planeta de linum cum atmictum et orarium et manitergulum suum et calice de stagnum cum patina sua et unu cammisum cum unu cinculum de sericum. et unu liber comite da missa qui incipit da ventum domini et badit per circuitum annum. et unu tifonarium de nocte et est notatnm et decem et octo guaterni de lumarium et tres guaterni de cantare de illa trinitate. et dui guaterni de cantare de illa edificatione. et unu guaternu de legere sancti petri. et tres guaterni de legere sancti andree et quatuor guaterni de legere sancti tioti una et de legere sancti pannutium. et duos guaterni de in proprium de veneri die. hec autem memorati codicibus et hornamentis qui sunt de memorata ecclesia vestra sancti petri quos ego a vobis recepi: ego cnntis diebus vite meae et post meum transitum memorato iohanne filio meo si ipse clericus aut presbyter fuerit. illud abere et conserbare et in omnibus at memorata ecclesia vestra illud salbum facere

Digitized by Google

debeamus. post autem transitum de illum qui ex nobis posteam obierit tunc illud rebertant et sit de memorata ecclesia vestra asque omni atmaricatione quale tunc fuerit inveteratum. et ipsa ecclesia vestra cum suis omnibus pertinentiis rebertant in vestra posterisque vestris et de memorato vestro monasterio cuius inve esse videtur sicuti per ipsa firmissima chartula ordinationis statutum abeamus. Quia ita nobis stetit. Si autem et in aliquid offensi fuerimus per quobis modum aut summissas personas tunc componimus vobis et at memorata ecclesia vestra auri solidos seraginta bythianteos. et hec chartula de inventamcum ut super legitur sit firma scripta per manus petri curialis quem scribere rogatus per indictione memorata undecima †

† stefanus presbyter subscripsi †

† ego iohannes filius domini sergii testi subscripsi †

† ego stefanus filius domini stefani testi subscripsi †

† ego iohannes filius domini iohanni testi subscripsi †

† Ego petrus Curialis Complevi et absolvi per indictione memorata undecima †

Digitized by Google

CCCCXLIX.

An. 1090. † In nomine domini anno ab incarnatione domini nostri iesu Christi millesimo et nonogesimo et duodecima indictione. Ego rogerius monachus et prepositus custos et rector ecclesie sancte dei genitricis et birginis marie que fundata est in loco domucella finibus lauri dum michi congruum esse videtur bona enim mea voluntate per anc quoque videlicet chartulam et pro absolutione domini nostri rogerii benerabilis abbas monasterio beatissimus martir et lebita laurentius ad pastinandum et lavorandum dedi et tradidi tibi romoaldus faberidus una pecia de terra de supradicta ecclesia in locu ubi dicitur ad isclitu per ec finis ab oriente fine de episcopio nolano a septentrione fine bia antiqua ab occidente fine de ominibus de ille curti a meridie namque fine de ominibus de domicella hec vero pecia de terra qualiter per finis indicatum est totum et integrum illut tibi qui supra nominatus ad pastinandum et lavorandum dedi eaque de ratione ud vos illut pastinare deveatis arbores et vites seu aliis arboribus fructiferis ud iusto et legitimo ordine paread bene pastinatu seu lavoratu subtus et super et quicquid lavores de subtus annualiter ibidem deus dederit dare nobis deveatis terraticum de decem modia unum ipsa bindemia que ibidem habueritis vos illos vindemiare deveatis cum vestris ominibus et ad palmentum traere et quod vinum mundum ibidem deus dederit per medium illut dividamus ad palmentum bos tollatis inde medietate et nos reliqua medietate ipsa vero peciola iusto ordine pisatum seu reballatum vos super tollere deveatis ante sorte et quando ibidem venerimus vel nostrum ominem direxerimus pro sortione nostra de ipso vino recipere ad una persona ominis dare nobis deveatis manducare et vibere ud iustum fuerit et pro caballum una quarta de ordeo et pro palmentatica dare nobis deveatis gallina bona una hoc autem statuimus si de ista terra exieritis bos vel vestros eredes ipsa supradicta terra cum omni suo edificio redeat in potestate supradicte ecclesie et expectemus nos usque in tres anni si autem intro tres anni fueritis reversi in ista terra iterum predictis rebus in vestra et de vestris eredibus revertad potestate in suprascripto ordine tantum si intro tres anni non redieritis in ista terra soluti Exinde maneamus a nostra parte et ista chartula sid vacua exinde obligo

Digitized by Google

me qui supradictus rogerius monachus et prepositus nostrisque posteribus ipsa suprascripta terra antistare et defendere ab omnibus ominibus ab omnique partibus. Quod si minime illut vobis antistare et defendere potuerimus vel noluerimus. aud si nos ipsi per quobis ingenio tornare vel remobere quesierimus viginti auri solidi constantiniani ego et meos posteros vobis vestrisque eredibus componere obligamus et in antea sicuti superius legitur illut vobis defensemus. unde in supradicta ratione guadia vobis dedi et medium vobis exinde posui iohannem presbyterum filium rofrede et iacuum marinu filium sergii de torazanu et petri filii birini de ille curti et Ec chartula in supradicta ratione firma et stabilis vobis permanead. Qua te iohannes notarius scribere rogabimus.

Igitur autem quod superius necleximus ic adiunximus. ipse certie que ibidem abuerit vos ille colligatis et in ipsa terra illa dividamus vos tollatis inde medietatem et nos reliqua medietate qua te Iohannes notarius scribere rogabimus.

Ego Rogerius abas concedo

Ego Rogerius deferma

CCCCL.

† ROGERIUS dei gratia comes calabriae et siciliae. omnibus fidelibus suis. et ecclesiae dei filiis tam presentibus quam futuris in domino salutem. Notum esse volumus fraternitati vestrae. per dei misericordiam a galliarum partibus ad regionem istam calabrie. sanctae religionis viros. Brunonem videlicet et Lanuinum. cum sociis eorum pervenisse. qui contempta mundialis gloriae vanitate. soli deo elegerant militare. Horum itaque desiderium ego cognoscens. et ipsorum meritis et precibus apud deum adiuvari desiderans. ab eorum karitate precibus multis obtinui ut in terra mea locum ibi stabilem eligerent. in quo ad serviendum deo qualia vellent habitacula prepararent. Elegerunt siquidem in terra mea quemdam solitudinis locum situm inter locum qui dicitur arena. et opidum quod appellatur stilum. Hunc ergo locum ad honorem dei omnipotentis patris et filii et spiritus sancti et ad honorem beatissimae marie semper virginis genitricis christi dei An. 1090.

Digitized by Google

et domini nostri. omniumque sanctorum donavi eis et eorum successoribus ibidem deo servituris cum tota silva et terra et aqua et monte in spacium unius leugae in omni parte adiacente. concedens et constituens quatenus locum istum liberae et quietae cum hac adiacentia sua in perpetuum possideant. nec ex hoc michi vel alicui persone angariam aut servicium faciant. Contestor *autem* et contradico ex parte dei omnipotentis et sanctae mariae perpetue virginis. et omnium sanctorum. et mea. ne sit aliquis meorum. ..... videlicet aut vicecomes. rusticus aut miles. servus sive liber. qui in loco isto. pascue vel agriculture seu etiam piscationis. aut lignorum occasione. aut ex quacumque causa. Servis dei molestiam aut iniuriam faciat. sed in eorum potestate sit predictum locum cum tota adiacentia sua secundum voluntatem suam possidere. disponere. ordinare. et erogare. Quod si quis deinceps contra huius paginae constitutionem venire presumpserit. in primis nisi dignae satisfecerit. iram dei et maledictionem incurrat. et conatu tali ad nichilum redacto. pro presumptione tanta centum librarum auri penam in curia nostra sustineat. Igitur ut constitutio hec inviolabilier et omnino firma permaneat. concedente uxore mea adelai comitissa. et filio meo goffrido. in presentia bonorum hominum donationem istam feci. et sigillo meo sigillari precepi. Ego Goffridus melitensis ecclesiae episcopus licet indignus. kartam hanc manu propria scripsi rogatu comitis Rogerii. laudans et confirmans constitutionem hanc. anathemate vero et excommunicatione dampnans eum quicumque hanc infringere presumpserit. nisi tamen digne resipiscens. satisfecerit. Facta sunt hec anno ab incarnatione domini. Millesimo nonagesimo. Insuper donavi mule cum filiis suis ad custodiendam silvam.

Testes autem affuerunt hi. Stephanus presbyter. Geraldus presbyter. Petrus de montorio. Ricardus maletus. Ragnulfus elemosinarius. Nicholaus notarius. et alii plures.

Digitized by Google

CCCCLI.

† In nomine domini dei Salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro alexio magno imperatore anno decimo. die vicesima quinta mensis aprelis indictione quarta decima neapoli: Certum est me stephanum qui nominatur buccallano filio quondam alichisi buccallano et quondam sellicta iugalium personarum. abitatoribus de loco qui vocatur malitum maiore: A presenti die promtissima voluntate pro dei omnipotentis ammore et redentionis anime mee et de memoratis iugalibus genitoribus meis ut hic et in futuro seculo requiem inbenire baleamus. offero et trado tibi domino ascitino presbytero custus vero ecclesie beatissimi nicolay christi confessoris que sita est intus illu vicu de eodem loco malitum. iuris monasterii sancti sebastiani. et per te in memorata ecclesia sancti nicolay. idest integrum unum modium de terra mea per passum mensuratum at passum ferreum sancte neapolitane ecclesie et nominatur at terra ocanum posita vero in memorato loco malitum. cum introitum suum omnibusque eis pertinentibus. coherente sivi de uno latere terra de illu tabularium sicuti inter se terminis exfinat. de alio latere terra petri atitio ex ipso loco malitum. de uno capite est reliquum que de memorata terra mea in mea reserbavi potestate. de alio capite terra de illu ursi ex ipso loco. et ab odierna die et deinceps a me tibi et per te in memorata ecclesia sit offertum et traditum et de memorata ecclesia sit potestate ad avendum et possidendum illud usque in sempiternum. et neque a me memorato stephano qui nominatur buccallano neque a meis heredibus nullo tempore numquam tu memorato domino ascitino presbytero aut posteris tuis memorataque ecclesia quod absit abeatis exinde aliquando quacumque requesitione aut molestia per nullum modum nec per summissas personas a nuc et imperpetuis temporibus. insuper omni tempore ego et heredes meis exinde ab omnis homines omnique persona in omnibus tibi tuisque posteris memorataque ecclesia illud antestare et defendere debeamus. Quia ita nobis stetit: Si autem et in aliquid offensi fuerimus per quobis modum aut summissas personas. tunc compono ego et heredes meis tibi tuisque posteris et at memorata ecclesia auri solidos triginta bythianteos. et hec chartula offertionis ut super legitur sit firma

An. 1090.

Digitized by Google

scripta per manus petri curialis quem scribere rogatus per indictione memorata quartadecima † hoc signum † manus memorati stephani buccallano quod ego qui memoratos pro eum subscripsi †

† Ego iohannes curialis. testis subscripsi †

† ego iohannes filius domini sergii testi subscripsi †

† Ego stephanus tabularius. testis subscripsi †

† Ego petrus curialis complevi et absolvi per indictione memorata quartadecima †

CCCCLII.

An. 1092. † URBANUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI DILECTO IN CHRISTO FILIO GUARINO ABBATI VENERABILIS MONASTERII SANCTI LAURENTII. QUOD IUXTA CIVITATEM AVERSANAM SITUM EST EIUSQUE successoribus regulariter substituendis imperpetuum. Quia superne dispositione providentie beati laurentii martiris monasterium cui tua dilectio presidet. temporibus nostris de parvo ad magnum excrevit. et spiritualibus. atque secularibus incrementis interius exteriusque provectum est. nos divine pietatis adiutores et cooperatores esse optamus. Ipsi etenim fratres ROMANE ecclesie tribulationibus et angustiis fideliter communicaverunt. et dignum est ut romane ecclesie clypeo ab adversariis omnibus protegantur. et tu quoque qui ipsi monasterio preesse dinosceris. sedis apostolice gratiam. circa te et successores tuos ampliorem cognoscas. Tuis itaque fili karissime in christo GUARINE tuorumque fratrum iustis postulationibus libenter annuimus. et ipsum beati laurentii martiris monasterium quod iuris beati Petri esse dinoscitur. apostolice sedis gremio specialiter confovendum protegendumque suscipimus et apostolici privilegii robore communimus. Statuentes ut quecumque predia possessiones. villas. oppida. cellas. ecclesias. seu quecumque bona ex concessione pontificum. libertate principum. vel oblatione fidelium adquisita. vestrum hodie monasterium possidet. seu quecumque in futurum iuste poterit adipisci. firma tibi tuisque successoribus. et illibata permaneant. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat idem

Digitized by Google

monasterium temere perturbare. vel ei subditas possessiones auferre. vel ablata retinere. minuere. vel temerariis vexationibus fatigare. sed omnia integra conserventur. eorum pro quorum substentatione. ac gubernatione concessa sunt. usibus omnimodis profutura. Missas autem publicas ab aliquo episcopo in eodem monasterio celebrari. stationes fieri. processiones deduci. absque abbatis vel fratrum voluntate omnimodis prohibemus. ne in servorum dei recessibus. secularibus occasio prebeatur ulla conventibus. Decimas autem propriorum laborum et operum. nullus ab eodem monasterio exigat. Nec liceat alicui episcopo ipsum monasterium et cellas eius interdicere aut excommunicare. Crisma. oleum sanctum. consecrationem altarium. sive basilicarum. ordinationem monachorum sive clericorum monasterio pertinentium qui ad sacros sunt ordines promovendi. a quocumque malueritis catholico episcopo suscipietis. qui nostra fultus auctoritate quod postulatur indulgeat. Cappellanos vel clericos qui ipsi monasterio aut eius cellis deserviunt. excommunicari vel ab officio suspendi. sive ad sinodum provocare. ab aliquo episcopo prohibemus. Ad hec etiam pro speciali ipsius monasterii dicione ad honorem ac reverentiam gloriosissimi martiris laurentii. cuius ibidem reliquie sunt recondite. usum mitre ubilibet in celebrationibus divinorum. anuli vero tantum in celebratione missarum precipuarum festivitatum et consessu conciliorum tibi tuisque successoribus concedimus. Clericos etiam sive laicos liberos et absolutos. qui conversationis caussa ad monasterium vestrum. sive in vita. sive in morte venire voluerint. liceat vobis vestrisque successoribus absque alicuius contradictione recipere. Vos itaque filii in christo dilectissimi. oportet regularis discipline institutionibus operam diligenter impendere. quatinus quanto a secularibus tumultibus liberiores estis. tanto amplius placere deo totius mentis et anime virtutibus anheletis. Sane si quis in crastinum archiepiscopus. aut episcopus. imperator aut rex. princeps aut dux. comes aut vicecomes. iudex aut persona quilibet potens vel impotens. huius nostri privilegii paginam sciens contra eam temere venire temptaverit. secundo terciove commonitus si non satisfactione congrua emendaverit. potestatis honorisque sui dignitate careat. reumque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat. et a Sacratissimo corpore ac sanguine dei et domini redemptoris nostri ihesu christi alienus fiat. atque

Digitized by Google

in eterno examine districte ultionis subiaceat. Cunctis eidem loco ista servantibus sit pax domini nostri ihesu christi. quatinus et hic fructum bone actionis percipiant et apud districtum iudicem premia eterne pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.





Datum anagnie. per manus Iohannis. sancte Romane ecclesie diaconi cardinalis. Indictione. XV Nonis Maji. Anno dominice incarnationis M.° XCII.° Pontificatus autem domini URBANI pape Secundi V.°

CCCCLIII.

An. 1092. † URBANUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI DILECTO IN CHRISTO FILIO GUARINO ABBATI VENERABILIS MONASTERII SANCTI LAURENTII. QUOD IUXTA CIVITATEM AVERSANAM SITUM EST EIUSQUE successoribus regulariter substituendis imperpetuum. Quia superne dispositione providentie beati laurentii martiris monasterium cui tua dilectio presidet. temporibus nostris de parvo ad magnum excrevit. et spiritualibus. atque secularibus incrementis interius exteriusque provectum est. nos divine pietatis adiutores et cooperatores esse optamus. Ipsi etenim fra-

Digitized by Google

tres Romane ecclesie tribulationibus et angustiis fideliter communicaverunt. et dignum est ut romane ecclesie clypeo ab adversariis omnibus protegantur. et tu quoque qui ipsi monasterio preesse dinosceris. sedis apostolice gratiam. circa te et successores tuos ampliorem cognoscas. Tuis itaque fili karissime in christo GUARINE tuorumque fratrum iustis postulationibus libenter annuimus. et ipsum beati laurentii martiris monasterium quod iuris beati Petri esse dinoscitur. apostolice sedis gremio specialiter confovendum protegendumque suscipimus et apostolici privilegii robore communimus. Statuentes ut quecumque predia possessiones. villas. oppida. cellas. ecclesias. seu quecumque bona ex concessione pontificum. libertate principum. vel oblatione fidelium adquisita. vestrum hodie monasterium possidet. seu quecumque in futurum iuste poterit adipisci. firma tibi tuisque successoribus. et illibata permaneant. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat idem monasterium temere perturbare. vel ei subditas possessiones auferre. vel ablata retinere. minuere. vel temerariis vexationibus fatigare. sed omnia integra conserventur. eorum pro quorum substentatione. ac gubernatione concessa sunt. usibus omnimodis profutura. Missas autem publicas ab aliquo episcopo in eodem monasterio celebrari. stationes fieri. processiones deduci. absque abbatis vel fratrum voluntate omnimodis prohibemus. ne in servorum dei recessibus. secularibus occasio prebeatur ulla conventibus. Decimas autem propriorum laborum et operum. nullus ab eodem monasterio exigat. Nec liceat alicui episcopo ipsum monasterium et cellas eius interdicere aut excommunicare. Crisma. oleum sanctum. consecrationem altarium. sive basilicarum. ordinationem monachorum sive clericorum monasterio pertinentium qui ad sacros sunt ordines promovendi. a quocumque malueritis catholico episcopo suscipietis. qui nostra fultus auctoritate quod postulatur indulgeat. Cappellanos vel clericos qui ipsi monasterio aut eius cellis deserviunt. excommunicari vel ab officio suspendi. sive ad sinodum provocare. ab aliquo episcopo prohibemus. Ad hec etiam pro speciali ipsius monasterii dicione ad honorem ac reverentiam gloriosissimi martiris laurentii. cuius ibidem reliquie sunt recondite. usum mitre ubilibet in celebrationibus divinorum. anuli vero tantum in celebratione missarum precipuarum festivitatum et consessu conciliorum tibi tuisque successoribus concedimus. Clericos etiam sive laicos liberos et absolutos. qui conversationis caussa ad monasterium vestrum. sive in vita. sive in morte venire voluerint. liceat vobis

Digitized by Google

vestrisque successoribus absque alicuius contradictione recipere. Vos itaque filii in christo dilectissimi. oportet regularis discipline institutionibus operam diligenter impendere. quatinus quanto a secularibus tumultibus liberiores estis. tanto amplius placere deo totius mentis et anime virtutibus anheletis. Sane si quis in crastinum archiepiscopus. aut episcopus. imperator aut rex. princeps aut dux. comes aut vicecomes. iudex aut persona quilibet potens vel impotens. huius nostri privilegii paginam sciens contra eam temere venire temptaverit. secundo terciove commonitus si non satisfactione congrua emendaverit. potestatis honorisque sui dignitate careat. reumque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat. et a sacratissimo corpore ac sanguine dei et domini redemptoris nostri ihesu christi alienus fiat. atque in eterno examine districte ultionis subiaceat. Cunctis eidem loco ista servantibus sit pax domini nostri ihesu christi. quatinus et hic fructum bone actionis percipiant et apud districtum iudicem premia eterne pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.



Datum anagnie. per manus Iohannis. sancte Romane ecclesie diaconi cardinalis. Indictione. XV Nonis Maji. Anno dominice incarnationis M.° XCII.° Pontificatus autem domini URBANI pape Secundi V.°

Digitized by Google

CCCCLIV.

† IN NOMINE SANCTE ET INDIVIDUE TRINITATIS ROGGERIUS divina favente clementia dux Robberti magnifici ducis heres et filius. Si divinum cultum et sancte ecclesie honorem atque utilitatem debita reverentia et ordine digno attendimus. profecto circa sanctam dei ecclesiam diligentissimam curam et solacium adhibere debemus. ut tanto nos superna pietas gratius protegat. quanto ferventius suam ecclesiam pro viribus exaltari atque tueri satagimus. Idcirco amore omnipotentis dei qui servilem carnem sumere et crucis subire patibulum. et mori non dedignatus est ut nos ab eterna morte liberaret. nec non pro salute anime supra scripti genitoris nostri et genitricis nostre et statu nostre rei publice per interventu adele dilecte coniugis nostre. concedimus et confirmamus in monasterio sancti martiris Laurentii quod constructum est in aversana civitate. ubi nunc deo tuente dominus Guarinus venerabilis abbas preest. Basilinianum cum omnibus pertinentiis suis. terris cultis et incultis. olivetis. vineis. pascuis. per hos fines. A via videlicet que descendit barum usque in montem supra ipsum castellum balisiniani. Ab alio latere per valle episcopii barensis usque in terra grifi. et sic descendit usque ad stratam magnam que vadit ad predictam civitatem bari. Et sanctum nicolaum de bitecte cum omnibus pertinentiis suis et cum usu molendini et tarpiti tam homnium suorum quam aliorum. quidlibet voluerint macinare sine nostra nostrorumque hominum contrarietate. et nostrorum heredum seu successorum ac balivorum. Et sanctam caterinam cum omnibus pertinentiis suis. Et sanctum oruncium de tarento et quinque et quinque piscatores et terras ex ipsis cum duobus lintris in mari magno et parvo. et quartum cum lintre uno in mari magno et parvo et quintum cum una planca. Et sanctum nicolaum de monopoli cum omnibus pertinentiis suis. Et sanctum Iohannem de troia qui est situs in monte capillonis cum omnibus pertinentiis suis. et ipsum montem per hos fines. A parte orientis est carbonarium castelli. et sic descendit in directum per unam vallicellam et vadit directe supra burgum. et descendit per medium burgum in stratam maiorem. A parte meridiei est carbonarium vetus. et ascendit usque in verticem montis

An. 1092.

Digitized by Google

et ex eodem latere montis descendit per vallem maiorem usque in viam pupliccam. et sic tenet via puplica usque ad carbonarium predicti castelli. Concedimus etiam terram nostre rei puplice pertinentem cum fonte que torricli vocatur qui habet hos fines. Incipit a limite qui est inter hanc terram et terram Guidonis diaconi et vadit secus viam magnam puplicam usque carraram que venit de staphilo. et descendit per predictam carrariam usque magnum limitem. et deinde vadit per limitem et venit in monticellum qui est in fronte predicti limitis. et ab ipso monticello ascendit et directe vadit in vallem parvulam. et pervenit in iamdictum limitem qui est inter hanc terram et terram guidonis diaconi. et per ipsum limitem vadit in predictam viam magnam. Simulque concedimus in ipso monasterio totam causam quam trostainus de mileto in troia a nobis tenuit. exceptis decem villanis et terra pro uno aratro. et duabus casis quas domine fredelsende uxori geroy dedimus. Confirmamus quoque et concedimus tibi domino Guarino venerabili abbati eiusdem ecclesie et posteris tuis pro parte et vice ecclesie tue omnia que Guarinus dominus salpi et Robbertus dominus baruli dederit et concesserit monasterio vestro. Ea vero ratione ut omnia suprascripta semper libere sint in dominio et potestate iamdicti monasterii et abbatis et successorum suorum et pars ipsius monasterii. Et predictus dompnus Guarinus abbas et successores sui. licentiam et potestatem habeant in predictis terris et in omnibus aliis terris nostris ubi voluerint ecclesias edificare et casalem facere et homines affidare. et vineas. et oliveta. et alia pomifera pastinare. et molendina. furna. et tappeta facere infra predictos fines ubi voluerint. Et neque a nobis aut a nostris heredibus vel successoribus aut a nostris stratigotis. Iudicibus. Turmarchis. vicecomitis platearüs vel aliquibus ministeralibus rei puplice seu quibuslibet hominibus quolibet tempore predictum monasterium et abbas et successores sui de predictis terris et villanis et de omnibus edificiis que in eis facienda sunt. aliquod contrarium habeant et neque ad villanos aliquid datum affidaturam vel plateaticum tollere vel aliquam angariam facere faciant. Si quis autem temerario ausu harum nostrarum concessione violator extiterit. sciat se compositurum auri purissimi libras quinquaginta medietatem camere nostre. et medietatem prefati ipsius monasterii. et he nostre concessiones sint firme et inconcusse permaneant. Testum

Digitized by Google

vero harum nostrarum concessionum scribere precepimus tibi Grimoaldo notario nostro. et nostro cum tipario plumbea bulla bullari iussimus.

Anno dominice incarnationis. Millesimo. Nonagesimo secundo. Ducatus autem nostri. VII. Mensis Maii. Indictione quintadecima.

† EGO ROGGERIUS DUX me subscripsi.

† Ego adela dei gratia ducissa.

† Signum guidonis filius Roberti magnifici ducis.

† Signum boamundi

† Signum Willelmi de broilo stratigota.

† Signum Ubaldi filii aldeprandi.

† Ego maffridus iudex.

† Ego petrus filius iohannis crispi.

† Ego alfefi filio iohanne honeste.

† Ego diferius cervuno.

† Ego Aldebrando testes

Digitized by Google

CCCCLV.

An. 1092. † IN NOMINE SANCTE ET INDIVIDUE TRINITATIS. ROGERIUS DIVINA FAVENTE CLEMENTIA dux roberti magnifici ducis heres et filius. Si divinum cultum et sancte ecclesie honorem atque utilitatem debita reverentia et ordine digno attendimus profecto circa sanctam dei ecclesiam diligentissimam curam et solatium adhibere debemus. ut tanto nos superna pietas gratius protegat quanto ferventius suam ecclesiam pro viribus exaltari atque tueri sutagimus. Idcirco amore omnipotentis dei qui servilem carnem sumere et crucis subire patibulum et mori non dedignatus est. ut nos ab eterna morte liberaret. nec non pro salute anime suprascripti genitoris nostri et genitricis nostre et statu nostre rei publice per interventum adele dilecte coniugis nostre Concedimus. damus. et confirmamus. in monasterio beati martiris Laurentii de aversa ubi nunc dominus Guarinus venerabilis abbas preest. ecclesiam sancti iohannis de troia que est sita in monte capillonis cum omnibus pertinentiis suis. et ipsum montem per hos fines. A parte orientis est carbonarium castelli et sicut descendit in directum per unam vallicellam et vadit directe supra burgum et descendit per medium burgum in stratam maiorem. A parte meridiei est carbonarium vetus et ascendit usque in verticem montis. et ex eodem latere montis descendit per vallem maiorem usque in viam publicam. et sicut tenet via publica usque ad carbonarium predicti castelli. Concedimus etiam terram nostre rei publice pertinentem cum fonte que turricli vocatur. que habet hos fines. incipit a limite qui est inter hanc terram et terram guidonis diaconi. et vadit secus viam magnam publicam usque carrariam que venit de stafilo. et descendit per predictam carrariam usque magnum limitem. et deinde vadit per limitem et venit in monticellum qui est in fronte predicti limitis. et ab ipso monticello ascendit et directe vadit in vallem parvulam et pervenit in iamdictum limitem qui est inter hanc terram et terram guidonis diaconi et per ipsum limitem vadit in predictam viam magnam. Simulque concedimus in ipso monasterio totam causam quam Trostainus de mileto in troia a nobis tenuit exceptis decem villanis et terram pro uno aratro et duabus casis. quas domine fredelsende uxori gerey dedimus. Nec non et concedimus in predicto

Digitized by Google

monasterio terras infra troianos fines in matina que habent hos fines. Incipiunt a vado tranense fluminis aquilonis et descendunt secus ipsum flumen quinquaginta passos longe a flumine in parte versus sanctam mariam de fogia usque in vadum tam... cis et per ipsum vadum protraunt ipsum flumen et vadunt per..... *fines* filiorum ziti. usque viam que venit a sancta maria de fogia que est inter has terras et terras filiorum petri iudicis. et deinde vadunt secus predictam viam usque caput vallonis appii ubi secus viam termini petrarum fixi sunt. et descendunt secus predictum vallonem qui est finis terrarum supradictorum filiorum petri iudicis usque in pedem arpi. et deinde in transversum recte vadunt in flumine burgani. et deinde ascendunt per ipsum flumen usque vadum tranensem de predicto flumine burgani. et inde in transversum vadunt per fines qui sunt inter troiam et bacarizzam. et veniunt in flumine aquilonis. ad vadum tranensem. Concedimus quoque et confirmamus in prephato sancto monasterio casale sancti petri in balneo et casale sancte marie de oliva cum omnibus tenimentis et possessionibus eorum et ecclesiis sibi subditis. Simulque confirmamus tibi dompno Guarino venerabili abbati eiusdem monasterii et posteris tuis omnia que Guarinus dominus salpi et Robbertus dominus baroli predicto monasterio sancti laurentii de aversa dederunt et concesserunt. Concedimus etiam et confirmamus Balesinianum cum omnibus possessionibus suis terris cultis et incultis. olivetis. vineis. pascuis. per hos fines. a via videlicet que descendit barum usque in montem supra ipsum balesinianum. Ab alio latere per vallem episcopii barensis usque in terram Girri. et sic descendit usque ad stratam magnam que vadit ad predictam civitatem barensem. Nec non et sanctum nicholaum veterem de bitecto cum usu molendini. furni. et trappeti. tam hominum nostrorum quam aliorum qui illic molere. coquere. et machinare voluerint sine contrarietate nostra nostrorumque heredum. seu successorum vel ministerialium aut exactorum. Et sanctam catherinam. et sanctum petrum qui nominatur de dompna bassana cum omnibus possessionibus eorum. Et sanctam mariam de cesano et sanctam mariam de balena similiter cum omnibus earum pertinentiis. Monasterium quoque sancti nicholay de monopoli qui cognominatur de pinna cum pertinentiis et possessionibus suis. et sanctum petrum in lacu iohannis. et sanctam mariam in grama cum casali. et sanctum petrum in babaneo cum casali suo qui

Digitized by Google

nominatur fellinum. et sanctum nicholaum de casillo cum villanis et omnibus eorum pertinentiis concedimus pariter et confirmamus. Simul etiam sanctum aruncium de tarento cum omnibus pertinentiis suis. et ibidem quinque piscatores videlicet Amicum filium fichinicarii. et lucam fratrem eius. et maurum fratrem eorum. et Georgium filium podarii et angelum fratrem eius. ut isti supradicti homines heredes et successores eorum liberam potestatem habeant piscandi in mari parvo et magno. et terciariam et omnes consuetudines quas nostre rei publice dare et persolbere debent in iamdicto monasterio sancti laurentii absque nostra vel heredum aut successorum nostrorum vel alicuius contradictione reddant libere et persolvant. Nec non et unam plancam que fuit landonis predicte civitatis vicecomitis. in supradicta ratione concedimus et confirmamus. Hos autem supradictos homines heredes et eorum successores liberos in demanium monasterii et absolutos concedimus. ab omni eos publico servitio liberantes. similiter concedimus in prephato sancto monasterio casale sancte cenapure de policoro cum ecclesiis omnibus pertinentiis sibi subditis et abbatiam sancte marie de churonofrio cum ecclesiis suis et earum pertinentiis. et monasterium sancti angeli de fracxeneto cum casali et ecclesiis sibi subditis. et sanctum donatum de belmonte cum casali suo et sanctam mariam de turitto cum hominibus eorum possessionibus et pertinentiis. Ad maiorem preterea tutelam et libertatem predicti sancti monasterii concedimus ut ubicumque sint monachi. . . . . in villis et civitatibus meis homines videlicet prephati monasterii nullas penitus vendendi. vel emendi. consuetudines reddant. neque sit aliquis de exactoribus nostris qui supradictas consuetudines ab eis exigat. Concedimus insuper ut si homines prephati monasterii aliquid forte foris fecerint non sit aliquis ita temerarius vel audax ut eos sine clamore monachorum ad iustitiam cogere presumat. Set predictis monachis prius proclamationem faciat et per manus eorum et in curia eorum postea iusticiam habeat. Ea vero ratione ut omnia suprascripta semper libere sint in dominio et potestate iamdicti monasterii et abbatis et successorum suorum. Et pars ipsius monasterii et predictus domnus Guarinus abbas et successores sui licenciam et potestatem habeant in predictis terris. et in terris quas per civitates opida. et villas aut hemptione aut offercione vel donatione quocumque modo poterint adipisci. ecclesias edificare. casalia facere. homines affidare. molen-

Digitized by Google

dina. furna. et trappeta construere. vineas et oliveta et alia pomifera pastinare ubi voluerint. Et neque a nobis vel a nostris heredibus seu successoribus aut a nostris stratigotis iudicibus trumarchis vicecomitibus plazzariis vel aliquibus ministerialibus seu nostre reipublice exactoribus aut a quibuslibet hominibus quolibet tempore predictum monasterium et abbates et successores sui de predictis terris et hominibus et de omnibus edificiis que in eis fecerint aliquod contrarium habeant et neque a monachis vel hominibus eorum affidaturam platheaticum vel aliquod datum tollant vel aliquam angariam facere faciant. Si quis vero temerario ausu harum nostrarum concessionum violator extiterit sciat se compositurum auri purissimi libras quinquaginta. medietatem camere. nostre et medietatem parti ipsius monasterii et he nostre concessiones firme et inconcusse permaneant. Textum vero harum nostrarum concessionum scribere precipimus tibi grimoaldo notario nostro et nostro cum tipario plumbea bulla bullari iussimus. Anno dominice incarnationis millesimo nonagesimo secundo. ducatus autem nostri septimo Mense mai indictione quintadecima.

† EGO ROGERIUS DUX ME SUBSCRIPSI.
† Ego adela dei gratia ducissa.
† Signum guidonis filii roberti magnifici ducis
† Signum buamundi
† Signum Widelmi de broilo stratigote
† Signum ubbaldi filii ildeprandi
† Ego qui supra maldefridus iudex
† ego petrus filius iohanne crispe
† Ego alferi filio iohanne
† Ego ildeprando oneste
† Ego alferius cervuno
testes

Digitized by Google

CCCCLVI.

An. 1092. † IN NOMINE SANCTE ET INDIVIDUE TRINITATIS. ROGERIUS divina favente clementia dux roberti magnifici ducis heres et filius. Si divinum cultum et sanctae ecclesiae honorem atque utilitatem debita reverentia et ordine digno attendimus profecto sanctam dei ecclesiam diligentissimam curam. et solacium adhibere debemus ut tanto nos superna pietas gratius protegat quanto ferventius suam ecclesiam pro viribus exaltari atque tueri satagimus. Idcirco amore omnipotentis dei qui servilem carnem sumere et crucis subire patibulum et mori non dedignatus est ut nos ab eterna morte liberaret. nec non pro salute animae suprascripti genitoris nostri et genitricis nostrae et statu nostrae rei publicae per interventum Adelae dilectae coniugis nostre concedimus et confirmamus in monasterio sancti martiris Laurentii quod constructum est in aversana civitate. ubi nunc deo tuente dominus Guarinus venerabilis abbas preest. basilinianum cum omnibus pertinentiis suis. terris cultis et incultis. olivetis vineis pascuis per hos fines. a via videlicet que descendit barum usque in monte supra ipsum castellum balisiniani. ab alio latere per vallem episcopii barensis usque in terram grifi. et sic descendit usque ad stratam magnam que vadit ad predictam civitatem barensem. et sanctum nicolaum de bitecte cum usu molendini et tarpiti. et sanctam caterinam cum omnibus pertinentiis suis. et sanctum oruntium de tarento et quinque piscatores. tres ex ipsis cum duobus lintris in mari magno et parvo et quartum cum lintre uno in mari magno et parvo. et quintum cum una planca. et sanctum iohannem de troia qui est situs in monte capillonis cum omnibus pertinentiis suis. et ipsum montem per hos fines. A parte orientis est carbonarium castelli et sicut descendit in directum per unam vallicellam et vadit directe supra burgum. et descendit per medium burgum in stratam maiorem. a parte meridiei est carbonarium vetus. et descendit usque in verticem montis et ex eodem latere montis descendit per vallem maiorem usque in viam puplicam et sicut tenet via puplica usque ad carbonarium predicti castelli et sanctum nicolaum de monopoli cum omnibus pertinentiis suis. Concedimus etiam terram nostre rei publice pertinentem cum fonte que torricli vocatur que habet hos fines Incipit a limite

Digitized by Google

qui est inter hanc terram et terram guidonis diaconi et vadit secus viam magnam puplicam usque carrariam que venit de staphilo et descendit per predictam carrariam usque magnum limitem. et deinde vadit per limitem et venit in monticellum qui est in fronte predicti limitis. et ab ipso monticello ascendit et directe vadit in vallem parvulam et pervenit in iamdictum limitem qui est inter hanc terram et terram guidonis diaconi. et per ipsum limitem vadit in predictam viam magnam. Simulque concedimus in ipso monasterio totam causam quam trostainus de mileto in troia a nobis tenuit exceptis decem villanis et terra pro uno arato. et duabus casis quas domine fredelsende uxori geroy dedimus. Confirmamus quoque et concedimus tibi domino guarino venerabili abbati eiusdem ecclesiae et posteris tuis pro parte et vice ecclesiae tuae omnia que guarinus dominus salpi et robertus dominus baroli dederunt et concesserunt monasterio vestro. Ea ratione ut omnia suprascripta semper libere sint in dominio. et potestate iamdicti monasterii et abbatis et successorum suorum. et pars ipsius monasterii. et predictus dompnus guarinus abbas et successores sui licentiam et potestatem habeant in predictis terris ubi voluerint aecclesias edificare et casalem facere. et homines affidare et vineas et oliveta et alia pomifera pastinare et molina facere infra predictos fines ubi voluerint. Et neque a nobis vel a nostris heredibus successoribus. aut a nostris stratigotis. Iudicibus. turmarchis. vicecomitibus plazzariis. vel aliquibus ministerialibus rei publice seu quibuslibet hominibus quolibet tempore predictum monasterium et abbas et successores sui de predictis terris et villanis et de omnibus edificiis que in eis facienda sunt aliquod contrarium habeant et nec ad villanos aliquod datum tollant vel aliquam angariam facere faciant. Si quis hanc temerario ausu harum nostrarum concessionum violator extiterit sciat se compositurum auri purissimi libras quinquaginta medietatem camere nostre. et medietatem prephati ipsius monasterii. et he nostre concessiones semper firme et inconcusse permaneant: Textum vero harum nostrarum concessionum scribere precepimus tibi grimoaldo notario nostro et nostro cum typario plumbea bulla bullari iussimus. Anno dominicae incarnationis millesimo nonogesimo secundo. ducatus autem nostri septimo. Mense mai indictione quintadecima.

† EGO ROGERIUS DUX. ME SUBSCRIPSI.

† Ego adela dei gratia ducissa,

Digitized by Google

† Signum guidonis filii roberti magnifici ducis.
† Signum boamundi.
† Signum Widelmi de broilo stratigote
† Signum ubaldi filii ildeprandi.
† Ego malfridus iudex.
† Ego petrus filius iohanne crispo
† Ego alferi filio iohanne
† Ego ildeprando oneste
† Ego alferius cervuno
testes

CCCCLVII.

An. 1092. † In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro alexio magno Imperatore anno duodecimo. sed et iohannes porfilogenito magno Imperatore eius filio anno primo. die quinta decima mensis nobembrii indictione prima neapoli: Mediatores exierunt domino cesario brancatitio filio quondam domini gregorii. et domino iohanne morfissa filio quondam domini iohannis. inter me vero qui nominor de sicardo filio quondam domini iohannis de musco. et inter vos videlicet cunta congregationis monachorum monasterii sanctorum sergii et bachi qui nunc congregatum est in monasterio sanctorum theodori et sebastiani qui appellatur casapicta situm in viriarium. quatenus vos mihi dedistis at pensione detinendum amodo et usque in venturos septem anni expleti. idest integra escatoria vestra pertinente memorati vestri monasterii. posita in illa padule pertinente memorati vestri monasterii in loco qui vocatur tertium in ea videlicet ratione quatenus memorata escatoria vestra in mea meisque heredibus sit potestate tenendi et dominandi amodo et usque in memoratum constitutum iamdicti septem anni expleti ut super legitur. et per tempore illa mundare et conciare debeamus et ibi aqua per tempore ponere et abere debeamus pro aquilandum. et ibi intrare et exire debeamus per illa terra pertinente memorati vestri monasterii sic tamen ut nullum damnum faciamus in memorata terra sive pro ipsa aqua de ipsa escatoria vel pro ipsum introitum quando per ipsa terra vestra

Digitized by Google

introierimus at memorata escatoria vestra per nullum modum. et quando nos aut illos per tempore appreenserimus in memorata escatoria in mea meisque heredibus sit potestate faciendi que voluerimus. dantes ego et heredes mei per omnem annum in festivitate sancti martini vobis vestrisque posteris memoratoque vestro monasterio. exinde pensione. idest auri tari septem voni de amalfi vel de quale moneta per ista civitate andaberit asque omni amaricatione. et non abeatis licentiam vos et posteris vestris memoratoque vestro monasterio amodo et usque in memoratum constitutum iamdicti septem anni expleti ut super legitur mihi meisque heredibus tollere memorata escatoria per nullum modum. dantes nos vobis per omni annuo in ipsa festivitate sancti martini memorata pensione et adimplentes vobis omnibus memoratis ut super legitur. et nec vobis ante ipsum constitutum illa abrenuntiare non debeamus per nullum modum. complentes vero memoratum constitutum iamdicti septem anni expleti ut super legitur. tunc memorata escatoria vestra rebertant in memorato septembrio mense in memorato monasterio vestro quia taliter ita firmavimus per memorati mediatores. et taliter istum mediatorium scribere rogatus petrum curialem per memorata prima indictione † hoc signum † manus memorati ursi quod ego qui memoratos pro eum subscripsi †

† ego iohannes filius domini ursi iudex testi subscripsi †

† ego gregorius filius domini petri testi subscripsi †

† Ego gregorius scriniarius testis subscripsi †

† Ego petrus curialis complevi et absolvi per indictione memorata prima †

Digitized by Google

CCCCLVIII.

An. 1092. † In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro alexio magno Imperatore anno duodecimo. sed et iohannes porfilogenito magno Imperatore eius filio anno primo. die nona mensis decembrii indictione prima neapoli. Visus itaque fuit leone diaconus. genitor meus videlicet leone presbytero comparare per chartulam comparationis. in die tertia decima mensis februarii de indictione quarta. in auri tari octo. da iohannes qui nominatur mastellone filio quondam idem iohannis mastellone. et da sergio mastellone filio quondam petri mastellone hoc est thio et nepote. abitatoribus de loco qui vocatur tertium maiore set memorato sergio pro vice et portione sua et pro vice et portione maria monacha uterina germana sua. et ipsi una cum consensum et volumtate domini petri karbania cui ipsi defisi herant. idest integra una petia de terra illorum que est clusuria posita in loco qui vocatur tertium pictulum. unam cum arboribus et cum introitum suum omnibusque eis pertinentibus. unde at memorato iohannes mastellone pertinuit medietate et at memorato sergio mastellone et at iamdicta maria monacha uterina germana sua pertinuit exinde alia medietate. coherente sivi ab uno latere terra monasterii sancti sebastiani et in aliquantum terra ecclesie sancti georgii catholice maioris. de alio latere terra domini iohannis tribunu marino et nominatur campu de lucia. de uno capite terra ecclesie sancte marie que nominatur de illi comite. de alio capite terra memorati domini iohannis tribunu marino. sicuti ex omni parte sepis et fossatus seu terminis definiret sicuti ipsa chartula comparationis continet. et per ipsa chartula comparationis remiserunt ipsi apud memorato leone diacono genitori meo et una cartula comparationis membrana scripta exinde continentes. quem fecit iohannes campanopio cui super nomen caccucto filio quondam petri cum consensum anna posteriora coniugi sua. at nominata maria filia quondam conius sergii qui fuit abitatrice in tertium super sanctum ciprianum. postea iterum ego memoratus leo presbytero comparavi per chartulam comparationis in die quinta mensis iulii de indictione decima in auri solidos duodecim. da maria uterina germana mea relicta

Digitized by Google

quondam iohannis ferrarii qui nominatur *brancatitia*. idest integra portione et pertinentia sua que ad eam pertinebat de memorata petia de iamdicta terra nostra que est clusuria. et illa per memoratam coherentiam exegregavimus. modo vero venistis vos videlicet cunta congregationis monachorum. monasterii sanctorum sergii et bachii. qui nunc. congregatum est in monasterio sanctorum theodori et sebastiani qui appellatur casapicta situm in viridiarium de cuius monasterio ego memorato leone presbytero defisus sum et memorato leone diacono genitor meus defisus fuit. et contrastis mihi memorata petia de iamdicta terra dicendo pars vestra athersus me ut non baluisset memorato leone diacono genitori meo defiso vestri monasterii comparare memorata petia de memorata terra. propter quod memorata petia de memorata terra esset de memorato vestro monasterio. et in memorato vestro monasterio pertinet habere per commutatione et per comparatum. ideo visus vos haberetis ipsa petia de memorata terra. et pars mea dicebat ut memorata petia de memorata terra memorato leone diacono genitori meo qui fuit defiso memorati vestri monasterii illa comparavi. unde multam altercationem exinde inter nos habuimus in publicum ante iudices publicos quem ibi supra ambas partes portavimus ad iudicandum. et a partem mea ibidem ostensa fuit memorata chartula comparationis memorati leoni diacono genitori mei. et a parte memorati vestri monasterii ibidem ostense fuerunt due chartule in tumbo scripte exinde coptinentes. set una ex ipse chartule est commutationis quem fecit dominus iohannes miles filio quondam venerabilis domini sergii militis et quondam domina maria honesta femina iugalium personarum. unam cum consensum marie honeste femine coniugi sue. at memorato quondam domino magario religioso igumeno congregationis sanctorum sergii et bachii qui tunc. congregatum esse videbatur in viridiario. de integra portione memorate marie genitricis sue de integra terra que vocatur campu de lucia posita at tertium. que herat ipsa portione iamdicte matris sue de memorata terra de sexta parte una. que herat ipsa parte memorate genitricis sue uncias duas. et seiungitur et indivisum reiacebant cum octo uncias quas ipse dominus magarius religiosus igumenus emtam abebat. et cum simul duas uncias portionis domini gregorii caracculi thii sui. et per coherentiam declaraberunt et memorata terra insimul ab uno

Digitized by Google

latere terra plevis sancti georgii catholice maioris et terra de illi malosi que modo abet memorato monasterio vestro. de alio latere terra heredes leoni torti et de illi maiorini et de gregorio moctula. de uno capite terra iohannis campanopio. ex alio capite terra de illa planastella. et de heredes andrea modiosolidos. alia ex ipsa chartule est cessionis atque traditionis quam fecit domino gregorio magnifico filio quondam venerabilis domini iohannis militis. at nominato memorato domino magario religioso igumeno memorati monasterii. de integra portione sua de memorata terra. et dum ille ibidem ostense et relicte fuisset tribuerunt exinde inter nos oc iudicium ut non potuisset ego plus abere de memorata petia de iamdicta terra nisi quantum fuit de memorato iohanne campanopio sicuti ipsa chartula comparationis memorati genitori mei declarat. et sicuti memorata chartula commutationis de tumbo scripta incoherentia declarasset in capite. et perquisivimus et invenimus memorata terra que fuit de memorato iohanne campanopio que comparatam abuit memorato leone diacono genitori meo per chartulam comparationis in capite de memorata petia de iamdicta terra in ipso capite qui est a parte horientis. et per trabersum ibi invenimus ficti duos termines unum a parte septemtrionis iusta ipsa terra memorati vestri monasterii. et alium à parte meridiana iusta ipsa terra memorati domini iohannis tribunum marino. et talia ipsi iudices illud vidissent iterum tribuerunt exinde inter nos oc iudicium. ut da memorati duos termines in da parte hoccidentis siat ipsa petia de iamdicta terra vestra et de memorato vestro monasterio pro quo in memorato vestro monasterio pertinet per memorate ambe chartule de tumbo scripte. et da memorati duos termines in da parte horientis siat ipsa terra que fuit de memorato iohanne campanopio que comparatam abuit memorato leone diacono genitori meo defiso memorati vestri monasterii. et taliter ponere vobis ego chartula promissionis recitatiba ut amplius exinde causatio non fieret. ita et ego memoratus leone presbyter per anc chartulam et per eodem iudicio atfirmo vobis memorata cuncta congregationis monachorum memorati monasterii cuius ego defisus sum et memorato genitori meo defisus fuit. et per vos in memorato sancto et venerabili vestro monasterio quia numquam presummo ego aut heredes mei nec abeamus licentiam aliquando tempore vos aut posteris vestris memo-

Digitized by Google

ratoque vestro monasterio querere de memorata petia de iamdicta terra da memorati duos termines in da parte hoccidentis. per nullum modum nec per summissas personas a nuc et imperpetuis temporibus. et qui vos aut posteris vestris memoratoque vestro monasterio da memorati duos termines in da parte hoccidentis at querendum venerit per me aut per meos heredes vel per memorata maria uterina germana mea cuia portione ego comparatam abeo per memorata chartula comparationis ut super legitur vel per suis heredibus. tunc ego et heredes mei vobis vestrisque posteris memoratoque vestro monasterio. nos exinde desuper tollere et tacitos facere debeamus asque omni data occansione. et coheret at memorata petia de iamdicta terra pertinente memorati vestri monasterii. de uno latere parte septemtrionis memorata terra memorati vestri monasterii. et memorata terra plebis ipsius ecclesie sancti georgii maioris. et abet in ipso latere de longitudine da memorato termine qui est fictum in ipsa septemtrionali parte iusta ipsa terra memorati vestri monasterii et quomodo badit in ipso latere in parte hoccidentis usque at memorata terra de heredes memorati domini iohannis tribunu marino unde vos cum ipsis intentionem abetis passi centum quadraginta unum. de uno capite parte occidentis terra memorati heredes iamdicti domini iohannis tribunum marino unde vos cum ipsis intentionem abetis et abet in ipso capite de latitudine passi septem et due parti de passum. de alio latere parte meridiana memorata terra memorati heredes iamdicti domini iohannis tribunu marino et de illu mediacapu. unde vos cum ipsis intentionem abetis et abet in ipso latere de longitudine da memorato termine qui est fictum in ipsa meridiana parte iusta ipsa terra de memorati heredes memorati domini iohannis tribunu marino unde vos cum ipsis intentionem abetis et quomodo badit per ipso latere in parte hoccidentis usque at memorata terra memorati heredes iamdicti domini iohannis tribunu marino unde cum ipsis intentionem abetis. passi centum triginta quinque. de alio capite parte horientis memorata terra mea que fuit de memorato iohanne campanopio que comparatum abuit memorato leone diacono genitori meo sicuti memorati duos termines exfinant et abet in ipso capite de latitudine per memorati duos termines passi undecim. memorati vero passi mensurati sunt at passum ferreum sancte neapolitane ecclesie. Quia ita inter nos exinde iudicatum est. Si au-

Digitized by Google

tem in aliquid offensi fuerimus per quobis modum aut summissas personas tunc compono ego et heredes mei vobis vestrisque posteris et in memorato vestro monasterio auri solidos centum bythianteos. et chartula promissionis recitatiba ut super legitur sit firma scripta per manus petri curialis qui scribere rogatus per indictione memorata prima †

† leone presbyter subscripsi †

† Ego iohannes curialis testis subscripsi †

† Ego petrus primarius testis subscripsi †

† ego iohannes filius domini gregorii testi subscripsi †

† Ego petrus curialis complevi et absolvi per indictione memorata prima †

Digitized by Google

CCCCLIX.

† Quoniam humana fragilitas in quibusque delinquit assidue ad mea redimenda delicta Ego Boamundus princeps domini Boamundi celebris memorie Antiocheni principis filius pro salute mea et remedio animarum patris et matris mee do concedo atque confirmo monasterio Beati Laurentii levite et martiris christi sito prope aversanam urbem atque dompno Guarino venerabili abbati ipsius monasterii Ecclesiam sancti petri de Babaneo circa flumen per hos videlicet fines quomodo incipit asella cripta et descendit ad mare. Item damus concedimus atque confirmamus casale fillini cum hominibus terris cultis et incultis pascuis vineis et olivetis et cum omnibus suis pertinentiis per hos videlicet fines quomodo incipit a mare et venit ad realem qui e...: flumen et vadit per parietem et ascendit ad fatellum perassendendo ad *camerelle* super montem de..... et vadit per directum ad..... et transit..... et descendit ad facchanum et vadit ad puteum tarentinum et coniungitur..... ta cum cruce et vadit ad Gilandolam et descendit ad *diubachum et* coniungitur ipsi parieti et descendit ad acquam vivam et accipit eumdem parietem et descendit ad padula et quomodo dessendit per macclas et iungitur ipsi parieti et dessendit directum ad mare et in ipso mare in longitudinem et latitudinem mille passus sine licentia abbatis et prioris sancti petri de Bananeo. Similiter in dicto flumine nullus audeat piscari seu aucellari sine licentia abbatis vel prioris ipsius loci sancti petri. Concedimus ut omnia suprascripta semper sint libera et in dominio et potestate tam dicti monasterii et abbatis et successorum suorum et prioris ipsius monasterii et predictus dopnus Guarinus et suceessores sui licenciam habeant et potestatem de supradictis terris sicut per fines superius indicatum est vineas oliveta alia pomifera pastinare insuper concedimus et confirmamus ut homines qui in casale fillini habitare voluerint potestatem habeatis dictos homines affidare et in flumine dicto sancti petri molendino edificare et neque a nobis vel a nostris successoribus aut a nostris stratigotibus iudicibus trumarchis vicecomitibus plazariis ministralibus..... affidaturam plateaticum vel aliquod datum tollant..... Si quis autem cuiuscumque fuerit dignitatis hanc nostram donationem..... ausu temerario violare

An. 1092.

Digitized by Google

presumpserit iram dei sanctorum omnium nostramque exequatur et centum mee camere aureos totidemque eidem componat ecclesie firmo hoc sigillo manente quod manu mei Berengarii notarii scriptum meaque subscriptione firmatum et mea plumbea bulla bullari. anno incarnationis dominice millesimo nonogesimo secundo Indictione quintadecima

† Signum manus mee Boamundi Antiocheni principis filius
† Signum manus Comestabuli domini Antiocheni principis
† Signum manus..... qui hoc firmo
† Signum manus.....
† Signum manus mei..... qui hoc testor
† Ego iohannes trumarcha testis sum
† Signum manus..... domini Brandiperti aimerici qui hoc firmo
† Ego Rogerius iudex testis sum constantinus
† Signum manus.....
† Signum....., manu mea Gervasius
† Ego..... flamingus
† Signum..... et manus mea Rogerius Pomerata

Digitized by Google

CCCCLX.

† IN NOMINE SANCTE ET INDIVIDUE TRINITATIS PATRIS ET FILII ET SPIRITUS SANCTI. Ego girardus troianus dei gratia episcopus presentibus et posteris scribere curavi quae et qualia sint unde guarinus abbas sancti laurentii de aversa et monachi ipsius me rogaverunt. quatinus in parrochia mea illis ea concederem. et rogatus donavi. Notum itaque habeatis quod abbas prenominatus cum quibusdam monachis suis ad me venit. et ut in episcopatu meo duas sibi concederem construere ecclesias multipliciter rogavit. Fecit etiam ut dominus noster dux ROGERIUS. et uxor eius ADELA pro ipsius amore quo facilius quod petebat impetraret me precarentur. quorum peticioni satisfacere bonum esse considerans concessi quemadmodum in carta presenti scripta continentur. duae ecclesiae videlicet illae de quibus promissum est michi et successoribus meis per annos singulos septem romanatos die festo sancte MARIE in augusto persolvent. cetera omnia ad ecclesias pertinentia. que quocumque modo eis collata iure fuerint. abbas et monachi possidebunt. nullam omnino de ipsis omnibus episcopo daturi portionem nisi forte caritative et non ex debito donare voluerint. propter mutuam quae inter huiusmodi fratres solet esse dilectionem. Liberam et absolutam in aeternum utramque ecclesiam esse volo. ita ut neque per me vel familiares meos aliquam inquietudinis molestiam paciatur. sed et in temporibus successorum meorum firma et inconcussa hec libertas circa ecclesiam utramque. et res earum summopere custodiatur. Reverentiam siquidem sicut suo pastori et episcopo monachi illi et cuiuscumque ordinis clerici qui in ecclesiis fuerint constituti michi et singulis successoribus meis exibebunt. in aliis vero omnibus sicut predictum est firmissimae libertatis tranquillitatem optinebunt. Si autem vel ego vel de meis successoribus aliquis contra istud preceptum fecerit nisi abbatis vel monachorum culpa precesserit. et ammoniti bis. vel ter. emendare contempserint. episcopus centum romanatos abbati qui tunc temporis erit vel monachis persolvat. et postea contra preceptum quod factum est nullatenus agere presumat. Noverit vero abbas quoniam si istud preceptum infregerit adversus episcopum nisi ipsius ante fuerit culpa. emendationem faciet pecuniam episcopo persolvens quae superius est denotata.

An. 1092.

Digitized by Google

† Ego Girardus troianus episcopus
† Ego Robbertus archipresbyter
† Diaconus Leo
† Signum petri Archidiaconi

CCCCLXI.

An. 1093. † IN NOMINE DOMINI NOSTRI IHESU CHRISTI. ANNO AB INCARNATIONE DOMINI MILLESIMO. NONOGESIMO TERTIO. MENSE IANUARIO. INDICTIONE PRIMA. DUM EGO WILLELMUS sancte nolane sedis gratia dei antistes rebus eiusdem ecclesie adtentius intenderem. Guarinus abbas sancti laurentii aversani. venit ad me Canonice. et religiosissime ecclesias requirens quas precessores sui in nostro episcopatu quocumque modo tenuerant. Et cum ipse in hac petitione humiliter insisteret. cum consilio meorum canonicorum spopondi me sibi responsurum. Consilio autem reperto quod iuris ecclesiae nostre vellet dare requisivit. At ille abbas per unumquemque annum consilio auctoritate convenit; eiusdem monasterii sancti laurentii duas uncias auri in assuptione beate mariae semperque virginis. obligavit se suosque successores allaturos eidem aecclesie sancte mariae vel mittere per fidelem legatum. Laudaverunt unanimiter canonici nostri hoc pactum et ius ecclesie nostrae per longa tempora ammissum me recolligere consiliati sunt. Et hacquievi iuste petitioni tanti viri. et precatu tantorum religiosorum fratrum eiusdem cenobii sancti laurentii. Et ipse dominus guarinus abbas reddidit in manu nostra supradictas ecclesias. Ut iuste et canonice a nobis postea reciperet. Tunc per consilium supradictorum nostrorum canonicorum reddidi sancto laurentio per manum scilicet eiusdem domini guarini abbatis: has ecclesias. sanctam mariam de spelunca cum omnibus suis pertinentiis. Sanctum salvatorem de valle cum omnibus suis pertinentiis. Et sanctam mariam de dominicella cum omnibus suis pertinentiis. Et sanctum Ianuarium de silva cum omnibus suis pertinentiis. Ut ipse dominus guarinus abbas et successores sui libere fruantur his ecclesiis salvo predicto iure nostrae aecclesie. Et hanc cartam scriptam per manus iaquinti eiusdem nostre ecclesiae notarii. Sigilli nostri impressione signatam. Nolae tibi domino guarino abbati tradidimus.

Digitized by Google

† Ego Willelmus gratia dei episcopus nolanus
† Ego stefanus archidiaconus
† Ego iohannes archipresbyter

CCCCLXII.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro alexio magno Imperatore anno duodecimo sed et iohannes porfilogenito magno imperatore eius filio anno primo. die quinta decima mensis februarii indictione prima neapoli: Certum est me iohannem presbyterum qui nominatur troccularo filio quondam A presenti die..... quod vos videlicet cuncta congregationi monachorum monasterii sanctorum sergii et bachii qui nunc congregatum est in monasterio sanctorum theodori et sebastiani qui appellatur casapicta situm in viriarium mihi dedistis ad detinendum et officiandum seu frugiandum ego cuntis diebus vite meae. idest integra ecclesia vestra pertinente memorati vestri monasterii bocabulo beatissimi euthimium que sita est in vico qui vocatur sol et luna qui ad illu acoresu dicitur una cum omnibus domibus et abitationibus seu cellis ipsius ecclesie vestre pertinentes et cum easalibus seu terris sationalibus quamque fundoras et hortuas ipsius ecclesie vestre pertinentes. et cum codicibus et ornamentis et cum omnibus rebus et substantiis atque possexionibus ipsius ecclesie pertinentes omnibusque eis pertinentibus. in ea videlicet ratione quatenus memorata ecclesia vestra cum suis omnibus pertinentiis in mea cuntis diebus vite meae sit potestate tenendi et dominandi seu frugiandi fruendi et commedendi et de ipsa frugias faciendi que voluero. et si aliquod in memorata ecclesia vestra a biris vel a mulieribus offertum vel datum fuerit. si fuerit movile in mea sit potestate faciendi que volluero. si autem inmovile fuerit aut talis causa pro hornamentum de memorata ecclesia aut pretium vel codices post meum transitum in eadem ecclesia vestra remanere debeat. et quodcumque in memorata ecclesia vestra vel in ipsis domibus et abitationibus at conciandum vel edificandum abuerit ego illud conciare et edificare debeam de presentis at meum ex-

An. 1093.

Digitized by Google

pendium quomodo meruerit et ut iustum fuerit. et de hereditatibus ipsius ecclesie vestre pertinentes inbateam ego illos vene lavorare aut illas at lavorandum dandi asque scriptis et non abeam licentiam ego de aliquis pertinentiis ipsius ecclesie vestre pertinentes alicui vel ubique exinde dare aut largire per nullum modum excepto si exinde aliquod at lavorandum dedero asque scriptis licentiam abeam. et si alium exinde fecero bacuum maneat et est et posexio ipsa gratis rebertant in proprietate de memorata ecclesia cuius iure esse videntur. preter de memorata frugias que in mea sit potestate faciendi que voluero. ita et ego cuntis diebus vite mee super eas de ecclesia vestra abitare et residere debeam et in memorata ecclesia vestra die noctuque omnem officium sacerdotale facere et exibere debeam ad oram ego cum uno clerico mecum. hoc est besperos et matutinos seu missarum sollemnia et oris laudibus et lumminariorum concinnationibus. ut vona de me atcrescat oppinio coram deo et hominibus laus. tantummodo ego cuntis diebus vite meae vobis vestrisque posteris et in memorato vestro monasterio dare et dirigere debeam per omnem annum tres dies ante ipsa festivitate sancti sebastiani ipsius vestri monasterii. idest una libra de olibanum vonum et quinque libre de cera pesatum at libre iuste. asque omni atmaricatione. et non abeatis licentiam vos et posteris vestris memoratoque vestro monasterio a nuc et omnibus diebus vite meae mihi tollere memorata ecclesia vestra cum suis omnibus pertinentiis per nullum modum. facientes ego homnibus memoratis et peragentes qualiter superius legitur. et nec ego cuntis diebus vite meae vobis illa abrenutiare non debeamus per nullum modum. post autem meum transitum tunc memorata ecclesia vestra cum suis omnibus pertinentiis rebertant vobis et in memorato vestro monasterio cum quantum mihi per inventaneum atisignaberitis. sicuti et quomodo continet alia simile chartula que vos mihi exinde fecistis. Quia ita nobis stetit. Si autem et in aliquod offensi fuerimus per quembis modum. aut summissas personas tunc compono ego vobis auri solidos viginti bythianteos. et hec chartula ordinationis ut super legitur sit firma scripta per manus petri curialis quem scribere rogatus per indictione memorata prima †

† iohannes presbyter subscripsi †

Digitized by Google

† Ego petrus filius domini stefani testi subscripsi †
† ego petrus filius domini stefani testi subscripsi †
† ego iohannes filius domini sergii testi subscripsi †
† Ego petrus curialis complevi et absolvi per indictione memorata prima †

CCCCLXIII.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro alexio magno Imperatore anno duodecimo. sed et iohannes porfilogenito magno Imperatore eius filio anno primo. die sexta mensis martii indictione prima neapoli : Visus itaque fuit bitaliano filio quondam petri. comparare per chartulam comparationis vestra in die vicesima mensis octobrii. de indictione prima. in auri solidos quadraginta de amalfi ana quattuor tari per solidos. da stephano qui nominatur cintruto filio quondam domini iohannis qui iterum cintruto bocabatur. et da iohanne pictulo filio quidem petri cintruto qui fuit filius memorato domini iohannis cintruto hoc est thio et nepote. set memorato stephano cum voluntate marenda coniugi sue. et memorato iohanne puerulo per absolutione gloriose potestatis domini sergii in dei nomine etminentissimus consul et dux atque domini gratia magister militum. et una mecum abendo abbocatorem domino petro pantaleo thio suo quem ipsa gloriosa potestas ad eum abbocatorem dedi pro ipsa sua parbitate. seu et consensum memorati genitori sui et cum voluntate maria genitrice sua. Idest integra petia de terra que vocatur campu da culuso positum vero in loco qui vocatur tertium. cum arvoribus et cum introitum suum omnibusque eis pertinentibus. pertinente ad eis per memorato iohanne cintruto genitori et abio illorum et at memorato iohanne cintruto genitori et abio illorum pertinuit per chartulam comparationis suam quem at nomen suo exinde fecit iohannes modiosolidos filio quondam domini stephani et quondam domina maria honesta femina iugalium personarum ipse autem cum voluntate anna coniugi sua. et at memorato iohanne modiosolidos exinde pertinuit una pars quod est quarta. et tres partes exinde ad eum pertinuit per chartulam commutationis sua que de ipse tres parte ad eum fecit domina maria honesta femina filia

An. 1093.

Digitized by Google

quondam domini gregorii de gurgite et quondam domina marenda honesta femina iugalium personarum. conius. domini sergii de lonti. quem vero ipsa chartula comparationis memorati iohannis cintruto cum ipsa chartula commutationis memorati iohannis modiosolidos que ipsa chartula comparationis reclarat et cum due chartule promissionis exinde continet tres. ipse stephano cintruto cum memorato iohanne nepoti suo ille remiserunt apud memorato vitaliano per ipsa chartula comparationis sua. coherente sivi de uno latere parte septemtrionis et da duobus capitibus parte horientis et hoccidentis terra monasterii sancti sebastiani. de alio latere parte meridiana terra congregationis sancti georgii catholice maioris. de qua venistis vos videlicet cunta congregationis monachorum monasterii sanctorum sergii et bachii qui nuc congregatum est in monasterio sanctorum theodori et sebastiani qui appellatur casapicta situm in viridiarium. et contrastis memorata petia de iamdicta terra que ipse bitalianum comparatum habuit per memorata chartula comparationis sua. at quidem sassone filio memorati bitaliani et at maraldo et iohanne et stephano et petro et gregorio et uterinis germanis filiis quondam iohannis qui fuit filius memorati bitaliani et altruda filia quondam petri qui fuit filius memorato vitaliani. hoc est thio et nepotes. dicendo pars vestra atbersus memorato thio et nepote ut non abuisset memorato bitaliano genitore et abio illorum comparare memorata petia de iamdicta terra. propter quod memorata petia de iamdicta terra pertinente memorati vestri monasterii. et in memorato vestro monasterio pertinet abere per chartula offertionis et per chartula comparationis que sunt in tumbo scripte. ideo vultis abere memorata petia de iamdicta terra pro memorato vestro monasterio. et pars memorati thio et nepotes dicebat ut memorata petia de iamdicta terra illorum esset. et at eis pertinet per memorato bitaliano genitori et abio illorum. unde multam altericartionem exinde inter vos abuistis et per iudicium de iudices publicos ipse sassi cum memoratis nepotibus suis posuerunt vobis in manum. nos videlicet iohannis qui nominatur de lonti et stephanum et landolfus et maria honesta femina et sergium uterinis germanis filiis memorati domini sergii de lonti nuc vero monacho et quedam memorata domina maria nuc vero monacha que estra monasterio esse videris iugalium personarum. pro standum nos exinde vobiscum at legem et pro defendendum nos ad eis illud per ipsa

Digitized by Google

chartula commutationis que at memorato iohanne modiosolidos fecit memorata domina maria honesta femina nuc vero monacha genitrice nostra. set nos memorati uterinis germanis cum voluntate memorata domina maria nuc vero monacha genitrice nostra. et ego memorata maria honesta femina cum voluntate domini iohannis birticillo viri mei. unde dicebat pars nostra atbersus vos quod memorata petia de iamdicta terra non est ipsa quod ipsa chartula offertionis cum memorate chartule comparationis declarat. unde multam altercationem exinde inter nos abuimus ante iudices publicos quem ibi supra ambas partes portabimus at iudicandum. et a parte nostra ibidem ostensa fuit memorata chartula comparationis memorati vitaliani genitori et abio illorum que ad eum fecit memorato stephano cintruto cum memorato iohanne nepoti suo. et memorata chartula comparationis memorati iohannis cintruto genitori et abio illorum que ad eum exinde fecit memorato iohanne modiosolidos. cum memorata chartula commutationis que at memorato iohanne modiosolidos fecit memorata domina maria genitrice nostra que in ipsa chartula comparationis memorati bitaliani declarate sunt. et declarabat ipsa chartula comparationis memorati vitaliani una petia de terra que vocatur campu de culuso posita vero in loco qui vocatur tertiu quod est foris flubeum. cum arvoribus et fructoras suas et cum introitum suum omnibusque eis pertinentibus. et per coherentiam declaraberunt esse memorata petia de iamdicta terra que ipse bitaliano genitori at abio illorum comparavit. ab uno latere terra ecclesie sancti georgii catholice maioris sicuti inter se terminis exfinat. de alio latere et de ambobus capitibus terra ecclesie sancti sebastiani sicuti in ipso latere fossatus exfinat. et dum illa ibidem ostensa et relecta fuisset. iterum dicebat pars vestra atbersus nos ut memorata petia de iamdicta terra quod ipsa chartula comparationis memorati bitaliani reclarat campo de culuso. non est campo de culuso set est campo de lucia. et a parte memorati vestri monasterii ibi ostense fuerunt quattuor chartule in tumbo scripte set una ex ipse chartule est comparationis quem appreensi stephanus filius quondam ursi: de integras duas petias de terra una que vocatur campu de lucia et alia que vocatur castaniolum positum vero at tertium. et in coherentia declarabat ipsa petia que vocatur campu de lucia abet ab uno latere et a duobus capitibus terra mona-

Digitized by Google

sterii sancti sebastiani. de alio latere terra congregationis ecclesie sancti georgii catholice maioris. alia ex ipse chartule est offertionis quam fecit iohannes comitis ripe filio memorati stephani comitis ripe at nominato christoforio venerabili igumeno monasterii sanctorum sergii et bachii de integra portione sua de casale qui vocatur in campo de lucia positum at tertium. alia ex ipse chartule est venditionis quem fecerunt petru comitis ripe et theodonanda honesta femina germanis filiis quondam venerabilis memorati domini stephani comitis ripe et quondam venerabilis domina maria honesta femina iugalium personarum. set ipse petru comitis ripe cum consensu theodonanda honesta femina coniugi sue. at nominato pachumio venerabili igumeno memorati monasterii sanctorum sergii et bachii qui nunc situm est at intus castro lucculano. de integras singulas portiones illorum de memoratum casale positum at tertium in campu de lucia. pertinente ad eis per memoratis genitoribus illorum. alia ex ipse chartule est venditionis quem fecit gregoria honesta femina filia memorati domini stephani comitis ripe et quondam memorata domina maria honesta femina iugalium personarum. relicta quondam domini stephani tribunum. at nominato memorato domino pachumio venerabili igumeno memorati monasterii sanctorum sergii et bachii qui tunc erat in memorato castro lucculano. de integra portione sua de memoratum casale positum at tertium in campu de lucia pertinente ad eam per memoratis genitoribus suis. et iterum a parte memorati vestri monasterii ibi ostensa fuit una chartula in tumbo scripta quam fecit memoratus stephanus at nominate memorate marie coniugi sue. de sexuncias de memorate ambe petie de iamdicta terra que ipse stephanus comparate abuit per memorata chartula comparationis sue et alie chartule qui declarabat memoratum campum. esse in campu de lucia. et dum ille ibidem ostense et relecte fuissent tribuerunt exinde inter nos oc iudicium ut non potuissemus nos defendere memorata petia de iamdicta terra at memorato sassi et at memoratis nepotibus suis. propter quod illa esset pertinente memorati vestri monasterii et in memorato vestro monasterio pertinet per memorate chartule. set memorato vestro monasterio abere memorata petia de iamdicta terra et nos retderemus vobis memorata chartula comparationis memorati vitaliani cum memorata chartula comparationis memorati iohannis

Digitized by Google

cintruto que ad eum exinde fecit memorato iohannne modiosolidos. eo quod memorata petia de iamdicta terra est in campu de lucia sic quomodo memorate chartule vestre declarat. et poneremus nos vobis chartula recitatiba ex ipsa petia de iamdicta terra. et quia impresentis recolsimus nos da memorato sassi filio memorati bitaliani et da memoratis nepotibus suis memorate ambe chartule comparationis cum memorata petia de iamdicta terra et retdidimus vobis ille. ita et nos memorati uterinis germanis per anc chartulam et pro eodem iudicio promictimus et firmamus vobis et per vos in memorato sancto et venerabili vestro monasterio. nos autem cum voluntate memorata domina maria nuc vero monacha genitrice nostra et ego memorata maria honesta femina cum voluntate memorati domini iohannis virticillo viri mei. quia numquam presummimus nos vel heredes nostris aut alia quabis persona in nostra vice. neque abeamus licentiam aliquando tempore vos aut posteris vestris memoratoque vestro monasterio querere aut contrare memorata petia de iamdicta terra per nullum modum nec per summissas personas a nunc et imperpetuis temporibus set illa in vestra vestrisque posteris memoratoque vestro monasterio sit potestate per omnem ordine et tenore sicuti per firmissima chartule vestre continet. asque omni contrarietate nostra et de nostris heredibus. et si quabis persona vos aut posteris vestris memoratoque vestro monasterio exinde at querendum venerit per nos aut per nostros heredes vel per memorata chartula commutationis que aput vos remisi que memorata domina maria genitrice nostra factam abuit at memorato iohanne modiosolidos que ipse iohanne modiosolidos datam abuit at memorato iohanne cintruto. tunc nos et heredes nostris vobis vestrisque posteris et at memorato vestro monasterio. exinde desuper tollere et tacitos facere debeamus asque omni data occansione. Quia ita inter nos exinde iudicatum est. Si autem aliter fecerimus de his omnibus memoratis ut super legitur per quobis modum aut summissas personas tunc componimus nos et heredes nostris vobis vestrisque posteris memoratoque vestro monasterio auri solidos ducentos bythianteos. et hec chartula promissionis recitatiba ut super legitur sit firma scripta per manus petri curialis quem scribere rogatus per indictione memorata prima † hoc signum † manus memorata persona quod ego qui memoratos pro eis subscripsi † et oc memorati sumus quia nos memorati uterinis

Digitized by Google

germanis per iudicium de ipse iudices publici retdidimus at memorato sassi et at memorati nepotibus suis in dupplum memoratos quadraginta solidos quod memorato vitaliano genitori et abio illorum dedi at memorato stephano cintruto et at memorato iohanne nepoti suo per memorata chartula comparationis. et sic recollisimus nos da eis memorata petia de iamdicta terra cum memorate chartule que simul superius vobis retdidimus sicut superius legitur.

† ego landolfus subscripsi †

† ego petrus filius domini iohannis testi subscripsi †

† ego petrus filius domini stefani testi subscripsi †

† ego iohannes filius domini sergii testi subscripsi †

† ego petrus curialis complevi et absolvi per indictione memorata prima †

Digitized by Google

CCCCLXIV.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro alexio magno Imperatore anno duodecimo. sed et iohannes porfilogenito magno Imperatore eius filio anno primo. die nona mensis aprelis indictione prima neapoli : Visi itaque fuistis vos videlicet cunta congregationis monachorum monasterii sanctorum sergii et bachii qui nunc congregatum est in monasterio sanctorum theodori et sebastiani qui appellatur casapicta situm in viridiarium. querere nos videlicet sassone filio quondam bitaliani. et maraldo et iohanne et stephano et petro et gregorio et landolfo et marino uterinis germanis filiis quondam iohannis qui fuit filius memorati bitaliani hoc est thio et nepotes. set nos memorati uterinis germanis filiis memorati iohannis. cum voluntate maria genitrice nostra. et per absolutione gloriose potestatis domini sergii in dei nomine etminentissimi consul et dux atque domini gratiam magister militum et imperiali protobasto. et una nobiscum abendo abbocatorem dominus iohannes cacapice cui nos et memorato sassone thio nostro fui defisi et de heredes quondam domini cesarii cacapice qui fuit uterino germano suo. summus filiis quondam bernardi cacapice. quem ipsa gloriosa potestas nobis abbocatorem dedi propter quod nos non summus in legitima etate. simul et nos memorato thio et nepotes pro vice nostra et pro vice aberanda nepoti et exadelfa germana nostra filia quondam petri qui fuit uterino germano et thio nostro et fuit filius memorati bitaliani genitori et abio nostro. de integra petia de terra que nominatur campum de culuso que memorato bitaliano genitori et abio nostro comparatam abuit per chartulam comparationis sua. in die vicesima mensis hoctobrii. de indictione prima in auri solidos quadraginta de tari de amalfi ana quattuor tari per solidos. da stephano qui nominatur cintruto filio qoondam iohannes qui iterum cintruto bocabatur. et da iohanne puerulo filio quidem petri cintruto qui fuit filius memorati iohannis cintruto hoc est thium et nepote. set memorato stephano cintruto cum voluntate marenda coniugi sue. et memorato iohanne puerulo per absolutione gloriose potestatis domini sergii in dei nomine etminentissimi consul et dux atque domini gratiam magister militum. et una secum abendo abbo-

An. 1093.

Digitized by Google

catorem petro pantaleo thio suo. quem ipsa gloriosa potestas ad eum abbocatorem dedi pro sua parbitate. seu et cum consensum memorati genitori sui et cum voluntate maria genitrice sua. posita vero in loco qui nominatur tertium. cum arvoribus et fructoras suas et cum introitum suum omnibusque eis pertinentibus. pertinente ad eis per memorato iohanne cintruto genitori et abio illorum. et at memorato iohanne cintruto genitori et abio illorum pertinuit per chartula comparationis sua que at nomine suo exinde fecit iohannes modiosolidos filio quondam domini stephani et quondam domina maria honesta femina iugalium personarum. ipse autem cum voluntate anna coniugi sue et at memorato iohanne modiosolidos exinde pertinuit una pars quod est quarta. et tres partes exinde ad eum pertinuit per chartula commutationis sua. que de ipse tres partes ad eum exinde fecit domina maria honesta femina filia quondam domini gregorii de gurgite et quondam marenda honesta femina iugalium personarum. conius domini sergii de lonti. quem vero ipsa chartula comparationis memorati iohannis cintruto cum ipsa chartula commutationis memorati iohannis modiosolidos que ipsa chartula comparationis declarat et cum due chartule promissionis exinde continentes. ipse stephano cintruto cum memorato iohanne nepoti suo ille remiserunt apud memorato bitaliano genitori et abio nostro per ipsa chartula comparationis sua. coherente sivi de uno latere parte septemtrionis et da duobus capitibus parte horientis et occidentis terra memorati vestri monasterii. de alio latere parte meridiana terra congregationis sancti georgii catholice maioris. dicendo pars vestra atbersus nos ut non baluisset memorato bitaliano genitori et abio nostro comparare memorata petia de iamdicta terra propter quod memorata petia de iamdicta terra sicud superius per memorata coherentiam exegregavimus esset de memorato vestro monasterio et in memorato vestro monasterio pertinet abere per chartula offertionis et per chartula comparationis que sunt in tumbo scripte et est ipsa petia de iamdicta terra in campo de lucia sic quomodo ipse chartule vestre declarat. et pars nostra dicebat quod memorata petia de iamdicta terra nobis pertinet abere per memorato bitaliano genitori et abio nostro et ipse genitori et abio nostro illa comparavi per memorata chartula comparationis sua. unde multam altercationem exinde inter nos abuimus et per iudicium de iudices publicos nos memorato thio et nepotes posuibimus vobis in manum. quidem

Digitized by Google

domini iohannis de lonti et domino stephano et domino landolfo et domina maria honesta femina et domino sergio uterinis germanis filiis memorati domini sergii de lonti nuc vero monacho et quedam domina maria nuc vero monacha que estra monasterium esse videtur iugalium personarum. pro standum ipsi exinde vobiscum at legem et pro defendendum ipsi nobis illud per ipsa chartula commutationis que at memorato iohanne modiosolidos fecit memorata domina maria nuc vero monacha genitrice illorum. unde iterum dicebat pars vestra atbersum eis ut nequaquam baluisset ipsi nobis defendere memorata petia de iamdicta terra eo quod ipsa petia de iamdicta terra pertinet abere in memorato vestro monasterio per ipsa chartula offertionis et per ipse chartule comparationis et esset ipsa petia de iamdicta terra in campo de lucia sic quomodo memorate chartule vestre declarat ideo bultis abere memorata petia de iamdicta terra pro memorato vestro monasterio. unde per iudicium de iudices publicos vos vicistis memorata petia de iamdicta terra at memorati uterinis germanis filiis memorati domini sergii de lonti nuc vero monacho per ipse chartule vestre. etiam et ipsi uterinis germanis filiis memorati domini sergii de lonti una cum voluntate memorata domina maria nuc vero monacha genitrice illorum. et memorata domina maria honesta femina cum volumtate domini iohannis birticillo viri sui retdiderunt nobis in dupplo ipsos quadraginta solidos que memorato bitaliano genitori et abio nostro dedit at memorate stephano cintruto et iamdicto iohanne nepoti suo quando da eis comparavi memorata petia de iamdicta terra. et nos retdidimus ad eis memorata petia de iamdicta terra cum memorate ambe chartule comparationis cum memorata chartula commutationis. et iterum ipsi uterinis germanis filiis memorati domini sergii de lonti nuc vero monacho. retdiderunt vobis et in memorato vestro monasterio memorata petia de iamdicta terra cum memorate tres chartule que simul nos ad eis retdidimus. et posuerunt ipsi vobis et in memorati vestro monasterio firmissima chartula promissionis recitatiba sicuti in omnibus ipsa firmissima chartula promissionis recitatiba continet. deinde et nos memorato thio et nepotes per memorata chartula promittimus et firmamus vobis et per vos in memorato vestro monasterio. nos autem pro vice nostra et pro vice memorata altruda nepoti et exadelfa germana nostra. quia numquam presummimus nos vel heredes nostris nec abeamus licentiam aliquando tempore vos. aut posteris

Digitized by Google

vestris memoratoque vestro monasterio querere de memorata petia de iamdicta terra que comparatam abuit memorato vitaliano genitori et abio nostro nec de memorate tres chartule que simul vobis retdiderunt memorati uterinis germanis filiis memorati domini sergii de lonti sicuti continet memorata firmissima chartula promissionis recitatiba. sicud superius per ipsa coherentiam exegregavimus per nullum modum nec per summissas personas a nuc et imperpetuis temporibus. et qui vos aut posteris vestris memoratoque vestro monasterio exinde at querendum venerit per nos aut per nostros heredes. tunc nos et heredes nostris vobis vestrisque posteris memoratoque vestro monasterio. eos exinde desuper tollere et tacitos facere debeamus asque omni data occansione. Quia ita nobis stetit. Si autem aliter fecerimus de his omnibus memoratis ut super legitur per quobis modum aut summissas personas tunc componimus nos et heredes nostris vobis vestrisque posteris memoratoque vestro monasterio auri solidos centum bythianteos. et hec chartula promissionis recitatiba ut super legitur sit firma scripta per manum petri curialis qui scribere rogatus per indictione memorata prima † hoc signum † manum memorata persona quod ego qui memoratos pro eis subscripsi † et oc memorati summus quia memorata altruda nepoti exadelfa germana nostra filia memorati petri qui fuit germano et thio nostro. est defisa memorati domini iohannis cacapice et de memorati heredes memorati domini cesarii cacapice uterino germano suo cui nos defisi summus.

† ego iohannes filius domini sergii per absolutione suprascripti ducis testi subscripsi †

† ego iohannes filius domini ursi iudex per absolutione suprascripti ducis testi subscripsi †

† ego petrus primarius per absolutione memorati ducis testis subscripsi †

† ego petrus curialis complevi et absolvi per indictione memorata prima †

Digitized by Google

CCCCLXV.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro alexio magno Imperatore anno duodecimo. sed et iohannes porfilogenito mágno Imperatore eius filio anno primo. die vicesima mensis aprelis indictione prima neapoli. Visi itaque fuistis vos videlicet cunta congregationis monachorum monasterii sanctorum sergii et bachii qui nunc congregatum est in monasterio sanctorum theodori et sebastiani qui appellatur casapicta situm in viridiariu. querere nos videlicet georgio clerico greco et nicola subdiacono greco uterinis germanis filiis quondam domini iohannis presbyteri greci. dispensatores et domninii ecclesie sancti iohannis que sita est in vico qui vocatur vico cluso regione furcillense de integra petiola de terra que est in campo de lucia. posita in loco qui vocatur tertium. una cum arvoribus et cum putenm aque vibe intus se et cum introitum suum omnibusque eis pertinentibus. coherente sibi de uno latere parte hoccidentis et de uno capite parte meridiana sunt terris pertinente memorati vestri monasterii. de alio latere parte horientis terra ecclesie sancti petri ex ipso loco tertium. sicuti inter se exfinat semita que intrat at memoratis terris pertinente memorati vestri monasterii. et at memorata petiola de iamdicta terra. de alio capite parte septemtrionis terra congregationis chartula sexta feria et stauritas plevis ecclesie sancti georgii catholice maioris. dicendo pars vestra atbersus nos quod memorata petiola de iamdicta terra sicud superius per memoratas coherentias exegregavimus esse de memorato vestro monasterio. ideo bultis abere illa pro memorato vestro monasterio. pars autem nostra atserebat quod memorata petiola de memorata terra nobis pertinet abere pro memorata ecclesia sancti iohannis. unde multam altercationem exinde inter nos abuimus ante iudices publicos quos ibi supra ambas partes portavimus at iudicandum. et a parte vestra ibidem ostense fuerunt due chartule. set una ex ipse chartule est in tumbo scripta. continente memorata terra memorati vestri monasterii. qui declarabat incoherentiam esse de uno latere parte meridiana terra congregationis sancti georgii. catholice maioris. de alio latere parte septemtrionis terra memorati vestri monasterii. alia una ex ipse chartule est exemplaria relebata de una chartula comparationis quam

An. 1093.

Digitized by Google

fecerunt sparanum umilem presbyterum et primicerium ipsius congregationis chartula sexta feria ipsius ecclesie sancti georgii catholice maioris quod est ecclesia seberiane. unam cum cunta congregationis sacerdotum memorate chartule. quamque et cunta stauritas plevis memorate ecclesie. at nomen iohannis filio quondam anastasii cui super nomen baculi. de duas clusurias in uno tenientiam. una cum arvoribus et cum palmentum fabritum quod ibi est. et cum introitas suas omnibusque eis pertinentibus. et nominatur et ponitur at campo de lucia. et per coherentiam declaraberunt esse de uno latere via publica ubi est silice publica. de alio latere terra memorati vestri monasterii sancti sebastiani. et dum ille ibidem ostense et relecte fuissent tribuerunt exinde inter nos oc iudicium ut vos et memorato vestro monasterio aberetis memorata petiola de memorata terra. nos autem poneremus vobis exinde chartula promissionis recitatiba ut amplius exinde causatio non fieret. ita et nos memorato georgio clerico greco et iamdicto nicola subdiacono greco uterinis germanis dispensatores et domninii memorate ecclesie sancti iohannis. per anc chartulam et per eodem iudicio promittimus et firmamus vobis quatenus vos et memorato vestro monasterio abere debeatis memorata petiola de iamdicta terra sicud superius per memoratam coherentiam exegregravimus. asque omni contrarietate nostra vel de posteris nostris memorataque ecclesia sancti iohannis. et non abeamus licentiam nos et posteris nostris memorataque ecclesia sancti iohannis aliquando tempore vos aut posteris vestris memoratoque vestro monasterio querere de memorata petiola de iamdicta terra per nullum modum nec per summissas personas a nuc et imperpetuis temporibus. et qui vos aut posteris vestris memoratoque vestro monasterio exinde at querendum venerit per nos aut per posteris nostris vel per memorata ecclesia sancti iohannis. tunc nos et posteris nostris memorataque ecclesia sancti iohannis vobis vestrisque posteris memoratoque vestro monasterio. eos exinde desuper tollere et tacitos facere debeamus asque omni data occansione. Quia ita inter nobis exinde iudicatum est. Si autem aliter fecerimus de his omnibus memoratis ut super legitur per quobis modum aut summissis personis tunc componimus nos et posteris nostris memorataque ecclesiâ sancti iohannis vobis vestrisque posteris memoratoque vestro monasterio auri solidos centum bythianteos. et hec chartula promissionis recitatiba ut super legitur sit fir-

Digitized by Google

ma scripta per manus petri curialis quem scribere rogatus per indictione memorata prima †

† Εγο γεοργηος κληρικός συβσκρηψηθ †

† Εγό νηκολαός συβδηακονῦσ συβσκρηψηθ †

† ego iohannes filius domini sergii testi subscripsi †

† ego iohannes filius domini iohannis testi subscripsi †

† ego petrus filius domini iohannis testis subscripsi †

† ego petrus curialis complevi et absolvi per indictione memorata prima †

CCCCLXVI.

† IN NOMINE SANCTE ET INDIVIDUE TRINITATIS ROGERIUS Divina favente clementia comes calabriae. ac sicilie. Notum sit omnibus christi. nostrisque fidelibus tam futuris. quam presentibus quoniam miseratio divina sancte religionis viros. Brunonem videlicet ac lanuinum cum sociis suis ad nos usque transmisit. sancto suo proposito aptum solitudinis locum querentes. Quorum nos desiderio congaudentes. meritisque talium ac precibus apud deum adiuvari confidentes. multis eos exhortati sumus precibus. ut in terra nostra locum sibi habilem eligerent. in quo ad serviendum deo. qualia vellent habitacula prepararent. Elegerunt itaque quendam solitudinis locum. situm inter locum qui dicitur arena. et opidum quod appellatur stilum. Hunc ergo locum et omnia undique in circuitu adiacencia. in spacium unius leuge. deo et beate mariae ac ipsis. eorumque successoribus in proprietatem sicut nostra fuerunt. sub omni immunitate atque libertate donavimus cum omnibus rebus. infra sitis. terris. silvis. aquis. pascuis. ac ceteris omnibus cultis. vel incultis. mobilibus vel immobilibus. Rogavimus insuper venerabilem virum militensem episcopum. Gofridum super hac donatione nostra confirmationis kartam cum scribere. quam etiam sigillavimus. Sed cum postea gratia commendandi nos ipsorum orationibus. supradictos visitassemus fratres. eorumque societatem gratias deo suscepissemus. predicte spacium leuge is in circuitu terminis distincte per nosmetipsos designavimus ac terminorum nomina

An. 1093.

Digitized by Google

in memoriam futuris conscribere iussimus. De parte orientis castellum. qui locus est in cacumine montis de stilo. Inde vadit per serram eiusdem montis usque ad mala reposta scilicet ad superiorem collem montis. et inde per magnam cavam que versa est ad occidentem usque ad pedem montis descendit. in qua aqua decurrit. et inde transit duos ruseletos et vallonem in directo usque ad iugum montis quod est apud occidentem sicut predicta cava respicit. et inde per iugum eiusdem montis usque brontismenon. et inde transit vallonem recte ad viam que venit de arena et vadit ad locum qui vocatur sancta crux. et inde indirecto usque super cacumen montis embacaht. et inde descendit per cavam sicut aqua decurrit per spatulam usque ad flumen enchinar. et inde ascendit illud flumen asque ad aliud flumen quod vocatur alba. et inde ascendit eundem flumen usque ad magnam cavam quam greci vocant bathinache. et sic ascendit per eandem cavam usque ad castellum unde incepimus. Hanc autem donationem nostram tam dominus noster apostolicus urbanus quam squillacensis episcopus theodorus. in cuius episcopatu ipse locus situs est. laudaverunt. privilegiis confirmaverunt. atque terribili anathemate munierunt. Quapropter precipiendo rogamus rogandoque precipimus ex parte dei omnipotentis. et beate mariae. quibus ipsum concessimus locum. et nostra. ut nullus aliquando cuiuscumque dignitatis sit. vel potestatis noster. aut extraneus. in toto predicto spacio quicquam magnum vel parvum sibi vindicet. nec nos ipsi. Nullus aliqua umquam occasione. vel causa fratribus ibidem deo servituris iniuriam aut molestiam irroget. vel ullam inquietudinem faciat. et illi neque homines eorum aliquam angariam aut servitium omnino faciant. Nulli nec nobis ipsis. aliquam ibi culturam facere. ullum animal pascere. ligna incidere. venari. vel piscari. aut quicquam omnino sine fratrum licentia liceat. sed in eorum potestate sit. quecumque intra predictum continentur spacium. iuxta voluntatem suam possidere. diponere. ordinare. et erogare. tanquam dei possessionem. et suam inmunem atque liberam. Quod siquis aliquando hanc nostram constitutionem in aliquo violare presumpserit. fratribus ibidem digne degentibus satisfaciat. quod si contempserit. principi terre qui fuerit. centum libras auri persolvat. ut igitur constitutio hec inviolabiliter. et omnino firma permaneat. concedente uxore nostra adelai comitissa. et filio nostro gofrido. in pre-

Digitized by Google

sentia bonorum hominum donationem istam fecimus et sigillo proprio signavimus. Insuper donavi mule cum filiis suis ad custodiendam silvam. Data in pratis squillatii. ubi tunc collecto morabamur exercitu. Anno ab incarnatione domini millesimo nonagesimo tertio. indictione prima. nonis maii;

† ROGORIUS COMES.
† Adelais comitissa.
† Goffredus filius comitis rogerii.
† Guillelmus de alta villa.
† Guillelmus culchebret.
† Rogerius culchebret.
† Bastardus.
† Iosbertus de luciaco.
† ROGERIUS prebyter de stilo.

Digitized by Google

CCCCLXVII.

An. 1093. † In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro alexio magno Imperatore anno tertiodecimo. sed et iohanne porfilogenito magno Imperatore eius filio anno secundo. die prima mensis septembrii indictione secunda neapoli. Dispositum factum a me gregorio qui nominatur inferno filio quondam domini iohanni. et quondam domina honesta femina iugalium personarum. de onnis mea hereditate seu substantias de intus et foris qualiter inferius iudicabero mobile et stabile permaneat in perpetuum. que dixi dispono primum omnium ut at meum transitum dent pro anima mea quidem iohanne et gregorio. et stephano. uterinis germanis filiis meis. et illorum heredibus idest auri solidos decem de tari ana quatuor tari per solidum voni de amalfi. per manus de quidem domino stephano qui nominatur morfisa. filio quondam domini atenolfi morfisa postmodum vero monachi. et de domino gregorio qui nominatur argonate filio quondam domini iohanni qui iterum argonate vocabat. et distribuant illos pro anima mea in oc ordine in primis si domino deo placuerit et ego at monasterium perrexero me monachum faciendum. tunc detur exinde ibidem in quantum prebiderint: at sancti meo penitentiali dentur exinde ta

reliquum vero quod exinde remanserint distribuant illud pro anima mea ubi ipsi melius prebiderint, nam si tunc qualibet dilatione fecerint memorati uterini germanis filiis meis vel illorum heredibus at dandum pro anima mea memoratos decem solidos qualiter superius legitur. *licentiam* et potestatem abeant ipsi mei distributores. et illorum heredibus vel persona illa. at cui istum meum dispositum in manus paruerit appreendere et venumdare ex ipsa omnis mea hereditate seu substantia de intus et foris ubi ad eos placuerit. tantum autem inquid unde memoratis decem solidos tollere baleant. et sinc distribuant illos pro anima mea. ut super disposui. et cuique eis illud vendiderint firmum et stabile permaneat in perpetuum. dispono ut at meum transitum. maneat liberi et absoluti quidem gemma et stephano uterini germanis naturali. et defisi mei. cum omnem illorum vestimenta et calciamenta. et da tunc qualiter se agere vel ubi ire et ambulare seu abitare voluerint in illorum sint potestate: et nul-

Digitized by Google

lam detinentiam abeant da heredibus meis pro quolibet tenore iugo serbitutis per nullum modum. set salba illorum libertate ipsi et illorum heredibus defisi esse debeant de memorati uterinis germanis filiis meis et de illorum propriis heredibus. de bera ubxore et viro dispono ut ipsi naturali mei uterini germani et defisi mei ut super legitur et illorum propriis heredibus abeant donata. idest integra dua modia de terra mea que vocatur positam in loco qui vocatur monte pausilipense et integra inferiora mea que est constituta subtus illa superiora qui dicitur cumminata de domu mea. posita vero intus anc civitatem neapolis in regione nilo. una cum integra curticella mea qui est ad ipsa inferiora in parte septemtrionis qualiter exiet ipsa curticella usque at platea publica que inde badit ab ipsa septemtrionale parte a foris ipsa curticella. una cum arvoribus et cum aspectibus suis et cum introitibus suis omnibusque ad ipsum que superius ad eis donabi. pertinentibus in ea videlicet ratione ut si quis ex ipsi ambi uterini germanis naturali et defisi mei aut eorum propriis filiis filiabus aut nepotes ipsorum. aliquod exinde at dare abuerint per quembis modum. tunc illut dare debeant inter se eorumque propriis heredibus in pretio. ut tunc illud fuerit appretiatum a christianissimis viris. et si inter se eorumque propriis heredibus illud emere noluerint pro eodem pretium tunc clara facta veritate a tunc illud dare debeant at memorati uterini germanis filiis meis et ad illorum propriis heredibus per pretium ut tunc illud fuerit appretiatum a christianissimis viris. et si ipsi iterum sibe toti vel ex parte illud emere noluerint per eodem pretium tunc clara facta veritate a tunc cui illud dare dare voluerint in illorum sint potestate tamen dispono ut non abeant licentiam memorati naturali et defisi mei. vel illorum heredibus. in ipsa inferiora que superius ad eis donabi ut super legitur. focum atcendere per nullum modum. set tantummodo licentiam et potestatem abeant ipsi et iilorum heredibus. focum atcendere in ipsa curticella que superius ad eis donabi ut super legitur. pro illorum utilitate ut iustum fuerit et si ipsi uterinis germanis filiis meis vel illorum heredibus super ipsa curte que superius iudicabi at ipsi naturali et defisi meis ut super legitur. voluerint edificare licentiam abeant et ipsa edificia que ibi desuper fecerint de ipsi uterini germanis filiis meis et de illorum propriis heredibus abendi sibi illum in legatione inter se eorumque pro-

Digitized by Google

priis heredibus qualiter inter eis inferius iudicabero de reliqua omni mea ereditate seu substantias de intus et foris. set illa inferiora que venerit facta ibidem ubi modo ipsa curticella est. et subtus ipsa edificia que ibidem desuper venerint facta. ut super legitur esse debeant de memorati ambi uterini germanis naturali mei et de illorum propriis heredibus. abendi iterum illum inter se eorumque propriis heredibus cum ipsi uterini germani filii meis et cum illorum propriis heredibus in ipsa legatione quommodo superius iudicabi de ipsa tota donatione mea de memorati naturali mei. ut super legitur. iterum dispono ut quando ipsi filii mei et illorum heredibus super ipsa curticella. edificaberint sibi ut super legitur tunc eis ibidem atiubare debeant ipsi naturali et defisi nostri sibe in illa superiora vel in illum tectum desuper se. ut iustum fnerit. reliqua vero omnis mea ereditate seu substantias de intus et foris hoc est domos et hortuas seu fundoras et terris mobile et inmobile rebus mobilium et inmobilium seseque mobentibus omnibusque eis pertinentibus et integrum omnem meum ospitatum fundatum et exfundatum. viborum et mortuorum. cum ipsorum fundoras et terris seu cespites vel omnes consuetudinarias censoras et regulis et responsaticas et angariis et dationibus et salutes atque scaballicationibus omnibusque eis pertinentibus. et omnibus ospitibus meis de intus et foris cum omnibus atiacentibus et pertinentibus eis. omnibusque eis pertinentibus. et omnes defisis et commenditis seu censitis meis de intus et foris cum omnibus eorum pertinentiis simul et omnes atcattatis meis de intus et foris cum omnibus eis pertinentibus. reliqua omnia et in omnibus undecumque. aut quommodocumque mihi obbenit et pertinet vel obbenire et pertinere debet aut pertinentes fuerit per quembis modum sibe per parentorum meorum aut per meum paratum et conquesitum vel per alium qualecumque modum. post meum transitum rebertant et fiant de memorato iohanne et de memorato gregorio. et de iamdicto stephano uterini germanis filii meis et de illorum propriis heredibus. et dividant sibi illud inter se eorumque propriis heredibus in tertia parte pereqnaliter. in eo etiam tenore ut si quis ex ipsi filii meis aut eorum propriis filiis filiabus anc nepotes ipsorum obierit infra et a te vel asque proprium heredem de bera ubxore et viro, tunc uni alterius inter se eorumque propriis heredibus exinde moriantur. si fuerit infra et a te gratis. si vero legitimus vel legitima mortuus vel mortua

Digitized by Google

fuerint. tunc dentur ipsi qui supra vixerint eorumque propriis heredibus pro eius anima medietate pretium de quod ipsa eius portio de ipsa reliqua omnia memorata appretiata fuerit a christianissimis viris. per manus cui ipse defunctus vel defuncta disposuerit. et si non disposuerit tunc illud constringantur et perficiantur pro eius anima per manus de persona illa. at cui istum meum dispositum in manus paruerit distribuendi illut pro sua. anima vel ubi ipse melius prebiderint: et si quis ex ipsi filii meis aut eorum propriis filiis filiabus anc nepotes ipsorum, aliquod de portione sua. de ipsa reliqua omnia memorata. at dare abuerint per quembis modum. tunc licentiam et potestatem abeant exinde dare usque ad ipsa medietate que superius pro eius anima superius ire dixi. inpotante sibi illud per ratiocineas in ipsum pretium quod pro eius anima superius ire dispos ui. set ipsum que exinde dederint inter se eorumque propriis heredibus illud dare debeant in pretio ut tunc illud fuerit appretiatum a christianissimis viris. et si inter se eorumque propriis heredibus illud emere noluerint pro eodem pretium clara facta veritate. a tunc cui illud dare voluerint in eius sint potestate usque ad ipsa medietate que superius pro eius anima ire constitui. cetera vero medietate fiat in eadem legatione rebertendi gratis. et si quod absit et de memorati finis meis aut de eorum propriis filiis filiabus anc nepotes ipsorum non fuerint nec remanserint proprium heredes qui illum hereditent ut super legitur tunc quantum ex ipsa reliqua omnia mea hapud eis remanserint badant pro mea et illorum animabus per manus de persona illa. at cui istum meum dispositum in manus paruerit distribuendi illud pro animabus nostris ubi ipsi melius prebiderint. de portionibus vero que de memoratis mobilibus ire dixi at memorati filii meis ut super legitur. facient et iudicent unusquis ex eis de ipsa sua portione exinde que voluerint. dispono ut in omnia et in omnibus memoratis ut super legitur. excepto in ipso solido que pro anima mea ire dixi ut super legitur. excepto in ipsa donatione que superius feci at memorati uterini germanis naturali mei ut super legitur. sit ibidem quidem anna honesta femina conius mea. cuntis diebus vite sue domna et dommina at regendum et gubernandum se et memorati filii nostris si ipsum lectum meum custodierit et alium virum non tullerit vel abuerit. et post suum transitum vel si ipsa. sibi alium virum tullerit perficiantur omnibus memoratis qualiter superius legitur. dispono ut

Digitized by Google

si quis ex ipsi uterinis germanis filiis nostris fecerint qualibet atmaricatione at memorata conius mea genitrice illorum. aeque iniustum clara facta veritate. tunc licentiam et potestatem abeat ipsa conius mea si ipsum lectum meum custodierit illum qui ex ipsi filii nostris illud facere presumserit dixeridare de ipsa omnia mea hereditate seu substantias de intus et foris. et ipsa portione de ipsum qui ea. atmaricaberit. in sua memorata conius mea genitrice sua sint potestate faciendi que volnerit si ipsa ipsum lectum meum custodierit ut super legitur. dispono ut si aliquod in veneficio abuero de rebus memorate neapolitane ecclesie post meum transitum sit ibidem retditum. abeat ipsa sancta neapolitana ecclesia pro lumminaria. aeque iniuria. auri tresmisse unum. Si quis autem de heredibus meis aut alia quabis persona quobis tempore contra unc meum dispositum ut super legitur venire presumserit et in qualecumque parte eum irritum vel bacuum facere quesierit per se aut per summissis personis tunc componat ipse et suos heredes at partem fidem serbantis ei eiusque heredes auri libras sex bythianteas. et unc meum dispositum ut super legitur. sit firmum scriptum per manus stephani curialis qui scribere rogatus per memorata secunda indictione † hoc signum † memorati gregorii qui nominatur inferno quod ego qui memoratos pro eum subscripsi †

† ego iohannis filius domini sergii testi subscripsi †

† ego iohannis filius domini iohannis testi subscripsi †

† ego iohannis filius domini ursi iudex testi subscripsi †

† ego stephanus curialis complevi et absolvi per memorata indictione †

Digitized by Google

CCCCLXVIII.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro alexio magno Imperatore anno tertio decimo. sed et iohannes porfilogenito magno Imperatore eius filio anno secundo. die tertia mensis nobembrii indictione secunda neapoli: Visi itaque fuistis vos videlicet cunta congregationis monachorum monasterii sanctorum sergii et bachii qui nuc congregatum est in monasterio sanctorum theodori et sebastiani qui appellatur casapicta situm in biridiarium. querere me videlicet petrum presbyterum qui nominatur causamala. custus vero ecclesie sancti petri christi apostoli que sita est in loco qui vocatur tertium. ego autem cum voluntate domini ademarii filio quondam domini bernardi de domina ademari. et de domino viro gaietano filio quidem domini marini gaietani et quondam domina drosu honesta femina que fuit filia domini gregorii de domino anthimo iugalium personarum. set memorato domino viro gaietano cum voluntate memorati domini gregorii de domino anthimo thio suo. hoc est thio et nepote domniniis de memorata ecclesia sancti petri. ipsi autem pro vicem illorum et pro vice de cuntos domninios ipsius ecclesie sancti petri. de fine qui est a parte meridie inter terra pertinente memorati vestri monasterii qui est in campo de lucia. posita vero in memorato loco tertium. set intus ipsa terra pertinet memorati vestri monasterii abet palmentum fabritum cum subscetorium suum proprium memorati vestri monasterii. seu et inter capite de terra pertinente memorate ecclesie sancti petri que ibi est coniunctum a parte septentrionis. posita ibi ipsum in campo de lucia. dicendo pars vestra atversus me ut ego prebaricassem memorata fine qui est inter memorata terra pertinente memorati vestri monasterii et inter capite de ipsa terra pertinente memorate ecclesie sancti petri et intrasset in parte meridie intus memorata terra pertinente memorati vestri monasterii. eo quod si fuissem ipsa finem inter ipsa terra pertinente memorati vestri monasterii et inter ipso capite de ipsa terra pertinente ipsius ecclesie sancti petri. quomodo exfinat ille terminum marmoreum fusco qui est fictum inter ipsa terra pertinente memorati vestri monasterii et inter capite ex ipsa terra pertinente ipsius ecclesie sancti petri. iusta illa sepe qui est inter memorata

An. 1093.

Digitized by Google

terra. et inter terra heredes quondam cesarii caucaberi. que ibi est a parte horientis. que fuit de heredes quondam domini iohannis comiti. et abinde quomodo exfinat ipse terminum marmoreum in parte hoccidentis. et pars mea dicebat ut sic essem ipsa finem inter ipsa terra pertinente memorati vestri monasterii ubi est memoratum palmentum cum iamdictum subscetorium suum proprium memorati vestri monasterii. et inter capite ex ipsa terra pertinente ipsius ecclesie sancti petri. si quomodo ab antea fuit. unde multam altercationem exinde inter nos abuimus ante iudices publicos qui ibi supra ambas partes portavimus at iudicandum. et a parte memorati vestri monasterii ibidem ostense fuerunt due chartule exemplarie relebate per usum istius civitatis de due chartule comparationis continente memorata terra ipsius ecclesie sancti petri. qui declarabat incoherentiam esse ad ipsa terra memorate ecclesie sancti petri. de uno capite parte meridiana esse terra monasterii sanctorum theodori et sebastiani. qui appellatur casapicta ut inter se finirem fossatus et terminis. et dum ille ibidem ostense et relecte fuissem. et talia ipse iudes ipsu terminum marmoreum fictum bidissent tribuit exinde inter nos oc iudicium ut omni tempore sit ipsa fine inter ipsa terra pertinente memorati vestri monasterii ubi est memoratum palmentum fabritum cum iamdictum subscetorium suum proprium memorati vestri monasterii. et inter ipso capite ex ipsa terra pertinente ipsius ecclesie sancti petri quomodo memoratum terminum marmoreum exfinat et si quomodo memoratum terminum monstrat in parte hoccidentis et taliter ponere vobis exinde chartula promissionis recitatiba ut amplius exinde causatio non fieret. Ita et ego memoratus petrus presbyter custus vero ipsius ecclesie sancti petri. ego autem cum voluntate memorati domini ademari et de iamdicto domino viro gaietano thio et nepote domniniis memorate ecclesie sancti petri. et memorato domino viro gaietano cum voluntate domini gregorii de domino anthimo abio suo. et ipsi pro vice illorum et pro vice de cuntos domninios ipsius ecclesie sancti petri. per anc chartulam et pro eodem iudicio promicto et atfirmo vobis quatenus omni tempore sit ipsa fine inter ipsa terra pertinente memorati vestri monasterii ubi est memoratum palmentum fabritum cum iamdictum subscetorium suum proprium memorati vestri monasterii. et inter ipso capite ex ipsa terra pertinente memorate ecclesie sancti petri si quomodo memoratum terminum marmoreum fusco exfinat. et sic:

Digitized by Google

quomodo memoratum terminum marmoreum monstrat in parte hoccidentis. asque omni contrarietatem mea et de posteris mei memorateque ecclesie sancti petri. et qui vos aut posteris vestris memoratoque vestro monasterio de memorata fine si quomodo memoratum terminum marmoreum fusco exfinat at querendum venerit per me aut per posteris mei memorateque ecclesie sancti petri. tunc ego et posteris mei memorateque ecclesie sancti petri. vobis vestrisque posteris memoratoque vestro monasterio eos exinde desuper tollere et tacitos facere debeamus asque omni data occansione. Quia ita inter nobis exinde iudicatum est. Si autem et in aliquid offensi fuerimus per quobis modum aut summissis personis tunc compono ego et posteris mei memorateque ecclesie sancti petri vobis vestrisque posteris memoratoque vestro monasterio auri solidos triginta bythiantees. et hec chartula promissionis recitatiba at super legitur sit firma scripta per manus petri curialis qui scribere rogatus per indictione memorata secunda † hoc signum † manus memorati thio et nepote qnod ego qui memoratos pro ei subscripsi †

† petrus presbyter subscripsi †

† ego gregorius filius domini petri testi subscripsi †

† ego iohannis filius domini ursi iudex testi subscripsi †

† ego gregorius scriniarius testi subscripsi †

† Ego petrus curialis complevi et absolvi per indictione memorata secunda †

Digitized by Google

CCCCLXIX.

An. 1093. † In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro alexio magno Imperatore anno tertio decimo. sed et iohannes porfilogenito magno Imperatore eius filio anno secundo: die vicesima mensis decembrii indictione secunda neapoli: Certum est me maraldo filio quondam iohannis de bitalianum et quedam maria iugalium personarum. A presenti die eo quod vos videlicet cunta congregatio monachorum monasterii sanctorum sergii et bachii qui nunc congregatum est in monasterio sanctorum theodori et sebastiani qui appellatur casapicta situm in biriarium mihi dedistis at detinendum seu lavorandum ego et heredes mei amodo et usque in venturos quattuor annos expleti. Idest integra una petia de terra pertinente memorati vestri monasterii. posita vero in loco qui vocatur tertium in campo de lucia una cum arvoribus et cum introituitum suum omnibusque eis pertinentibus. coherente sivi memorata petia de iamdicta terra pertinente memorati vestri monasterii que superius mihi dedistis at detinendum seu lavorandum ut super legitur. de uno latere parte septemtrionis terra congregationis ecclesie sancti georgii catholice maioris sicuti inter se terminis exfinat et abet in ipso latere de latitudine passus centum quattuor. de alio latere parte meridiana est alia petia de terra pertinente memorati vestri monasterii que in vestra reserbastis potestate et abet in ipso latere de longitudine passi centum quattuor. de uno capite parte horientis terra pertinente memorati vestri monasterii ubi est palmentum fabritum cum subscetorium suum et puteum aque vibe simul pertinente memorati vestri monasterii que iterum in vestra reserbastis potestate. et abet in ipso capite de latitudine passi triginta duos. de alio capite parte hoccidentis via publica et abet in ipso capite de latitudine passi viginta octo. memorati vero passi mensurati sunt at passum ferreum sancte neapolitane ecclesie. in ea videlicet ratione quatenus memorata petia de iamdicta terra pertinente memorati vestri monasterii que superius mihi dedistis at lavorandum sicud superius per memoratam coherentiam et per memorata mensura de memorati passi exegregavimus ut super legitur. in mea meisque heredibus sit potestate tenendi et dominandi seu lavorandi amodo et usque in memoratum

Digitized by Google

constitutum iamdicti quattuor anni expleti ut super legitur cum vobes et conciaturias et operaries subta vel omnia expensa. cucumminas et vites seu fructoras omni annuo apto tempore ibidem ponere et plantare debeamus ubi meruerit et ut iustum fuerit. et de nostra semente illud seminare debeamus et ipsum seminatum per tempore tiappare et cultare et metere et escuniare debeamus at nostrum expendium. alium omnia et in omnibus quecque ibidem per annum necessum fuerit. et indiguerit ego et heredes mei illud facere et peragere debeamus at nostrum expendium. et si ibi hortum facere et abere voluerimus licentiam abeamus. et de ipsa petia de iamdicta curam et vigilantiam abere debeamus quomodo iustum fuerit. et omnia quodcumque de inferius in quolibet seminatum ibidem dominus deus dederint ad area inter nos illud dividere debeamus per medietate. unde vos et posteris vestris memoratoque vestro monasterio tollere debeatis medietate et ego et heredes mei exinde tollere et abere debeamus alia medietate. set illa semente que ibi seminaberimus et illa tritaria de communi exinde exire debeas. et si ibi hortum abuerimus dividamus illud inter nobis per medietate. unde vos et posteris vestris memoratoque vestro monasterio tollere debeatis medietate. et ego et heredes mei exinde tollere debeamus alia medietate. vinum vero mundum et saccocapanna quantum omni annuo ibidem dominus deus dederint at memoratum palmentum vestrum inter nobis dividere debeamus per medietate. unde vos et posteris vestris memoratoque vestro monasterio tollere debeatis medietate et ego et heredes mei exinde tollere debeamus alia medietate. set nos illut vindemiare debeamus at nostrum expendium. et quandoque illut metiderimus et etcuniaberimus et vindemiaberimus nos vobis enutrire debeamus una persona hominum que ibi supra at standum direxeritis quomodo iustum fuerit. fructoras vero que per tempore ibidem abuerit nos illa curam et colligere debeamus et inter nobis illa dividere debeamus per medietate pro eodem ordine ut super legitur. et non abeatis licentiam vos et posteris vestris memoratoque vestro monasterio amodo et usque in memoratum constitutum iamdicti quatuor anni expleti ut super legitur mihi meisque heredibus tollere memorata petia de iamdicta terra per nullum modum. vene vos illud lavorantes et arbustantes et omnia memorata adimplentes qualiter superius legitur. et vos et posteris vestris memoratoque vestro monasterio amodo et usque in memoratum constitutum

Digitized by Google

iamdicti quatuor anni expleti mihi meisque heredibus illud antestare et defendere debeatis ab omnis homines omnique personas. Complentes vero memoratum constitutum iamdicti quatuor anni expleti ut super legitur tunc memorata petia de iamdicta terra. rebertant vobis et in memorato vestro monasterio cuius iure est asque omni contrarietatem mea et de meis heredibus. et ipsa medietate vestra que vobis venerit de memoratum seminatum et de memoratum hortum que ibi abuerimus et de memoratum vinum mundum et saccapanna ut super legitur vos vobis inde illud trahere faciatis at vestrum expendium. et ipsa medietate vestra que vobis venerit de memoratas fructoras ego et heredes mei vobis inde atducere illa debeamus inter ipso vestro monasterio. sicuti et quomodo continet alia simile chartula que vos mihi exinde fecistis. Quia ita nobis stetit. si autem et in aliquid offensi fuerimus per quobis modum aut summissis personis tunc compono ego et heredes mei vobis et in memorato vestro monasterio auri solidos viginti bythianteos. et hec chartula lavorationis ut super legitur sit firma scripta per manus petri curialis quem scribere rogatus per indictione memorata secunda † hoc signum † manus memorati maraldi quod ego qui memoratos pro eum subscripsi † et hoc memorando atfirmo vobis ut tota illa palea que ibi fecerimus de illu bernoticum in vestra posterisque vestris memoratoque vestro monasterio sit potestate tollendi et faciendi que volueritis asque omni contrarietate mea et de meis heredibus. sicuti et quomodo continet ipsa alia simile chartula quam vos mihi exinde fecistis.

† ego petrus curialis testi subscripsi †

† ego iohannis filius domini ursi iudex testi subscripsi †

† ego gregorius filius domini petri testi subscripsi †

† ego petrus curialis complevi et absolvi per indictione memorata secunda †

Digitized by Google

CCCCLXX.

† IN NOMINE DOMINI NOSTRI IHESU CHRISTI ANNO AB INCARNATIONE EIUSDEM DOMINI NOSTRI IHESU CHRISTI MILLESIMO NONAGESIMO TERTIO INDITIONE PRIMA. An. 1093.

EGO GAUSFREDUS. de conversano. gratia dei comes. quoniam crebris titubacionibus mundanae fluctuationis allidor. ne navigationis meae in tot ebullientes procellas naufragium paciar. in portum supernae tranquillitatis ancoram meae navis oportet me collocare. Nam vox evangelica terribiliter omnes nos excitat dicens. quia nemo potest duobus dominis servire. aut unum odio habebit et alterum diliget. aut unum sustinebit et alterum contempnet. oportet nos deo magis servire quam mamonae. et oculos cordis ad sublimitatem divinae contemplationis erigere. Quia quicumque thesauris mundanae conversationis delectatur. aeternae securitatis tranquillitate privatur. His ammonicionibus aliquantulum excitatus. eternae epulationis aliqua grana. in orreum coeleste. in aeternum victurum vellem. procurare: Scilicet monasterium quoddam in statum monasticae religionis instruere. et cum hoc diu mecum ruminarem. congruum visum est. ut consilium coniugis meae. Et roberti filii mei admitterem. Et hoc aliquantulum nobiscum versantes. ut ecclesiam sanctae mariae montis pilosi ad hoc eligeremus elegimus. Quam scilicet ecclesiam sanctae mariae acherontinus archiepiscopus meo assensu ecclesie sancti laurentii de aversa. et abbati eiusdem congregationis in cellam concesserat. Et ego valde persistens in reperto consilio. abbatem eiusdem sancti laurentii de aversa adivi. declarans rem quam cogitaveram per ordinem. Multis ammonitionibus enm supplicans. ut de eadem ecclesia sanctae mariae montis pilosi cambium a me reciperet et voluntati meae ad hoc peragendum sollicitae non impediret: ad hoc ille abbas respondit. nisi consilio urbani papae romanae sedis. et assensu conventus sancti laurentii de aversa se non facturum. Quem ego rursus pernimium deprecatus sum ut eumdem papam et conventum sancti laurentii perquireret. et quid consilii inveniret mihi quamtocius notificaret. Qui strenue consultus. petitioni meae satisfaciens ad me reversus est. et privilegium eidem ecclesiae sanctae mariae. quod apud se habebat reddere fecit. At ego ecclesiam sancti nicholai

Digitized by Google

que sita est in monopolitana urbe. cum omnibus pertinenciis suis intus et foris. in mari et in terra. stabile scilicet et mobile. ecclesiae sancti laurentii de aversa concessi in cambium. ad faciendum omnes utilitates eiusdem ecclesiae sancti laurentii. et abbatis eiusdem. successorumque eius libere. In tali etiam libertate. ut neque ego. neque heredes mei. aliquam potestatem auferendi aliquid vel inquietandi in eadem ecclesia vel in rebus eius suprascriptis retineamus. Si vero aliquis temerario ausu. huius privilegii violator extiterit. auctoritate dei et sanctae mariae. et sanctorum canonum. sciat se innodatum vinculo excommunicationis. nisi semel. bis. aut ter. ammonitus. infra quadraginta dies humiliter ad emendationem venerit. Hoc ita stabilitum. et impressione sigilli mei roboratum. ecclesiae sancti laurentii de aversa. concedo ad habendum.

† ARNALDUS ACHERONTINUS ARCHIEPISCOPUS.

† Signum propriae manus mee qui supra Guafredus comes de conversano

† Signum propriae manus mee Robberti predicti. comitis filius.

† Signum propriae manus meae Rodulfus eiusdem dicti comitis filius

† Signum propriae manus meae cartulanus.

† Signum propriae manus meae Guillelmus Stratigota Rodulfi filius

Digitized by Google

CCCCLXXI.

† IN NOMINE DOMINI SALVATORIS NOSTRI IHESU CHRISTI DEI ETERNI: SECUNDUS RICHARDUS DIVINA ORDINANTE CLEMENTIA CAPUANORUM PRINCEPS: PETITIONE DILECTORUM SUORUM FIDELIUM CLEMENTER FAVET: An. 1093.

IGITUR fidelium nostrorum presentium ac futurorum noverit multitudo. Quoniam per interventum domini falconis Calvensis episcopi. et Iohannis de doheli aliorumque fidelium nostrorum. Damus. Tradimus. Concedimus. pro salute animarum principum. Iordani patris. et Richardi nostri avi. et ob statu nostri principatus. in aecclesia Sanctae dei genitricis et virginis MARIAE sita in castro matalonis. que est constructa a Virbaldo cappellanio nostro. una petia terrae. a quae vocatur campum landonis. et hos habet fines. Ab uno latere. est Sancti Benedicti terram ab alio latere. est terra iohannis glorie: et parentum suorum. ab uno capite est via publica quae vocatur strata. ab alio capite. est via publica qui vadit in matalone. Hec autem prescripta petia terre per prescriptas fines. et cum omnibus inferioribus ac superioribus suis. et cum viis in ea intrandi et exeundi. Damus. Tradimus. Concedimus et confirmamus per hunc nostrum principale scriptum in prephata aecclesia sanctae dei genitricis virginisque MARIAE. Ad possessionem prephate aecclesiae eiusque rectoribus atque custodibus ad habendum et possidendum faciendique exinde quicquid iuste ac legaliter facere debuerint. Remota omni contrarietate et molestatione principum successorum nostrorum vel viceprincipum Comitum vel vicecomitum. iudicum. Sculdahorum Castaldeorum aliorumque omnium mortalium hominum. Quod si quislibet hominum. magna seu parva persona. contra hoc scriptum agere presumpserit. vel in aliquo eius violator esse temptaverit. viginti libras auri purissimi persolvat. Medietatem nostro sacro palatio et medietatem prephate aecclesiae eiusque Rectoribus atque custodibus. solutaque pena librarum. hoc nostrum principale scriptum et haec nostra datio traditio. Concessio et confirmatio firma munita atque inviolabilis maneat in perpetuum. Et ut hoc firmius credatur,

Digitized by Google

et diligentius ab omnibus observetur. manu propria subscripsimus nostrique sigilli impressione iussimus insigniri.

SIGNUM DOMINI SECUNDI RICHARDI



GLORIOSISSIMI AC MAGNIFICI PRINCIPIS

Ex iussione prefate serenissime potestatis scripsi EGO QUIRIACUS IUDEX in anno dominice incarnationis. M. nonogesimo quarto. et quartodecimo anno principatus ipsius domini Richardi gloriosi principis. DATUM capua. nono Kalendas februarii per indictionem Secundam.

Digitized by Google

CCCCLXXII.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro alexio magno Imperatore anno tertio decimo. sed et iohannes porfilogenito magno Imperatore eius filio anno secundo. die septima decima mensis martii indictione secunda neapoli: Certum est me petrum presbyterum qui nominatur sapacci. custus vero ecclesie beatissimi ianuarii christi sacerdotes et martiris qui appellatur spoliamorte qui situs est intus anc civitatem neapolis inter duas vicoras unum qui nominatur trea fata qui et carrarium dicitur. et alium qui vocatur iudeorum regione porta sancti ianuarii. A presenti die eo quod vos videlicet cunta congregationis monachorum monasterii sanctorum sergii et bachi qui nuc congregatum est in monasterio sanctorum theodori et sebastiani qui appellatur casapicta situm in viridiarium. mihi dedistis at detinendum ego cuntis diebus vite mee. Idest integra portione et pertinentia vestra iuris memorati vestri monasterii. que in memorato vestro monasterio pertinet de memorata integra ecclesia sancti ianuarii. unam cum integra portione et pertinentia vestra memorati vestri monasterii que in memorato vestro monasterio pertinet. de omnibus domibus et abitationibus seu cellis ipsius ecclesie pertinentes. et de terris et de fundoras et de hortum ipsius ecclesie pertinentes. et de codicibus et ornamentis et de omnibus rebus et substantiis ipsius ecclesie pertinentes. omnibusque eis pertinentibus. in ea videlicet ratione quatenus memorata portione et pertinentia vestra memorati vestri monasterii que in memorato vestro monasterio pertinet de iamdicta integra ecclesia et de omnibus memoratis ex ea pertinentes. in mea cuntis diebus vite mee sit potestate tenendi. et dominandi seu frugiandi. fruendi et commedendi et de ipsas frugias faciendi que voluero. et si aliquod in memorata ecclesia a biris vel a mulieribus. offertum vel datum fuerit. si fuerit movile in mea sit potetestate per ratiocineas ex ipsa portione vestra ex ipsa ecclesia faciendi que voluero. si autem inmovile fuerit aut talis causa pro hornamentum de memorata ecclesia aut pretium vel codices. post meum transitum in memorata ecclesia remanere debeat. et quodcumque in memorata ecclesia vel in

An. 1094.

Digitized by Google

eius cellis et abitationibus cuntique domibus at conciandum vel edificandum abuerit ego illud conciare et edificare debeam quomodo meruerit et ut iustum fuerit per ratiocineas ex ipsa portione vestra de memorata ecclesia. at meum expendium. et de hereditatibus ipsius ecclesie pertinentes inbateam ego illas vene lavorare aut illas at lavorandum dandi asque scriptis. et non abeam licentiam ego cuntis diebus vite mee de aliquis pertinentiis ipsius ecclesie pertinentes. alicui vel ubique exinde dare aut largire per nullum modum excepto si aliquod exinde at lavorandum dedero asque scriptis. qui licentiam habeant. et si alium exinde fecero hacuum maneat et res et possessio ipsa rebertant in proprietate de memorata ecclesia cuius iure esse videtur. preter de memorata frugias que in mea sit potestate per raciocineas ex ipsa portione vestra de memorata ecclesia faciendi que velnero. Ita et ego cuntis diebus vite mee per ratiocineas ex ipsa portione vestra ex ipsa ecclesia. in memorata ecclesia die noctuque omnem officium sacerdotale facere et exibere debeam vel facere faciam. hoc est besperos et matutinos seu missarum sollemnia et oris laudibus et lumminariorum concinnationibus ut vona de me atcrescat oppinio coram deo et hominibus laus. tantummodo ego cuntis diebus vite mee vobis vestrisque posteris memoratoque vestro monasterio dare et dirigere debeam per omnem annum. oblatas paria quinque et pastillos viginti. per natibitas domini oblatas paria tres. et per sanctum pasca oblatas paria dua. et per iobi die sanctum pastillos viginti. simul asque omni amaricatione. et non abeatis licentiam vos et posteris vestris memoratoque vestro monasterio a nec et omnibus diebus vite mee mihi tollere memorata portione vestra memoreti vestri monasterii que in memorato vestro monasterio pertinet de memorata ecclesia et de suis omnibus pertinentiis per nullum modum. facientes ego hommibus memoratis et peragentes qualiter superius legitur. et vos et posteris vestris memoratoque vestro monasterio mihi vite mee illud antestare et defendere debeatis ab omnis homines omnique persona. post autem meum transitum. tunc memorata portione et pertinentia vestra memoreti vestri monasterii que in memorato vestro monasterio pertinet de memorata ecclesia et de suis omnibus pertinentiis. et cum quantum mihi per inventaneum atsignaberitis. rebertant vobis et in memorato vestro monasterio cuius iure esse videtur.

Digitized by Google

sicuti et quomodo continet alia simile chartula. que vos mihi exinde fecistis. Quia ita nobis stetit. Si autem et in aliquid offensi fuerimus per quobis modum aut summissis personis tunc compono ego vobis auri solidos viginti bythianteos. et hec chartula ordinationis ut super legitur sit firma scripta per manus petri curialis qui scribere rogatus per indictione memorata secunda †

† ego petrus presbyter subcrispi †

† ego iohannes filius domini sergii testi subscripsi †

† ego petrus curialis testi subscripsi †

† ego iohannes filius domini sergii testi subscripsi †

† ego petrus curialis complevi et absolvi per indictione memorata secunda †

Digitized by Google

CCCCLXXIII.

An. 1094. † Nos secundus Richardus divina ordinante clementia Capuanorum princeps. interventu ionathe patrui nostri. et Robberti comitis. aliorumque baronum nostrorum. Concedimus alfaranae viduae quae fuit uxor Robberti de sancto ebremundo. dari. vel concedi ab ea monasterio Sancti laurentii. sito prope muros aversae urbis. dotarium suum pro anima sua. virique sui. quod dotarium. cognominatur canpicari. quemadmodum ipsa habuerat. quod est in territorio Suessae. Remota omni contrarietate et molestia principum successorum nostrorum. aliorumque omnium mortalium. Quod si quis huius nostre concessionis. et confirmationis violator esse temptaverit. Quinquaginta libras auri purissimi persolvat. Medietatem nostro sacro palatio et medietatem prephato monasterio. Solutaque pena librarum. haec nostra concessio firma munita atque inconcussa. in perpetuum teneatur. Et ut hoc firmius credatur et diligentius ab omnibus observetur. manu propria nostra subscripsimus et nostri sigilli inpressione iussimus insigniri.



Ex iussione prephatae serenissimae potestatis. Scripsi EGO QUIRIACUS IUDEX. in anno dominicae incarnationis. M. nonogesimo quarto. et quartodecimo anno principatus ipsius domini. Richardi gloriosi principis. DATUM AVERSA. Mense. apreli. per indictionem Secundam.

Digitized by Google

CCCCLXXIV.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro alexio magno Imperatore anno tertio decimo. sed et iohanne porfirogenito eius filio magno Imperatore anno secundo. die tertia decima mensis magii indictione secunda neapoli: Certum est me drosu honesta femina et maria uterinas germanas filias quondam domini iohannis boccaboccia et iohanne filium quondam domini petri rufi. oc est thias et nepotes. set ego memorata drosu honesta femina cum voluntate domini sergii qui nominatur cicari viri mei. et ego memorata maria honesta femina cum voluntate domini petro. qui nominatur atopaco viri mei pro vice meam et pro vice de omnes heredes memorati genitori mei. A presenti die promtissima voluntate promittimus tibi domino petro presbytero filio quondam domini stephani presbyteri de sanctum sossius. hoc est de integra portione et pertinentias nostras de integra ecclesia communi nostra et de aliis consortibus nostris bocabulo sancti iohannis qui nominatur in curte qui situ esse videtur in regione porta nobensi. de quantum et quomodo nobis ex inde pertinentem aut pertinentes fuerit per quobis modum. una cum integra portione et pertinentias nostras de domibus et de cellis et de abitationibus et de omnibus rebus et substantiis ipsius dicte ecclesie pertinentes: aut pertinentes fuerit per quobis modum. hubi domino bolente nos te ibidem custode confirmavimus et ordinavimus a nunc et omnibus diebus vite tue. in eo enim tenore ut prenominata memorata integra portione et pertinentias nostras de memorata integra ecclesia et de omnibus memoratis exinde pertinentes. aut pertinentes fuerit per quobis modum omnibusque eis pertinentibus ut super legitur in tua omnibus diebus vite tue sint potestatem tenendi dominandi seu frugiandi frugiendi et comedendi et de ipsa frugias faciendi que volueris. et si aliquid a biribus vel a mulieribus ibidem offertum vel datum fuerit. si fuerit movilem in tua siat potestate faciendi que voluerit. si autem inmovile fuerit aut talis causa pro hornamentum de memorata ecclesia. aut codices vel pretium post tuum obitum in eadem ecclesia illut remanere debeas. ita et tu cuntis diebus vite tue in eadem ecclesia die noctuque per ratiocineas pro ipsa portione et pertinentias no- An. 1094.

Digitized by Google

stras ibidem omnem officium sacerdotale facere et exivere debeas aut facere facias hoc est vesperos et matutinos seu missarum solemnias et oris laudibus et luminariorum concinnationes. sine hora celebrare et exivere debeatis ut aput deum omnipotentis vobis exinde mercis atcrescat et opinio coram deo et hominibus laus. et de ipsis rebus et substantiis exinde pertinentes homne cura et solicitudine exinde habere debeatis ut iustum fuerit. et si aliquod in memorata ecclesia aut in eius cellis seu habitationibus cunctisque domibus at conciandum abuerit tu illut conciare debeatis at omni tuo expendium per ratiocineas quomodo meruerit pro ipsa portione et pertinentias nostras at omni tuo expendium et tu per omni annuo tu totius vite tue nobis nostrisque heredibus dare et dirigere debeatis hoblatas parias tres hoc est per natibitate domini nostri ihesu christi parias duas et per sanctum pasche parium unum absque omni ammaricatione. et quandoque per festivitatem sancti sebastiani prandium fecerit tunc nos et heredibus nostris ibidem te ipsum prandium abere debeatis et si minime ipsum prandium fecistis tunc nobis dirigere debeatis ad domum nostra gallina una sine omni data occansione et per omni annuo in sanctum pasche nobis nostrisque heredibus dirigere debeatis obum benedictum et una petiola de caseum et quatuor uncias de lucanica sine omni ammaricatione et illa sepulturia propria nostra que abemus in memorata ecclesia in nostra illa reserbavimus potestatem et in nostris heredibus faciendi que voluerimus pro corpusculos ibidem sepeliendum sive maiore sive minore nullatenus presummimus nos et heredibus nostris nec abeamus licentiam memorata integra portione et pertinentias nostras de memorata integra ecclesia cum omnibus memoratis exinde pertinentibus aut pertinentes fuerit ut super legitur. et tibi totius vite tue illa tollere aut exinde iactare vel qualivet persona hominum super te ponere aut ordinare debeatis per nullum modum facientes et percomplentes tu totius vite tue nobis nostrisque heredibus. per omni annuo omnia memorata ut super legitur : post autem tuum obitum tunc memorata integra portione et pertinentias nostras de memorata integra ecclesia cum omnibus memoratis perinde pertinentes omnibusque eis pertinentibus ut super legitur et omnia memorata que nos tibi per inventaneum exegregavimus veniant in nostra et de nostris heredibus potestatem. cuius iure exere videtur faciendi que voluerimus. et dum

Digitized by Google

illa tenueritis nos et heredes nostris tibi totius vite tue illa defendere debeamus da omnibus hominibus omnique personis absque omni data occansione sicuti et quomodo continet alia chartula. ordinationis vestra que tu nobis exinde odie fecistis in omne decisione et deliveratione: Quia ita nobis vone voluntatis complacuit. Si autem aliter fecerimus aut minime adimpleverimus de his omnibus memoratis aut in aliquid offensi fuerimus per quobis modum aut summissas personas tunc compono tibi totius vite tue auri solidos viginti bythianteos. et ec chartula ordinationis ut super legitur sit firma scripta per manus petri curialis scribere rogatus per indictione memorata secunda † oc signum manus memoratas personas qui memoratas pro eis subscrispi †

† ego gregorius filius domini sergii testi subscripsi †

† ego stefanus filius domini sergii testi subscripsi †

† ego gregorius filius domini gregorii testi subscripsi †

† ego petrus curialis complevi et absolvi per indictione memorata secunda †

Digitized by Google

CCCCLXXV.

An. 1094.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro alexio magno Imperatore anno tertio decimo. sed et iohannes porfilogenito magno Imperatore eius filio anno secundo. die undecima mensis iunii indictione secunda neapoli: Certum est me iohannes qui vocatur piluso filio quondam stephani piluso. abitator de loco qui vocatur tertium. A presenti die eo quod vos videlicet cunta congregationis monachorum monasterii sanctorum sergii et bachii qui nuc congregatum est in monasterio sanctorum theodori et sebastiani qui vocatur casapicta situm in viridiarium. mihi dedisti at lavorandum et detinendum ego cuntis diebus vite mee. idest integras duas petias de terras vestras que sunt in uno coniunte pertinente memorati vestri monasterii que sunt posite in campu de lucia quod est in memorato loco tertium. una cum arboribus et cum palmentum fabritum et subscetorium suum qui intus una ex ipse petie de iamdicta terra vestra esse videtur. et cum introitibus suis. omnibusque eis pertinentibus. Coherente a dua ex ipse petie de iamdicta terra vestra de uno latere parte meridiana terra domini iohannis carbania. et abet ibi de longitudine passi septuaginta quinque. de alio latere parte septentrionis terra chartula congregationis ecclesie sancti georgii catholice maioris. et abet ibi de longitudine passi sexaginta nobem. seu et memorata alia petia de iamdicta terra vestra et abet ibi passi de longitudine sexaginta. de uno capite parte horientis terra leoni presbyteri defiso memorati vestri monasterii sicuti inter se terminis exfinat et abet ibi de latitudine passi undecim et a parte hoccidentis terra memorati domini iohannis carbania et abet ibi de latitudine passi septem. et a memorata alia petia de iamdicta terra vestra ubi est memoratum palmentum et iamdictum subscetorium suum. Coheret sivi de uno latere parte horientis terra ecclesia sanctè marie que vocatur de illi paracefali seu et terra monasterii sanctorum seberini et sossi ubi eorum venerabilia quiescunt corpora sicuti inter se sepis et fossatus exfinat. et abet ibi de longitudine passi sexaginta tres. deinde quomodo rebolvit in parte hoccidentis et badit iusta ex parte de terra memorati monasterii sanctorum seberini et sossi et iusta terra cesarii caccaberi. abet passi quadraginta. deinde quomodo

Digitized by Google

rebolvit in parte septentrionis et badit usque at terra ecclesie sancti petri ex ipso loco tertium abet passi viginti. et a parte hoccidentis memorata terra ipsius chartule congregationis ecclesie sancti georgii catholice maioris et abet ibi de longitudine passi quadraginta minus palmos duos. seu et terra vestra pertinente memorati vestri monasterii que in vestra reserbastis potestate., et abet ibi de longitudine passi viginti. deinde rebolvit in parte horientis et badit iusta ipsa terra vestra pertinente memorati vestri monasterii abet passi decem et palmi duos. deinde qualiter rebolvit in parte septentrionis et badit iusta ipsa terra vestra usque at terra ecclesie ipsius sancti georgii catholice maioris abet passi viginti. de uno capite parte meridiana memorata petia de iamdicta terra vestra et abet ibi de latitudine passi sexaginta. de alio capite parte septentrionis memorata terra vestra que in vestra reserbastis potestate et abet ibi de latitudine passi decem et palmi duos seu et terra ipsius ecclesie sancti petri sicuti inter se terminis quomodo badit in gabba exfinat et abet ibi de latitudine passi viginti duos. quamque et memorata terra memorati cesarii caccaberi. et memoratum ex parte de memorata terra memorati monasterii sanctorum seberini et sossi et abet ibi passi quadraginta. memorati vero passi mensurati sunt at passum ferreum sancte neapolitane ecclesie. in ea videlicet ratione quatenus memorate ambe petie de iamdicta terra vestra cum suis omnibus pertinentiis ut super legitur in mea cuntis diebus vite mee sit potestate tenendi et dominandi seu lavorandi cum vobes et conciaturias et operarios sumta vel omnia expensa. caucummmas et vites omni annuo apto tempore ibidem ponere et plantare debeam ubi meruerit et ut iustum fuerit. et de mea semente illud per tempore seminare debeam. et ipsum seminatum per tempore tiappare et recaltiare et sulcare et metere et escuniare debeam quomodo meruerit at meum expendium. et si hortum ibi facere et abere voluero. licentiam abeam. et super ipsu palmentum vestrum et iamdictum subscetorium suum tiburium facere et abere debeam at meum expendium. et de arvoribus et vites que ibi sunt et que ego ibi posuero. curam et vigilantiam abere debeam ut non faciant ibi qualecumque persona damnus per nullum modum. et illud per tempore putare et propaginare et conciare debeam quomodo meruerit at meum expendium. alium omnia et in omnibus queque ibidem per annum necessum fuerit. et indiguerit ego cuntis diebus vite mee illud facere et

Digitized by Google

peragere debeam at meum expendium. et omnia quodcumque de inferius in quolibet seminatum dominus deus dederint ad area inter nos illud dividere debeamus per medietate. unde vos et posteris vestris memoratoque vestro monasterio tollere debeatis medietate. et ego cuntis diebus vite mee exinde tollere debeam alia medietate. et nulla semente vobis querere non debeam per nullum modum. et illa palea de illu bernoticum que ibi abuero in vestra sit potestate tollendi et faciendi que volueritis. et ipsa medietate vestra que vobis venerit de ipsu seminatum cùm tota ipsa palea vos vobis inde illud trahere faciatis at vestrum expendium. et illa palea millarina in mea sit potestate faciendi que voluero. et quandoque illud metiaberimus et escuniaberimus vobis illud cognitum facere debeam pro veniendum. vel dirigendum ibi supra at standum. et ad ipsa persona que ibi supra at standum venerit ego ad eum manducare et vibere dare debeam quomodo iustum fuerit. et si folias per tempore ibi abuero. et omnia quantum in memoratum hortum abuero. dividamus illut inter nos per medietate vos medietate. et ego medietate. vinum vero mundum et saccapanna quantum omni annuo cuntis diebus vite mee ibidem dominus deus dederit. at memoratum palmentum vestrum inter nos dividere debeamus per medietate. unde vos et posteris vestris memoratoque vestro monasterio tollere debeatis medietate. et ego cuntis diebus vite mee exinde tollere debeam alia medietate: set ego illud vindemiare debeam et aqua ponere in ipsa vinaccia pro ipsa saccapanna faciendum at meum expendium. et donec illud vindemiabero ego vobis enutrire debeam duas personas hominum que ibi supra at standum direxeritis quomodo iustum fuerit. set memorata medietate vestra que vobis venerit de memoratum vinum mundum et saccapanna ut super legitur vos vobis inde illud traere faciatis at vestrum expendium. et non abeatis licentiam vos et posteris vestris memoratoque vestro monasterio a nuc et omnibus diebus vite mee mihi tollere memorate ambe petie de iamdicta terra vestra que superius midi dedistis at lavorandum per memoratas coherentias et per memorata mensura de iamdicti passi sicud superius legitur sive super vos illud lavorandi vel alicui at lavorandum dandi aut per alium qualecumque modum vene ego illud lavorantes et arbustantes de arvores et vites et curam et vigilantiam inde abendi. et omnia memorata adinplentes qualiter superius legitur. et vos et posteris vestris memoratoque vestro monasterio mihi vite mee illud an-

Digitized by Google

testare et defendere debeatis ab omnis homines omnique persona. post autem meum transitum tunc memorate ambe petie de iamdicta terra vestra cum suis omnibus pertinentiis. rebertant vobis et in memorato vestro monasterio cuius iure esse videtur. et cuique illud dare volueritis at lavorandum vestre sit potestate. sicuti et quomodo continet alia simile chartula que vos mihi exinde fecistis. Quia ita nobis stetit. Si autem et in aliquid offensi fuerimus per quobis modum aut summissis personis. tunc compono ego vobis auri solidos viginti bythianteos. et hec chartula lavorationis ut super legitur sit firma scripta per manus petri curialis qnem scribere rogatus per indictione memorata secunda † hoc signum manus memorati iohannis piluso quod ego qui memoratos pro eum subscripsi † et oc recordando firmamus ut de memoratas folias et de ipsum omnia que abuero in memoratum hortum vos et posteris vestris memoratoque vestro monasterio abere debeatis medietate et ego exinde çuntis diebus vite mee tollere et abere debeam alia medietate.

† Ego iohannes curialis testis subscripsi †

† Ego gregorius curialis testis subscripsi †

† ego sergius filius domini gregorii testi subscripsi †

† Ego petrus curialis complevi et absolvi per indictione memorata secunda †

Digitized by Google

CCCCLXXVI.

An. 1094. † In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro alexio magno Imperatore anno tertio decimo sed et iohanne porfilogenito magno Imperatore eius filio anno secundo. die nona mensis iulii indictione secunda neapoli: Certum est me iohannis qui nominatur de sacci filio quondam sacci qui fuit de salerno. et ego modo abitare videor in loco tertium. A presenti die eo quod vos videlicet cunta congregationis monachorum monasterii sanctorum sergii et bachii qui nuc congregatum est in monasterio sanctorum theodori et sebastiani qui appellatur casapicta situm in biriarium. mihi dedistis at lavorandum et detinendum ego cuntis diebus vite mee. idest integra una petia de terra pertinente memorati vestri monasterio. de integrum campu de terra pertinente memorati vestri monasterii. posita vero in campo qui nominatur de lucia quod est in ipso loco tertium. cum arvoribus et fructoras suas et cum introitum suum omnibusque eis pertinentibus. Coherente at memorata petia de iamdicta terra pertinente memorati vestri monasterii. de uno latere parte meridiana terra congregationis chartula ecclesie sancti georgii catholice maioris. sicuti inter se sepis exfinat. et abet in ipso latere de longitudine passi septuaginta septem. de alio latere parte septemtrionis est alia petia de terra pertinente memorati vestri monasterii que de memoratu campu ipsius vestri monasterii in vestra reserbastis potestate. et abet in ipso latere de longitudine passi septuaginta septem. de uno capite parte horientis est alia petia de terra pertinente memorati vestri monasterii que de memoratu campu ipsius vestri monasterii in vestra reserbastis potestate. et abet in ipso capite de latitudine passi viginti. de alio capite parte hoccidentis terra ipsius vestri monasterii que de memoratu campu ipsius vestri monasterii in vestra reserbastis potestate. et abet in ipso capite de latitudine passi decem et octo. memorati vero passi mensurati sunt at passum ferreum sancte neapolitane ecclesie. in ea videlicet ratione quatenus memorata petia de iamdicta terra pertinente memorati vestri monasterii que superius mihi dedistis at lavorandum de memoratu campu ipsius vestri monasterii. in mea cuntis diebus vite mee sit potestate tenendi et dominandi. seu lavorandi. cum vobes et con-

Digitized by Google

ciaturias et operarios sumta vel omnia expensa. caucumminas et vites seu fructoras omni annuo apto tempore ibidem ponere et plantare debeam ubi meruerit et ut iustum fuerit. et de mea semente illud seminare debeam. et ipsum seminatum per tempore tiappare et recaltiare et sulcare et metere et excuniare debeam at meum expendium. et de arvores et vites et fructoras que ibi sunt et que ego ibi posuero. curam et bigilantiam abere debeam quomodo meruerit ut nullus homo ibi damnus faciat per nullum modum. et ego ibi tiburium facere et abere debeam pro residendum ibi et curam abendi quomodo meruerit. alium omnia et in omnibus queque ibidem per annum necessum fuerit. et indiguerit ego illud facere et peragere debeam at meum expendium. et per tempore illud putare et propaginare et conciare debeam at meum expendium quomodo meruerit. et si hortum vel folias ibi abere voluero licentiam abeant. et omnia quodcumque ibidem de inferius in quolibet seminatum dominus deus dederit ad aream inter nos dividere illud debeamus per medietate: unde vos et posteris vestris memoratoque vestro monasterio tollere debeatis medietate. et ego cuntis diebus vite mee exinde tollere debeam alia medietate. et nulla semente vel cuniaturia vobis querere tollere non debeam per nullum modum. et illa palea de illu bernoticum in vestra sit potestate faciendi et tollendi que volueritis. et illa palea millarina in mea sit potestate tollendi et faciendi que voluero. et quandoque illud metidero ego et excuniavero. ego vobis illud cognitum facere debeam pro veniendum vel dirigendum ibi supra at standum. et ad ipsa persona que ibi supra at standum venerit. ego manducare et vibere dare debeam quomodo meruerit at meum expendium. et ipsa medietate vestra que vobis venerit de ipsum seminatum cum tota ipsa palea de ipsu bernoticum vos vobis illud inde atducere faciatis at vestrum expendium. et quantas folias vel omnia quantum abuero in memoratum hortum que ibi fecero dividamus inter nobis illud per medietate: unde vos et posteris vestris memoratoque vestro monasterio abere debeatis medietate. et ego exinde abere debeam alia medietate. vinum vero mundum et saccapanna quantum omni annuo ibidem dominus deus dederint. at palmentum inter nos dividere debeamus per medietate. unde vos et posteris vestris memoratoque vestro monasterio tollere debeatis medietate. et ego exinde tollere cuntis diebus vite mee alia medietate. set ego illud vindemiare debeam at meum expendium. et aqua ponere in

Digitized by Google

ipsa vinaccia pro faciendum ipsa saccapanna. et donec illud vindemiavero ego enutrire debeam duas personas hominum qui ibi supra at standum direxeritis ut iustum fuerit. set ipsa medietate vestra que vobis venerit de memoratum vinum mundum et saccapanna per annum vos vobis inde illud traere faciatis at vestrum expendium. et quantas fructoras pro tempore ibi abuerit ego curam et colligere debeam et inter nos illas dividere debeamus per medietate unde vos et posteris vestris memoratoque vestro monasterio tollere debeatis medietate. et ego tollere debeam alia medietate. set ipsa medietate vestra que vobis venerit ex ipsa fructoras ego vobis debeam atducere usque intus ipso vestro monasterio. et non abeatis licentiam vos et posteris vestris memoratoque vestro monasterio. a nuc et omnibus diebus vite mee mihi tollere memorata petia de iamdicta terra sive super vos illa lavorandi vel alicui at lavorandum dandi vel per alium quolibet modum. vene ego illa lavorantes et ponendi fructoras et arbores et vites. et curam et bigilantiam abendi. et omnia memorata adimplentes qualiter superius legitur. et vos et posteris vestris memoratoque vestro monasterio mihi vite mee illa antistare et defendere debeatis ab omnis homines omnique persona. post autem meum transitum. tunc memorata petia de iamdicta terra pertinente memorati monasterii vestri. rebertant vobis et in memorato vestro monasterio cuius iure esse videtur. post recollecta estate et vindemia inde que in ipso anno ibi abuero quando ego mortuus fuero. sicuti et quomodo continet alia simile chartula que vos mihi exinde fecistis. Quia ita nobis stetit. Si autem et in aliquid offensus fuero per quobis modum aut summissis personis tunc compono ego vobis et in memorato vestro monasterio auri solidos viginti bythianteos. et hec chartula lavorationis ut super legitur sit firma scripta per manus petri curialis qui scribere rogatus per indictione memorata secunda † hoc signum † memorati iohannis de sacci quod ego qui memoratos pro eum subscripsi †

† ego petrus filius domini stefani testi subscripsi †

† ego gregorius filius domini petri testi subscripsi †

† ego gregorius scriniarius testis subscripsi †

† Ego petrus curialis complevi et absolvi per indictione memorata secunda †

Digitized by Google

CCCCLXXVII.

† ROGERIUS APULIAE CALABRIAE SICILIAE DEI GRATIA DUX omnibus fidelibus christianis presentibus et futuris in domino salutem. Notum esse volumus fraternitati vestrae de duobus viris Brunone scilicet et Lanuino. qui sanctae religionis studio accensi. cum sociis suis in terram calabriae a galliarum partibus disponente deo venerunt. et meo ductu in terram quae predicta est locum qui eorum proposito conveniret quesierunt. Quem cum sibi idoneum penes me non invenissent. elegerunt manere inter locum qui dicitur harena et oppidum quod appellatur stilum. Locum autem illum ROGERIUS comes siciliae patruus meus et fidelis ipsorum precibus apud deum desiderans adiuvari. toto cordis affectu illis donavit. De comitatu enim ipsius per meam concessionem erat et a totius servitutis debito et ab omni angaria in perpetuum liberavit ita siquidem ut aliquis suorum vel extraneorum stratigotus. aut vicecomes. rusticus aut miles. servus aut liber. non sit. qui in eo loco pascuae. aut agricolturae. sive piscationis aut venationis. vel lignorum occasione aut ex quacumque causa servis dei molestiam seu iniuriam faciat. sed in eorum potestate sit omnino locus predictus. ut secundum quod voluerint possideant. ordinent. et disponant. Talem eius loci donationem et libertatis predictae concessionem. ego ROGERIUS dux laudo et corroboro. Et quoniam terra illa de meo ducatu est. ut nullam in perpetuum patiatur calumpniam modis omnibus contradico. Quod si quis contra sententiam quae data est. agere presumpserit. et nostrum violaverit preceptum. certissimum habeat. quia aut de cunctis finibus nostris in eternum exterminabitur. aut gladio meo sive successorum meorum ferietur. Ut omnia igitur superius concessa firma et illibata permaneant. hanc chartulam cuidam nostro clerico Rodulfo. Ego Rogerius dux. et uxor mea ADELA scribere precepimus. et sigillo nostro signavimus. anno dominicae incarnationis. m. nonag. IIII. indictione prima. An. 1094.

Digitized by Google

CCCCLXXVIII.

An. 1094. † Ego ROGERIUS calabriae comes et siciliae anno ab incarnatione domini. M. nonagesimo quarto. indictione prima: ad sanctam dedicationem sancti templi ad honorem dei. et sanctae Mariae virginis et sancti iohannis baptiste consecrati: veniam aliquorum meorum peccatorum promerendus: perrexi; Qua quidem deo dicata. et a panormitano archiepiscopo. et a melitensi. et tropiensi. neucastrensi atque cathanensi episcopo reverentissime consecrata: ego Rogerius calabriae comes et siciliae. pro dei amore. et animae meae remedio. et pro salute animae Roberti guiscardi fratris mei et gloriosissimi ducis apuliae et calabriae. et pro remedio animarum fratrum meorum. atque omnium parentum meorum. et uxorum mearum: predictae consecratae aecclesiae. et fratribus ibidem deo servientibus Domno videlicet Brunoni et domno lanuino et ceteris horum confratribus et horum omnium successoribus: dedi aecclesiam sanctae mariae de arsafia cum omnibus suis pertitinentiis ubicumque sint. ut aecclesia de heremo et predicti fratres in perpetuum illam quiete habeant. sine omni calumnia. sicut libere ac quiete ego illam tenui. omni remoto tremari et plathario. et horum omnibus remotis infestationibus. Insuper dedi predictae aecclesiae et fratribus duos pecorarios. unum qui moratur ad stilum cuius nomen arcudius. et frater: abbatis sancti georgii. Alterum qui manet in uno casale de geratio. qui vocatur costaniblat. Et ad stilum. X. villanos quorum haec sunt nomina. Basilius machedo cum fratre suo lentith. Basilius de comitu. Guithos. Georgius ardavastus. Theodorus frater eius. Elias Poliactos. Gregorios monachel. Nicolaus bugotias. Haec autem donaria: aecclesiae predictae de bosco et fratribus ibi deo servientibus. dedi adelaide coniuge mea consiliante et laudante et concedente. Iofrido filio meo. Predictis. V. episcopis. Iosberto de luciaco. Pagano de gorgis. Rogerio bonnello. Malgerio filio meo. fulcone cappellano meo qui haec scripsit. hoc autem datum: testimonio supterscriptorum testium. Si vero persona aliqua. filius meus aut aliquis heres hoc meum quassare temptaverit donum et privilegium: mihi vel posteris meis centum libras auri persolvat: et nisi ad condignam venerit satisfactionem

Digitized by Google

fratrum ibi deo servientium: perpetuae subiaceat dampnationi. Postquam vero factum: hoc privilegium: ego idem comes. R. poliactos quia monachus erat: de servicio predictorum fratrum removi donans illis pro eo galat cum filiis et suis hereditatibus in perpetuum.

CCCCLXXIX.

† IN NOMINE Dei Eterni et Salvatoris nostri Ihesu Christi. Anno ab incarnatione domini. M. Nonagesimo quarto Indictione prima. Cum Ego Rogerius Comes Calabrie et Sicilie. pro dei amore. et anime mee remedio. et pro salute anime Roberti Guiscardi fratris mei. gloriosissimi ducis Apulie et Calabrie et pro remedio animarum fratrum meorum. atque omnium parentum et uxorum mearum. vellem dedicari facere ad honorem dei. et beate Marie. et beati Iohannis baptiste. Ecclesiam de heremo. que sita est inter Arenam et Oppidum quod dicitur Stilum. super territorio dicti oppidi Stili per Venerabiles Sanctissimos Patres Panormitanum Archiepiscopum et Militensem Tropiensem. Neocastrensem. Catanensem. atque Squillacensem Episcopos. collaudantibus eisdem sanctissimis patribus. dedi beato patri Brunoni magistro eiusdem heremi sibi et Successoribus suis Monasterium Sancte Marie de Arsafia. cum omnibus pertinentiis suis ubicumque sint eximendo eamdem Ecclesiam seu Monasterium de Arsafia ab hodierno die in antea in perpetuum de omni temporali servitio et Turri ad que tenebatur oppido meo de Stilo ut Ecclesia de heremo et fratres in perpetuum illam quiete habeant sine omni calumpnia et temporali servitio omni remoto tremari et platario et horum omnibus remotis infestationibus. Hec autem donaria Ecclesie predicte de Bosco et fratribus ibi deo servientibus dotem dedi. Adelayda Coniuge mea consiliante et laudante et concedente Goffrido filio meo. Malgerio filio meo. quod Monasterium Arsafie Cappella mea erat exempta ab Episcopali Iurisdictione per Sacrosantam Romanam Ecclesiam quod constare feci predictis Archiepiscopo et Episcopis qui testes sunt huius donationis. Et testes sunt Iosbertus de luciano. Paganus de Gorgis. Rogerius bonellus. Fulco Cappellanus meus qui hec scripsit. Hec autem dedi testimonio suprascriptorum testium. Et hii termini et limites Sancte Marie de Arsafia. videlicet ab arbore quercus ubi

An. 1094.

Digitized by Google

est lapis intrinsecus que est inter duo Casalia que dicuntur de Sancto Andrea et per directum vadit ad Vallonem. et Inde ascendit ad viam magnam usque ad flumen Assy. et descendit flumen usque ad locum qui dicitur sylipa. et Inde accipit Vallonem et senterium grossum ad terram Cumerchy ubi est lapis rotundus cruciatus recte ad pyastrum et per eundem senterium ad Caput vallonis sylipe et inde declinat per vallem ad viam que descendit ad ferrullusa et ad Monasterium Arsafie et Inde per senterium ad Vivoneu et ferit ad serram de Monosillu. et declinat ad Vallonem qui dicitur Monosillu et descendit per eumdem vallonem per antiquum senterium usque ad vallonem de ferullusa. et inde per senterium ascendit ad serram et inde descendit ad flumen Matrimone et inde ascendit flumen. et colligit per senterium grossum ad locum qui dicitur fassi ad magnum vallonem et inde circuit per senterium per Caput Criste et circuit et descendit ad viam publicam et ad vallonem qui descendit ad flumen Matrimone et inde ascendit per iddem flumen et per Cristam vadit ad terram sancte Eufcmie et inde per senterium per magnam Cristam et descendit per Ecclesiam quam fieri fecit Rogerius bonellus et vadit per senterium ad pluppa. et inde ascendit per magnum vallonem et per pedem montis Muturaldu. et per Caput Collis maroni descendit et circuit flumen quod dicitur Stilitanus, et inde per iddem flumen ascendit per magnum Vallem et descendit ad arborem unde inceptum est cum duobus Casalibus interclusis scilicet de sancto Andrea et Roseti liberis et exemptis ab omni comunitate Casalium meorum de dicto Oppido stili. Item locum qui dicitur Apostoli cum duobus casalibus Vingi et Bumingi. Et hii termini eorum videlicet a monte qui dicitur pungi ubi erat guardia et vadit per medium duorum farnorum et descendit ad vallonem stravorathi et inde descendit ad magnum flumen per iddem flumen ad pedem montis qui dicitur melissara et inde vadit per vallonem et per tenera et ferit ad portam Episcopii et inde venit per caput collis ad platam et inde circuit per pedem magne Rocce ubi situm est oppidum ex superiori parte nemoris et tendit ad siccum vallonem qui descendit de tramontana et inde tendit ad sanctam Crucem que est in via publica. et inde vadit ad chartama et inde per caput mendari ascendit ad carburcha et inde vadit ad sitit et inde per serram usque ad montem sifachi et inde ascendit ad montem pugi unde inceptum est. Item Ecclesiam sancti fantini exemptam ab Episcopali Iurisdictione

Digitized by Google

Gyracii que ad eandem Ecclesiam Arsafie pertinet. que posita est in pertinentiis Agroncire in tenimento Gyracii cum omnibus rationibus et pertinentiis suis. que sic dividitur a Casali marmorum per viam puplicam. que descendit ad flumen. et vadit ad aquam sorelli. Et inde transit per sinorum qui dicitur Muy. et ascendit per vallem que dicitur mugalipu. et inde vadit usque ad cristam marmorum et inde descendit ad vallonem alium qui . dicitur *rusclona* per divisas *de mendilona* usque ad magnum flumen perthorati. deinde per ipsum flumen ascendit usque ad armum album. et ascendit in monte qui dicitur psilovuni. de quo monte girat et descendit per vallem de Castanea usque ad magnum lapidem vivum et rotundum qui est in flumine rubla et inde per ipsum flumen ad vallonem de thirinu et per ipsum vallonem ad terram rubram et descendit per vallem usque ad viam publicam dicti Casalis marmorum unde inceptum est. Item Casale Arunchi in pertinentiis Civitatis Squillacii cum omnibus rationibus et pertinentiis suis sicut tenere et habere eadem Ecclesia Arsafie consuevit. Hec omnia prenominata loca dono et concedo pro eadem Ecclesia in dotem domino patri Brunoni et successoribus eius cum omnibus rationibus aquarum decursibus molendinis. nemoribus et arboribus. cultis. et incultis Mineriis eris. et ferri et omnium metallorum pascuis. et omnibus Iuribus que Ego et Curia mea habere hactenus consuevit. Ita ut nemo ibi aliquid nisi dicta Ecclesia heremi habeat. sicut ex nunc ibi nemo aliquid iuris habuit nisi Ego. Item concedo eidem Ecclesie heremi in reliqua terra mea. usum liberum Mineriarum eris et ferri. et pascua libera in eadem terra mea. pro animalibus eiusdem Ecclesie atque Custodum nec non et eorum qui in dictis casalibus habitant. Concedo etiam ut dicta Ecclesia heremi commendatos habere possit in supradictis Casalibus et locis que eidem Ecclesie dedi. Nemo in supradictis locis suo vel meo nomine aut heredum vel successorum meorum. presumat ius aliquod prosequi val habere nec Ego sed omnia conserventur eidem Ecclesie solida et intacta. quia parvum est pro dei amore suis tribuere famulis qui michi multa prestitit larga manu. Si vero persona aliqua. filius meus aut aliquis heres seu successor. hoc meum quassaverit donum seu privilegium. michi vel posteris meis aut Ecclesie Romane Centum libras auri persolvat. nisi ad condignam venerit satisfactionem fratrum ibi deo servientium

Digitized by Google

et perpetue subiaceat dampnacioni. Hec autem acta sunt mense augusti dum regressus essem de expeditione quam feceram super Wuillelmum et ab obsidione Castreville. Et hoc meum privilegium ad perpetuam firmitatem iussi et mandavi ac feci mea pendenti bulla plumbea communiri.

CCCCLXXX.

An. 1094. † IN NOMINE DEI Eterni et Salvatoris nostri Ihesu Christi. Anno ab incarnatione domini Millesimo Nonagesimo quarto. Indictione secunda. Cum Ego Rogerius Comes Calabrie et sicilie. pro dei amore et anime mee remedio. et pro salute anime Robberti Guiscardi fratris mei gloriosissimi ducis Apulie et Calabrie. et pro remedio animarum fratrum meorum atque omnium parentum et uxorum mearum. vellem dedicari facere ad honorem dei et beate Marie et beati Iohannis baptiste. ecclesiam de heremo que sita est inter Arenam et oppidum quod dicitur Stilum. super territorio dicti oppidi stili per Venerabiles et sanctissimos patres. Panormitanum Archiepiscopum. et Militensem Tropensem Neocastrensem Cataniensem atque Squillacensem episcopos. collaudantibus eisdem sanctissimis patribus. dedi beato patri Brunoni magistro eiusdem heremi sibi et successoribus suis. Monasterium sancte Marie de Arsafia cum omnibus pertinentiis suis ubicumque sint. eximendo eandem ecclesiam seu Monasterium de Arsafia ab hodierno die in antea in perpetuum de omni temporali servitio et Turri ad que tenebatur oppido meo de stilo. ut ecclesia de heremo et fratres in perpetuum illam quiete habeant sine omni calumpnia. et sine temporali servitio. omni remoto tremari et placario. et omnibus remotis infestacionibus. Hec autem donaria ecclesie predicte de bosco. et fratribus ibi deo servientibus dotem dedi Adelayda coniuge mea consiliante et laudante. Et concedente Goffrido filio meo. Malgerio filio meo. quod Monasterium arsafie cappella mea erat exempta ab episcopali Iurisdictione per sacrosantam Romanam ecclesiam. quod constare feci predictis Archiepiscopo. et episcopis qui testes sunt huius donacionis. Et testes sunt Iosbertus de luciano. Paganus de gorgis. Rogerius bonellus. fulco cappellanus meus qui hec scripsit. Hec autem dedi testimonio

Digitized by Google

suprascriptorum testium. Et hii termini et limites sancte Marie de arsafia. Videlicet ab arbore quercus ubi est lapis intrinsecus. que est inter duo Casalia que dicuntur de Sancto Andrea., et per directum vadit ad vallonem. et Inde assendit ad viam magnam usque ad flumen assy. Et descendit flumen usque ad locum qui dicitur sylipa. Et inde accipit vallonem et senterium grossum. ad terram cumerchi ubi est lapis rotundus cruciatus recte ad pyastrum. Et per eundem senterium. ad caput vallonis sylipe. et inde declinat per Vallem ad viam que descendit ad ferullusa. et ad Monasterium Arsafie. Et inde per senterium ad Vivoneu. et ferit ad serram de monossillu. et declinat ad vallonem qui dicitur monossillu. et descendit per eundem Vallonem per antiquum senterium. usque ad vallonem de ferullusa. Et inde per senterium ascendit ad serram. et inde descendit ad flumen matrimone. et inde ascendit flumen et colligit senterium grossum ad locum qui dicitur fassi ad magnum Vallonem. et inde circuit per senterium per caput criste et circuit et descendit ad viam puplicam et ad vallonem qui descendit ad flumen matrimone et inde ascendit per iddem flumen et per cristam vadit ad terram sancte eufemie. et inde per senterium et per magnam cristam. et descendit per ecclesiam quam fieri fecit Rogerius bonellus. et vadit per senterium ad pluppa. Et inde ascendit per magnum vallonem et per pedem montis Maturaldu. et per caput collis maroni descendit et circuit flumen quod dicitur stilitanus. et inde per iddem flumen ascendit per magnam vallem. et descendit ad arborem unde inceptum est. Cum duobus Casalibus interclusis silicem de sancto Andrea et Roseti. liberis et exemptis ab omni comunitate Casalium meorum de dicto oppido stili. Item locus qui dicitur Apostoli cum duobus casalibus Bingi et Bubungi. similiter liberis et exemptis ab omni comunitate casalium meorum de dicto oppido meo stili. Et hii termini dicti loci Apostoli et hec sunt nomina eorum. Videlicet a scala titani que incipit a Calabri. et transit recte ad magnum castellum. et inde tendit ad strictum condo iohannis et ad fontem musi. et ad rupem albam et transit recte et pervenit ad porum de arethe. et vadit ad Monastirachi sancti Nicolai et ad aquas calidas. Et transit magnum flumen et exit ad locum qui dicitur finicas. et ascendit ad affantum et ad planum pomi. et transit ad veterem aream ad erivitheres. et vadit recte ad fontem ponciatu. et sic pergens magnam viam pervenit ad Scillastrum. et inde descendit ad

Digitized by Google

Vallonem magnum. et currit per ipsum vallonem. usque ad petracclam. Et inde saliens. claudit lachinam. sicque pertransit magnum flumen veniens per ripam fluminis usque ad pannarum. et inde per vallonem peristeronas. ascendit sursum ad tres aquas et ad veteres muros. et per dexteram catholichi. conscendit in cacumen ardui montis. et ita per pedem castelli. transendit ipsam arduam rupem. et inde tendit cristam cristam et transit usque ad supradictam scalam. et concluditur. Item ecclesiam sancti fantini. exemptam ab episcopali Iurisditione gyracii que ad eandem ecclesiam arsafie pertinet que posita est in pertinentiis motterie in tenimento gyracii. cum omnibus racionibus et pertinentiis suis. que sic dividitur. A Casali marmorum per viam puplicam que descendit in flumen et vadit ad aquam sorelli. et, inde transit per sinorum qui dicitur Muy et ascendit per Vallem que dicitur mugalipu. et inde vadit usque ad cristam marmorum. et inde descendit ad vallonem alium qui dicitur rusclona. per divisas de mandilona usque ad magnum flumen prothorau. deinde per ipsum flumen ascendit usque ad armum albam. et ascendit in montem qui dicitur psilovuni. de quo monte gyrat et descendit per vallem de castanea usque ad magnum lapidem vivum. et rotundum qui est in flumine rubla. et inde per ipsum flumen. ad vallonem de chirinu. et per ipsum vallonem ad terram rubram. et descendit per vallem usque ad viam puplicam dicti Casalis marmorum unde inceptum est. Item Casale arunchi in pertinentiis Civitatis Squillacii cum omnibus rationibus et pertinentiis suis. sicut tenere et habere eadem ecclesia arsafie consuevit. Hec autem omnia prenotata loca dono et concedo pro eadem ecclesia in dotem domino patri Brunoni et successoribus eius. cum omnibus rationibus. aquarum decursibus. Molendinis. Nemoribus et arboribus cultis et incultis. mineriis eris et ferri. et omnium metallorum. Pascuis. et omnibus Iuribus que Ego et Curia mea habere hactenus consuevit. Ita ut nemo ibi aliquid nisi dicta ecclesia heremi habeat. sicut ex nunc ibi nemo aliquid iuris habuit nisi Ego. Item concedo eidem ecclesie heremi in reliqua terra mea usum liberum mineriarum eris et ferri *et pascua* libera in eadem terra mea pro animalibus eiusdem ecclesie atque custodum. nec non et eorum qui in dictis Casalibus habitant. Concedo etiam ut dicta ecclesia heremi commendatos *habere possit* in supradictis Casalibus. et locis. que eidem ecclesie dedi. *Nemo* in supradictis locis suo vel meo nomine aut heredum vel successorum

Digitized by Google

meorum. presumat Ius *aliquod prosequi vel habere* nec Ego. Sed omnia conserventur eidem ecclesie solida et *intacta*. Quia parvum est pro dei amore suis tribuere famulis qui mihi multa prestitit *larga manu*. *Si vero* persona aliqua filius meus aut aliquis heres seu successor hoc meum quassaverit donum seu privilegium. michi vel posteris meis. aut Ecclesie Romane *centum libras auri* persolvat. nisi ad condignam venerit satisfactionem fratrum ibi deo serviencium et perpetue subiaceat dampnationi. Hec autem acta sunt mense augusti dum *regressus* essem de expeditione quam feceram super Guillelmum. et ab obsidione Castreville. Et hoc meum privilegium ad perpetuam firmitatem. Iussi et mandavi ac feci mea pendenti Bulla plumbea communiri.

† ROGERIUS COMES.

† Adelais Comitissa.

† Goffridus filius domini Comitis.

† Malgerius filius comitis Rogerii.

† Iosbertus de luciano.

† PAGANUS DE GORGIS.

† Rogerius Bonellus.

† Ego fulco domini Comitis Rogerii Cappellanus. de mandato eius hoc privilegium scripsi. et me subscripsi.

Digitized by Google

CCCCLXXXI.

An. 1094. † IN NOMINE SANCTE ET INDIVIDUE TRINITATIS PATRIS ET FILII ET SPIRITUS SANCTI. ANNO. M. XCIIII. AB INCARNATIONE DOMINI. INDICTIONE SECUNDA.

Notum sit presentibus et posteris fidelibus dei quod ego bernardus teanensis episcopus. Rogatus ab abbate Guarino. et a ceteris monachis in parrochia mea aecclesiae sancti laurentii de aversa dono et concedo aecclesias de minnano. aecclesiam videlicet sanctae mariae et sancti iohannis de strata francorum. et sancti leucii de altera strata. et aecclesiam sancti agapiti de monte. et ecclesiam sancti laurentii de vineis iuxta minnanum. per talem recognitionem quod aecclesiae sancti iohannis et sancti terentiani teanensis ipse predictus abbas guarinus sancti laurentii de aversa et successores eius vel monachi eiusdem aecclesiae in unoquoque anno donent decem libras olibani. quinque libras in festivitate sancti terentiani in kalendis septembris. et quinque libras in festivitate sancti iohannis evangelistae in nativitate domini. In ipsis vero praedictis aecclesiis de minnano taliter datis michi et successoribus meis hoc ius episcopale retineo. ordinationes videlicet et aecclesiarum earumdem consecrationes et presbyterorum sinodicas visitationes. Et si aliquis estraneus presbyter manens per monachos in eisdem ecclesiis si participaverit congregationum cum praesbiteris eiusdem castri quae ceteri solvunt episcopo ipse persolvat. Si vero abbas vel monachi sancti laurentii de aversa hanc predictam recognitionem solvere neglexerint vel noluerint. post factam proclamationem episcopus habeat licentiam recipiendi suas aecclesias donec satisfactionem habeat.

† Signum domini bernardi episcopi.
† Ego iohannes archipresbyter consensi.
† Ego leo presbyter subscripsi
† Ego grimoaldus praesbyter subscripsi.
† Ego petrus diaconus.
† Ego Iohannes diaconus
† EGO pandulfus diaconus.
† Ego sixtus diaconus
† Ego petrus subdiaconus

Digitized by Google

CCCCLXXXII.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro alexio magno Imperatore anno quarto decimo. sed et iohannis porfilogenito magno Imperatore eius filio anno tertio. die vicesima octaba mensis aprelis indictione tertia neapoli: Certum est nos cunta congregationem monachorum monasterii sanctorum sergii et bachii qui nunc congregatum est in monasterio sanctorum theodori et sebastiani qui appellatur casapicta situm in biridiarium. A presenti die dedimus tibi petro presbytero qui bocaris aurilio. at tenendum et dominandum seu officiandum et conciandum et frugiandum tu cunctis diebus vite tue. idest integra ecclesia nostra *pertinente* memorati nostri monasterii. bocabulo beatissimi euthimii que sita est intus anc civitatem neapoli in bico *qui vocatur sol et luna* qui et curusu dicitur. una cum omnibus domibus et abitationibus seu cellis ipsius ecclesie nostre sancti euthimii pertinentes. et cum terris et fundoras et hortos ipsius ecclesie nostre sancti euthimii pertinentes. et cum codicibus et ornamentis et cum omnibus rebus et substantiis atque possexionibus ipsius ecclesie nostre sancti euthimii pertinentes. omnibusque eis pertinentibus. In ea videlicet ratione quatenus memorata ecclesia nostra sancti euthimii cum suis omnibus pertinentiis. in tua cuntis diebus vite tue sit potestate tenendi et dominandi seu frugiandi. fruendi et commedendi et de ipsa frugias faciendi que volueris. et si aliquod in memorata ecclesia nostra sancti euthimii a biris vel a mulieribus hoffertum vel datum fuerit. si fuerit movilem in tua sit potestate faciendi que volueris. si autem inmovilem fuerit aut *talis* causa pro hornamentum de memorata ecclesia aut pretium vel codices. post tuum transitum in *memorata* ecclesia nostra remanere debeas. et amodo et usque in iam ventura resurrectione domini nostri ihesu christi qui proxima est veniente. tu conciare et fabricare debeas in memorata ecclesia nostra sancti euthimii. idest in expendium et conciatione ex ipsa fabrica. auri solidos decem de tari una quatuor tari per solidum voni de amalfi. schiente nos usque omni distratione et *usque omni ammaricatione et amodo et usque* in venturos quinque *anni expleti tu* ibi conciare et fabricare plus non debeas. An. 1095.

Digitized by Google

et da ipsi quinque anni *expleti* in antea tu cuntis diebus vite tue per omnem annum conciare et fabricare debeas in memorata ecclesia et in ipsis domibus in expendium et conciatione ex ipsa fabrica. ana auri tari octo voni de amalfi schiente nos asque omni distractione vel atmaricatione. et de hereditatibus ipsius ecclesie nostre sancti euthimii pertinentes. inbaneas tu illas vene lavorare aut illas at lavorandum dandi asque scriptis. et non abeas licentiam tu de aliquis pertinentiis ipsius ecclesie pertinentes alicui vel ubique exinde dare aut largire per nullum modum. excepto si exinde aliquod at lavorandum dederis asque scriptis qui licentiam habeant. et si alium exinde fecistis bacuum maneat et est et possexio ipsa gratis rebertat in proprietate de memorata ecclesia nostra cuius iure esse videtur. prout de memorata frugias que in tua sit potestate faciendi que volueris. ita et tu cuntis diebus vite tue in memorata ecclesia nostra sancti euthimii. die noctuque omnem officium sacerdotale facere et exibere debeas ad oram. hoc est besperos et matutinos seu missarum sollemnia et oris laudibus et luminariorum concinnationibus ut vona de te atcrescat. oppinio coram deo et hominibus laus. tantummodo cunctis diebus vite tue nobis nostrisque posteris et in memorato nostro monasterio dare et atducere debeas per omnem annum. octo dies ante illa festivitate ipsius nostri monasterii sancti sebastiani idest cera vona libre quinque et olibanum vonum sine pulbe libra una simul pesatum at libra iusta. asque omni atmaricatione vel distratione. et non abeamus licentiam nos et posteris nostris memoratoque nostro monasterio a nuc et omnibus diebus vite tue tibi tollere memorata ecclesia nostra sancti euthimii cum suis omnibus pertinentiis per nullum modum. facientes tu omnibus memoratis et peragentes qualiter superius legitur. et nec tu cuntis diebus vite tue nobis ipsa ecclesia nostra sancti euthimii abrenuntiare non debeas per nullum modum. post autem tuum transitum. tunc memorata ecclesia nostra sancti euthimii cum suis omnibus pertinentiis et cum quantum tibi per inventaneum atsignaberimus rebertant nobis nostrisque posteris et in memorato nostro monasterio cuius iure esse videtur. sicuti et quomodo continet alia simile chartula que tu nobis exinde fecistis. Quia ita nobis stetit. si autem aliter fecerimus de his omnibus memoratis ut superius legitur per quobis modum aut summissis personis tunc componimus tibi auri solidos

Digitized by Google

viginti bythianteos. et hec chartula ordinationis ut super legitur sit firma scripta per manus petri curialis qui scribere rogatus per indictione memorata tertia †

† εγο ηάκουος ηερευς και μοναχος υπεγραψα †

† εγο υιταλιος μοναχος υπεγραψα †

† εγο υαρθολομεος ιερευς και μοναχος υπεγραψα †

† ego petrus curialis testis subscripsi †

† ego iohannes filius domini stefani testi subscripsi †

† ego iohannes filius domini sergii testi subscripsi †

† Ego petrus curialis complevi et absolvi per indictione memorata tertia †

CCCCLXXXIII.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi. Imperante domino nostro alexio magno Imperatore anno quartodecimo sed et iohannes porfilogenito magno Imperatore eius filio anno tertio. die vicesima octaba mensis aprelis indictione tertia neapoli: Certum est me petrum presbyterum qui nominatur aurilio. A presenti die eo quod vos videlicet cunta congregationis monachorum monasterii sanctorum sergii et bachii qui nuc congregatum est in monasterio sanctorum theodori et sebastiani qui appellatur casapicta situm in viridiarium. mihi dedistis at tenendum et dominandum seu officiandum et conciandum et frugiandum cuntis diebus vite mee. idest integra ecclesia vestra pertinente eiusdem vestri monasterii bocabulo beatissimi euthimii. que sita est intus anc civitatem neapolis in vico qui vocatur sol et luna qui et curusu dicitur. unam cum omnibus domibus et abitationibus seu cellis ipsius ecclesie vestre sancti euthimii pertinentes. et cum terris et fundoras et hortis ipsius ecclesie vestre sancti euthimii pertinentes. et cum codicibus et hornamentis: et cum omnibus rebus et substantiis atque possexionibus ipsius ecclesie vestre sancti euthimii pertinentes omnibusque eis pertinentibus. in ea videlicet ratione quatenus memorata ecclesia vestra sancti euthimii cum suis omnibus pertinentiis in mea cuntis diebus vite mee sit potestate tenendi et dominandi seu frugiandi fruendi et comedendi et An. 1095.

Digitized by Google

de ipsa frugias faciendi que voluero. et si aliquod in memorata ecclesia vestra sancti euthimii a biris vel a mulieribus offertum vel datum fuerit. si fuerit movilem in mea sit potestate faciendi que voluero. si autem immovile fuerit aut talis causa pro ornamentum de memorata ecclesia aut pretium vel codices. post meum transitum in memorata ecclesia vestra remanere debeat et amodo et usque in ista ventura resurrectione domini nostri ihesu christi qui proxima est veniente ego conciare et fabricare debeam in memorata ecclesia vestra sancti euthimii. idest in expendium et conciatione ex ipsa fabrica. auri solidos decem de tari ana quatuor tari per solidos voni de amalfi schiente vos asque omni distrationem et asque omni atmaricationem. et amodo et usque in venturos quinque anni expleti ego ibi conciare et fabricare plus non debeam. et da ipsi quinque anni expleti in antea ego cuntis diebus vite mee per omnem annum conciare et fabricare debeam in memorata ecclesia et in ipsis domibus in expendium et conciationem ex ipsa fabrica. in auri tari octo voni de amalfi schiente vos asque omni distratione vel atmaricationem. et de hereditatibus ipsius ecclesie vestre sancti euthimii pertinentes inbaneam ego illas vene lavorare aut illas at lavorandum dandi asque scriptis. et non abeam licentiam ego de aliquis pertinentiis ipsius ecclesie pertinentes. alicui vel ubique exinde dare aut largire per nullum modum. excepto si exinde aliquod at lavorandum dedero asque scriptis que licentiam abeam et si alium exinde fecero bacuum maneat. et est et possexio ipsa gratis rebertant in proprietate de memorata ecclesia vestra cuius iure esse videtur. prout de memorata frugias que in mea sit potestate faciendi que voluero. ita et ego cuntis diebus vite mee in memorata ecclesia vestra sancti euthimii die noctuque omnem officium sacerdotale facere et exibere debeam had oram hoc est besperos et matutinos seu missarum sollemnia et oris laudibus et lumminariorum concinnationibus ut vona de me atcrescat oppinio coram deo et hominibus laus. tantumodo ego cuntis diebus vite mee vobis vestrisque posteris memoratoque vestro monasterio dare et dirigere debeam octo dies ante illa festivitate ipsius vestri monasterii sancti sebastiani per omnem annum. idest cera vona libre quinque et olibanum vonu sine pulbe libra una. simul pesatum at libra iusta: asque omni atmaricatione vel distratione. et non abeatis licentiam vos et posteris vestris memoratoque vestro monasterio a nuc et

Digitized by Google

omnibus diebus vite mee mihi tollere memorata ecclesia vestra sancti euthimii cum suis omnibus pertinentiis per nullum modum. facientes ego homnibus memoratis et peragentes qualiter superius legitur. et nec ego vobis cuntis diebus vite mee ipsa ecclesia vestra sancti euthimii abrenuntiare non debeat per nullum modum. post autem meum transitum. tunc memorata ecclesia vestra sancti euthimii cum suis omnibus pertinentiis. et cum quantum mihi per inventaneum atsignaberitis. rebertant vobis vestrisque posteris et in memorato vestro monasterio cuius iure esse videtur. sicuti et quomodo continet alia simile chartula que vòs mihi exinde fecistis. Quia ita nobis stetit. si autem aliter fecerimus de his omnibus memoratis ut super legitur per quobis modum aut summissis personis tunc compono ego vobis vestrisque posteris et in memorato vestro monasterio auri solidos viginti bythianteos. et hec chartula ordinationis ut super legitur sit firma scripta per manus petri curialis qui scribere rogatus per indictione memorata tertia †

† petrus presbyter subscripsi †

† ego petrus curialis testis subscripsi †

† ego iohannes filius domini stefani testi subscripsi †

† ego iohannes filius domini sergii testi subscripsi †

† Ego petrus curialis complevi et absolvi per indictione memorata tertia †

Digitized by Google

CCCCLXXXIV.

An. 1095. † In nomine domini nostri ihesu christi Anno Salutifere ab Incarnationis eiusdem Millesimo Nonagesimo quinto Regnante Sanctissimo adque piissimo domino Alesio Imperatore mense Iulii tertia Indictione. Quoniam Fratribus Venerabilibus locis manentibus et ibidem deo servientibus qui catholici sunt per omnia subvenire debent. Visum est nobis Godinus horiensis ecclesie Archiepiscopo una cum consensu fratrum nostrorum maiorum adque minorum tradere ecclesia Sancte dei genitricis semperque virginis marie qne est sita in loco qui dicitur grana. et ecclesia sancti petri apostoli que est in loco blandi et ecclesia sancti sebastiani de loco felline. Similiter et ecclesiam sancti petri apostoli que sita est in loco babanie iusta mare magnum Guarini Abbati monasterii sancti laurentii positum iusta civitatem que dicitur adversa ut ibi fratres manentes et sine intermissione deo horantes Aliquam substentationem corporibus inde habere possint unde sincero animo bonaque boluntate concedimus in perpetuum tibi Guarini abbati tuisque successoribus ipse prephate ecclesie cum omnibus earum pertinentiis quomodo videtur habere vel in antea iuste accipere poterint per manum prephati Archiepiscopi consensu vel successores nostros adversitate et prophicuum ecclesie sancti Laurentii martiris. ea videlicet ratione ut omni anno in festo dominice resurrectionis redatis nobis et successoribus nostris ducatos auri unum et nichil aliud. Sed a presenti die in antea perpetuis et futuris temporibus ecclesiis ipsis cum suis pertinentiis liberis et absolutis permaneant absque omni contradictione nostra et nostrorum posterorum. ut nec nos nec nostris posteris non habeamus potestatem ecclesiis supradictis et eorum rectoribus excommunicare interdicere. nec ad sinodum vocare aut aliquit ibi querere sed liberos et absolutos a nostris partibus maneant. et vivant in suo arbitrio cum dei timore. Nam et si nos qui supra Godinus Archiepiscopus aut nostris posteriores qualicumque adveniente tempore hec omnia que supra declaravimus irritare vel retornare presumpserimus. aut de cunctis rebus ecclesiis supradictis aut de earum offertionibus intus vel foris subtraere quesierimus quocumque modo obligamus nos et successores nostros dare centum solidos aureos in ipso sancto monasterio sancti lau-

Digitized by Google

rentii de aversa. et ad confirmandam huius scripti continentiam. propriis manibus nostris pro firmitate earum subtus signavimus signo sancte crucis. et cum nostro sigillo plumbeo fecimus sigillari.

† Godinus dei gratia Archiepiscopus.

† Signum sancte crucis et manus mea hugo Renga.

† Ego iohannes presbyter ita novi.

† Signum sancte crucis et manus mea Guidelmus.

† Signum sancte crucis et manus mea Giselbertus.

† Helias archidiaconus qui et presbyter hec miscemate firmatus.

CCCCLXXXV.

† IN NOMINE SCE ET INDIVIDUE TRINITATIS. ANNO DNICE INCARNATIONIS MILLESIMO nonagesimo quinto. mense novembri. Indictionis. quarte. Nos Robertus dei nutu Comes comitum ab omnipotenti deo dignas grates accipere credimus si in sanctis ac venerabilibus locis de rebus nostris impenderimus. Quadam die dum mortis finem et aeternum iudicium cogitare cepissem. nil melius esset hominis ad acquirendam celestis vitae patriam. quam si aliquis de rebus suis pro redemptione animae sue sancte ecclesie dederit. Ego videns et cognoscens omnia ista esse salutifera. Idcirco pro ipsius omnipotentis dei amore et pro salute animae meae et remedio. omniumque meorum parentum et propinquorum. ecclesias quas ad meam tenebam proprietatem videlicet sanctam Iherusalem et sanctum Salvatorem que site sunt in aterno. sancte Theatine aecclesie et tibi dompno Rainulfo venerabili episcopo tuisque successoribus tradens concedo cum omnibus possessionibus earum restituentes et confirmantes eidem sancte Theatine aecclesie plebem sanctorum laurentiani et domitiani. Ad pedem autem aterni et ad portam que respicit contra mare ecclesiam sancti Thome apostoli. Exterius vero ecclesiam sancti Nycolai. terras vineas domos..... intus et foris. decimas pontis et portus et oblationes vivorum et mortuorum. quod nullus homo aternensium habet aliquam possessionem predictarum ecclesiarum teneat eam et fruat usque ad obitum sue mortis. Post obitum vero suum. revertatur possessio ipsa sine aliqua contradictione aecclesie vel aecclesiis quibus pertinere cogno- An. 1095.

Digitized by Google

scitur. Simili modo et castellum furca cum silvis et pascuis et omnibus suis pertinentiis. libere et absolute concedimus et donamus predicto sancto Theatino episcopio. Excepta silva sambuceti que dum ego vixero et mei vixerint heredes communis sit hominibus aternensibus et ecclesie Theatine. Post obitum vero meum meorumque heredum eandem silvam liberam et absolutam sancto predicto episcopio relinquimus. Ultra piscariam vero castellum Sculcule castellum Lastinianum. et in Theatino comitatu castellum sancti Cesidii. cum omnibus eorum pertinentiis prescripto episcopio Theatino dando restituimus et confirmamus. In bucclanico aecclesiam sancti Salvatoris et sancti Angeli cum decimis castelli et plebem sancti silvestri. et decimas sancti Angeli in tufinio et decimas castellorum omnium que in Theatino episcopatu sub nostro sunt dominio. et quod Theatina ecclesia in septo tenet. et ecclesiam sancti Nycolai de monteoderisii cum ecclesia sancti salvatoris que est infra castellum. et ecclesiam sancti petri que est. foris ad pedem castelli cum omnibus earum pertinentiis. Super hec omnia que in hac carta scripta sunt et castella et homines qui hic scripti non sunt quos theatina ecclesia tenet confirmamus ut nulli hominum serviant nisi prephate Theatine ecclesie. et tibi dompno Rainulfo venerabili episcopo. tuisque successoribus. et neque in districtionibus. neque in iustitiam neque in dominationem aliquam in alienam potestatem ordinentur sed semper in potestate sancte theatine ecclesie persistant. Si autem aliquis eis de possessionibus eiusdem ecclesie alicui dederit et in eorum suorumve filiorum dominium post mortem episcopi devenerit. illud aecclesia restitui sine aliqua fraude et violentia precipiendo volumus. et hoc ideo ordinamus ne aelemosine nostre quas nos prephate aecclesie theatine tibique dompno Rainulfo venerabili episcopo et tuis successoribus pro redemptione peccatorum nostrorum dantes offerimus. nolumus ut si de his nostris elemosinis. aliquid per episcopum donum habuerint in suum hereditarium ius sibi vendicare presumant. Hoc aetiam concedendo confirmamus ut si aliquis nostrorum hominum prephate aecclesie Theatine aliquid de suis rebus et possessionibus. aut eorum heredes dare voluerint libere et sine contradictione offerre potestatem habeant. Si quis autem hoc nostrum donum et restitutionem aut confirmationem quam nos facimus. temerario ausu. vel diabolo istigante infringere. minuere. disturbare molestare per se aut suos complices presumpserit. aut si aliquo tem-

Digitized by Google

pore nos vel nostros heredes aliquid subtrahere quesiverimus. sancte Theatine aecclesie quinquaginta libras auri componere obligamus. Et si ullus noster minister aut vicecomes ausus fuerit facere ullam contrarietatem vel molestationem de ista nostra constitutione. sciat se nostram perdere gratiam. compositurum centum soldos auri purissimi. medietatem predicto episcopio et medietatem camere nostre. Ista donatione. restitutione. et confirmatione firma et stabili omni tempore permanente. Hoc itaque consentiente filio meo Roberto factum est in presentia subscriptorum. Quam traditionem et restitutionem te Andream notarium scribere iussimus. et a nostro tipario plumbeo sigillari precipimus. Data in lanzano.

† Ego Robertus comes comitum signum sancte crucis propria manu. feci.

† Ego unfridus filius radulfi signum crucis feci.

† Ego Wuillelmus scalfonus signum crucis feci.

† Ego Berardus burscella signum crucis feci.

† Ego robertus rusini signum crucis feci.

† Ego robertus de mer..... signum crucis feci.

† Ego bambo octaviani filius signum crucis feci.

Digitized by Google

CCCCLXXXV.

An. 1095 † Quia iusta petentibus annuere recta postulantibus condescendere condecet immo iuxta domini preceptum indubitanter: oportet quia etiam sapientibus et insipientibus nos debitores esse cognoscimus. Willelmus troiane sedis episcopus licet indignus canonicorum meorum consensu. ecclesiae meae consultu gloriosi quoque ducis Rogerii interventu et rogatu. tibi venerabilis frater. Guarine. et beati. Laurentii abbas venerande tuisque successoribus aecclesiam sancti iohannis que dicitur de monte cum omnibus suis pertinentiis et etiam cum parrochia sua. in perpetuum concedo. dono et trado. quin etiam ad possidendum. habendum spiritualiter et seculariter per omnia committo. Et ut nostri iuris fuisse prefatam aecclesiam recognoscas. mihi meisque successoribus in assumptione beatae et virginis mariae per omnem annum te debere vestrosque successores. persolvere incunctanter unciam auri unam aut tantundem valens scias. Et si quis ex nostris parrochianis veniens ad mortem ibi iudicium fecerit. et ex eodem morbo obierit omnium mobilium medietatem mihi meisque successoribus tribuat. Cetera vero eiusdem aecclesiae permaneant. Si qui etiam clerici canonici qui ibi ordinati ad regendam aecclesiam fuerint. scelerum correptionem a nobis nostrisque successoribus suscipiant. et ammoniti ad nostram sinodum venire non rennuant. Si quis contra nostrae concessionis decretum venire temptaverit. episcopus dux. vel princeps commonitus ter vel quater etiam emendare noluerit. corpore et sanguine domini ita careat ut nisi per emendationem suscipere nullo modo audeat. et ab aecclesiae accessu nisi resipuerit extors maneat.

† Ego Guillelmus troianus episcopus subscripsi

† Ego leo decanus subscripsi.

† Ego petrus archipresbyter subscripsi hoc.

† Ego alferius subscripsi.

† Ego desiderius presbyter subscripsi.

† Ego odoaldus presbyter me subscripsi.

Digitized by Google

CCCCLXXXVI.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro alexio magno Imperatore anno sexto decimo sed et iohannes porfilogenito magno Imperatore eius filio anno quinto. die undecima mensis iunii indictione quinta neapoli: Certum est me stephano qui nominatur musha filio quondam iohanni. ego autem cum voluntate munda conius mea. abitatoribus de loco qui vocatur pumilianu foris arcora dudum aqueductus: A presenti die promtissima voluntate pro dei omnipotentis ammore et salbationis anime mee et de memorata munda conius mea ut hic et in futuro seculo requie et atiutorium invenire baleamus. offero et trado vobis domino iacobo venerabili igummenum monasterii sanctorum sergii et bachii atque theodori et sebastiani qui appellatur casapicta situm in viridiario. et cuncta vestra congregatione monachorum ipsius sancti et venerabilis vestri monasterii. et per vos in eodem sancto et venerabili vestro monasterio sanctorum theodori et sebastiani. idest integra petia de terra mea quod est per mensura modium unu at passum ferreum memorate neapolitane ecclesie. posita vero in memorato loco pumilianum. una cum arboribus fructiferis vel infructiferis et cum introitum suum omnibusque eis pertinentibus. coherente sibi ab uno latere terra ipsius sancti et venerabili vestri monasterii sicuti inter se terminus exfinat. de alio latere. et de uno capite alia terra mea que in mea reserbavi potestate ut inter se exfiuat. de alio capite terra iohanni qui nominatur de gaytu quommodo inter se exfinat. de qua nihil mihi de ex ipsum modium que de memorata terra mea et de suis omnibus pertinentibus que superius vobis et per vos in eodem sancto et venerabili vestro monasterio offerui cum introitum suum unde ibidem incredere debet. aliquod remansit aut reserbavi nec in aliena persona commisit potestate: ita ut a nunc et deinceps a me vobis et per vos in eodem sancto et venerabili vestro monasterio. ipsum integrum modium de memorata terra mea cum omnibusque ad ipsum modeum pertinentibus. sit offertum et traditum ad abendum et possidendum seu frugiandum ibidem illud usque in sempiternum. et neque a me memorato stephano qui nominatur musha filio iamdicti iohannis ego autem cum voluntate memorata munda conius mea habitatoribus de memorato loco pumilianum. neque a meis heredibus. nullo tempore nunquam vos memo-

An. 1096.

Digitized by Google

rato domino iacobo venerabili igummeno ipsius monasterii sanctorum theodori et sebastiani et cunta vestra congregatione monachorum ipsius sancti et venerabilis vestri monasterii aut posteris vestris memoratoque vestro monasterio. quod absit abeatis de ex ipsum que vobis et per vos in eodem sancto et venerabili vestro monasterio offerui ut super legitur aliquando quacunque requesitione aut molestiam per nullum modum nec per summissis personis a nunc et in perpetuis temporibus. insuper omni tempore ego et heredes mei vobis vestrisque posteris memoratoque vestro monasterio illud antestare et defendere debeamus ab omnì omines omnique personas. asque omni data occansione: veruntamen stetit et firmamus inter nobis ut quandoque mihi placuerit me monachu facere in ipso sancto et venerabili vestro monasterio. vos et posteris vestris me ibidem gratis recipere debeatis et me gratis ibidem monachum facere et abere debeatis sicuti ceteris monaci de ipsa vestra congregatione ipsius vestri monasterii sine omni atmaricatione: Quia ita nobis stetit. Si autem ego aut heredes mei vel alia quabis persona quobis tempore contra. anc chartula offertionis ut super legitur venire presumpserimus. et in qualecumque partem ea irrita vel bacua facere quesierit per se aut per summissis personis sub anathematis binculis sit obligatus a trecentorum decem et octo patrum. abeatque maledictione a deo, omnipotentis et da duodecim apostoli et at viginti quattuor seniores abeatque partem cun anna et cayfa et cum iuda proditore domini nostri ihesu christi et cum omnibus hereticis atque sismaticis et aperiat terra et deglutiat eum sicud deglutibit dasthan et abiron ut in die iudicii ante commune iudicem ubi omnes atsistunt nudus et redituri sunt de propriis factis ratione sit damnandus. insuper componat ipse et suos heredes at partem fidem serbantis eiusque heredes auri solidos sexaginta bythianteos. et hec chartula offertionis ut super legitur. sit firma scripta per manus stephani curialis quem scribere rogatus per memorata quinta indictione † hoc signum † memorato stephano qui vocatur musha. Ipse vero cum voluntate de memorata vona conius sua quod ego qui memoratus pro eis subscripsi †

† ego gregorius curialis testis subcrispi †

† ego iohannis filius domini stefani testi subscripsi †

† ego iohannis filius domini ursi iudex testi subscripsi †

† ego stephanus Curialis complevi et absolvi per memorata indictione †

Digitized by Google

CCCCLXXXVII.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro alexio magno Imperatore anno sexto decimo sed et Iohannes porfilogenito magno Imperatore eius filio anno quinto. die septima mensis iulii indictione quinta neapoli: Certum est nos landolfo et iohannes uterinis germanis filiis quidem stephani qui nominatur muscha. et quedam munda iugalium personarum abitatoribus de loco qui vocatur pumilianu foris arcora dudum aqueductus. nos autem cum voluntate memorati stephani genitori nostri: A presenti die promictimus vobis dominus iacobus venerabilis igumenu. monasterii sanctorum sergii et bachii quod nunc congregatum est in monasterio sanctorum theodori et sebastiani qui appellatur casapicta situm in viridiario. et cuncta vestra congregatione monachorum ipsius sancti et venerabilis vestri monasterii: propter integras duas petias de terra ipsius vestri monasterii pertinentes. positas vero in memorato loco pummilianum. et sunt in uno coniuncte sicuti inter una et alia terras exfinat. set una ex ipse petie est per mensura modium unu. at passum ferreum sancte neapolitane ecclesie. que vobis et per vos in eodem sancto et venerabili vestro monasterio. offerui per firmissima chartula offertionis. memorati stephani qui nominatur muscha genitori nostro. cum voluntate de memorata munda coniuge sua genitrice nostra. per ordine sicud ipsa chartula offertionis vestra declarat. simul cum arvoribus fructiferis vel infructiferis et cum introitibus suis omnibusque eis pertinentibus. et coheret sibi insimul at memoratas ambas petias de iamdictas terras ab uno latere et de uno capite terra de ipso genitori nostro sicut inter se exfinat. de alio latere carraria ipsius vestri monasterii. et a foris ipsa carraria iterum et alia terra ipsius vestri monasterii. de alio capite terra iohanni qui nominatur de gayta. de ex ipso loco qualiter inter se exfinat. hec autem ambe petie de memorata terra vestra ipsius sancti vestri monasterii pertinentes. ut super legitur. cum suis omnibus pertinentibus sicud superius legitur. nobis nostrisque heredibus. dedistis at detinendum seu lavorandum. in eo enim tenore quatenus illud in vestra vestrisque heredibus sint potestate, tenendi et dominandi. seu lavorandi. cum vobes et conciaturias et opera-

An. 1097.

Digitized by Google

rios. subta vel omnia expensa. caucumminas et vites per omni annuo apto tempore ibidem ponendi et plantandi. et de nostra semmente illnd semminandi alium omnia et in omnibus queque ibidem necessum fuerit. et indiguerit nos et heredes nostris illud facere et peragere debeamus. at nostrum expendium. et omnia quodcumque ibidem de inferius per annuum nobis dominus deus dederit in quolibet seminatum. in nostra nostrisque heredibus sint potestate faciendi que voluerimus. set tantummodo nos et heredes nostris vobis vestrisque posteris memoratoque vestro monasterio. de ex ipsa petia que ex ipsa terra hab antea fuit pertinente ipsius vestri monasterii terraticum de quale victum ibidem seminaberimus per omni annuo in extate. Idest quartas quinque vonum siccum tractum et mensuratum at culmu intus ipso vestro monasterio gratis sine omni atmaricatione. vinum vero mundum et saccapanna quantum de illa arbustum de ex ipse ambe petie de memorata terra ipsius vestri monasterii pertinentes ut super legitur. nobis per annuum dominus deus dederit at palmentum nostrum que abemus in memorato loco. ubi nos et heredes nostris illud vindemiaberimus inter nobis illud dividere debeamus per medietatem. unde vos et posteris vestris memoratoque vestro monasterio exinde tollere debeatis medietatem. et nos et heredes nostris. similiter exinde alia medietatem. set nos et heredes nostris illud vindemmiare debeamus at nostrum expendium. et donec illud vindemiaberimus vobis enutrire debeamus duas personas. ominum que ibi supra. at standum direxeritis ut iustum fuerit et quantas aquas necessum fuerit. per annuum at ponendum in illa vinacia de ex ipse ube per memoratas saccapanna faciendum. nos et heredes nostris ibidem illa ponere debeamus at nostrum expendium. set ipsa medietate vestra que de ex ipsu vinum mundum et saccapanna per annuum vobis vestrisque posteris memoratoque vestro monasterio exinde venerit nos et heredes nostris vobis ibidem illud conserbare debeamus in organeis nostris usque in die tertia. et vos vobis exinde illud atducere faciatis. at vestrum expendium. et nullatenus presummetis vos aut posteris vestris memoratoque vestro monasterio nec abeatis licentiam. aliquando tempore. memorate ambe petie de memorata terra ipsius vestri monasterii. cum suis omnibus pertinentibus. ut super legitur. nobis nostrisque heredibus tollere per nullum modum. vene nos et heredes nostris illud lavorantes et arbustantes de arvores et vites quomodo meruerit

Digitized by Google

et sicud iustum fuerit et omnia memorata vobis adimplentes qualiter superius legitur. et vos et posteris vestris memoratoque vestro monasterio. nobis nostrisque heredibus illud defendere debeatis ab omni omines omnique personas et si nos et heredes nostris vonum illud non lavoraberimus et arbostaberimus. de arvores et vites quomodo meruerit et sicud iustum fuerit. et omnia memorata vobis adimplentes licentiam abeatis nobis illud tollere et dare cui volueritis sicuti et quomodo in omnibus illud declarat alia simile chartula recapitulata que vos nobis exinde fecistis. Quia ita nobis stetit si autem et in aliquid offensi fuerimus per quobis modum aut summissis personis tunc componimus nos et heredes nostris vobis vestrisque posteris memoratoque vestro monasterio. auri solidos quadraginta bythianteos. et hec chartula ut super legitur. sit firma scripta per manus stephani curialis quem scribere rogatus per memorata quinta indictione † hoc signum † memoratis germanis ipsi vero cum voluntate memorati genitori sui quod ego qui memoratos pro eis subscripsi †

† ego iohannes filius domini sergii testi subscripsi †

† ego gregorius curialis testis subscripsi †

† ego iohannes filius domini sergii testi subscripsi †

† ego stephanus curialis complevi et absolvi per memorata indictione †

Digitized by Google

CCCCLXXXVIII.

An. 1097. † In nomine domini salvatoris nostri ihesu christi dei aeterni. Anno ab Incarnatione eius Millesimo nonogesimo septimo. et septimo decimo anno principatus domini saecundi Richardi gloriosissimi principis. Mense iulii quinta Indictione. Ego Ihon filius hermenioht de genere britannorum ortus habitator scilicet aversanae urbis meae saluti domino inspirante consulere cupiens et aeternae beatitudinis requiem in sanctorum societate desiderans diuque in animo volvens quibus modis id assequi possem statui ob salutem et redemptionem animae patris mei. et animae matris meae. et animarum omnium consanguineorum meorum. et ob mei et uxoris meae salutem. Hec quae subter asscribuntur deo et Monasterio domini salvatoris sito in insula maris offerri. Igitur ex concessione et voluntate dominorum meorum scilicet secundi Richardi gloriosissimi principis domini mei. et iobberti de ponte indulfi. Do. trado. atque offero. deo et prephato Monasterio domini salvatoris et domino Urso eiusdem monasterii venerabili abbati suisque successoribus in perpetuum. Unam videlicet Integram petiam de terra. quae est infra fines liguriae loco qui dicitur feciata. petiaque ipsa de terra clamatur campus rosali. suntque insimul undecim modii de terra et medius. quae his subscriptis finibus declaratur atque finitur. A parte orientis finitur in terra prescripti monasterii domini salvatoris. A parte vero occidentis finitur in terra aecclesiae sanctae dei genitricis et virginis mariae de forignano pizzulo. et in terra iohannis filii cuiusdam mincionis. A parte vero septemtrionis finitur in terra hominum de feciata qui dicuntur coppa canis. et in terra petri filii cuiusdam maionis. A parte vero meridiei finitur in via puplica. Item do. trâdo. atque offero deo et prescripto monasterio domini salvatoris et prephato domino Urso eiusdem monasterii venerabili abbati suisque successoribus in perpetuum. sex videlicet modios de terra qui sunt infra fines prescriptos liguriae. loco qui dicitur scarafina. qui his subscriptis finibus finiuntur et declarantur. Ab una parte quae est a parte orientis finiuntur in terra aecclesiae sancti iohannis de aversa. Ab alia vero parte. quae est a parte occidentis. finiuntur in terra quae nunc est deserta. A parte tertia. quae est

Digitized by Google

a parte septemtrionis. finiuntur in terra mea quam michi reservavi. A quarta parte quae est parte meridiei. finiuntur in alia terra deserta. Item do. trado. atque offero. deo et iam nominato monasterio domini salvatoris et prescripto domino Urso eiusdem monasterii venerabili abbati suisque successoribus in perpetuum. Octo videlicet modios de terra cum uno fundo. qui sunt infra prescriptos fines liguriae in vico qui dicitur casa puzzana. Do quoque et trado atque offero deo. et prescripto monasterio domini salvatoris et prephato domino Urso eiusdem monasterii venerabili abbati suisque successoribus in perpetuum. eos omnes curtisanos qui in prescripto fundo de casa puzzana habitant vel habitaverint. ut census. et dationes. et angarias. et quicquid michi et predecessoribus meis facere et persolvere soliti sunt. iam memerato monasterio domini salvatoris et memerato domino Urso venerabili abbati suisque successoribus faciant et persolvant. Hos omnes prescriptos modios de terra quos predixi cum sepibus et limitibus et cum omnibus rebus eis adiacentibus subter et super et cum viis in eis intrandi et exiendi. et hec omnia qualiter memoratus sum et supra leguntur. deo et iam sepius prenominato monasterio domini salvatoris et prenominato domino Urso venerabili abbati suisque successoribus do. trado. atque offero. ad habendum et dominandum et possidendum in perpetuum. et faciendum de eis et in eis omnem hutilitatem prephati monasterii domini salvatoris et abbatum seu prepositorum. atque custodum eius. Remota omni contrarietate et molestatione mea et heredum vel successorum meorum. aliorumque omnium mortalium hominum. Quod si quis heredum vel successorum meorum aut ego. aliquo adveniente tempore. huius dationis et oblationis. diabolo instigante contemptor aut violator esse presumpserit decem libras auri purissimi prephato Monasterio domini salvatoris et prephato domino Urso venerabili abbati vel suis successoribus persolvat. et perpetuali anathemati subiaceat. nisi resipuerit et Monasterio prescripto domini salvatoris et prescripto domino Urso venerabili abbati sive suis successoribus vel prepositis aut custodibus eiusdem monasterii iam sepius prenominati. satisfactionem fecerit. Solutaque pena librarum et facta satisfactione hec mea datio. et oblatio firma invariata atque inviolabilis maneat in perpetuum. et perpetuali iure a prephato monasterio

Digitized by Google

domini salvatoris et prephato domino venerabile abbate Urso. et a suis successoribus teneatur et possideatur. Et ut hoc firmius credatur et diligentius ab omnibus observetur. me hic propria manu subscripsi. hosque subscriptos testes ut se propriis adscriberent nominibus et Te Iohannem curiae principis scriptorem prephati saecundi Richardi domini mei. scribere rogavi... DATUM in aversa. in tertio kalendas augusti.

† Signum iohannis aversani episcopi.
† Signum Ihonis brictonis
† Signum Normanni de ver
† Signum Radulfi filii Willelmi
† Signum Iohannis Sellarii
† Signum rogalonis
† Signum Willelmi
† Signum vicecantoris
† Signum Mauri canonici.

Digitized by Google

CCCCLXXXIX.

† In nomine domini salvatoris nostri ihesu christi dei eterni. secundus Riccardus divina ordinante clementia Capuanorum princeps pro redemptione anime sue hoc clementer concessit et confirmavit. Notum sit fidelibus dei presentibus et posteris. quod Ego secundus Riccardus gratia dei Capuanorum princeps. ob *salutem et* remedium animarum principum Riccardi scilicet avi et Iordanis patris mei et ob statum principatus mei. ob Concedo et confirmo. monasterio Sancti Laurentii Levite et martiris christi sito circa muros aversane urbis. et dompno Guarino eiusdem monasterii venerabili Abbati suisque successoribus in perpetuum. videlicet. monasterium Sancti Laurentii constructum in capua cum universis rebus et pertinentiis qualiter modo possidet et dominatur et qualiter sibi quoquo legali modo pertinere videtur. et ecclesiam Sancte Reparate. et Sancti blasii cum omnibus pertinentiis suis. et unum molendinum quod est in vulturni flumine. et Guannerius dedit et obtulit prescripto monasterio Sancti Laurentii. cum portu et cursu aquarum. cum ripis et omnibus instrumentis eius. et medietatem de uno molendino. in predicto fluvio quod iozzolinus dedit predicto monasterio. similiter cum omnibus instrumentis suis. et ecclesiam sancti petri sitam ante predictum monasterium Sancti Laurentii. et Burgum eiusdem ecclesie qui est situs in ortis et terris quas Hugo blancus dedit eidem monasterio in ea securitate et libertate sicut continetur privilegio quod iordanus princeps pater meus. fecit et concessit prefato monasterio. et Ecclesiam Sancti Nicolai que est in saone. in territorio calme. cum terris et hominibus et molendinis et cursibus aquarum qui sunt in saone et circa saonem. quod Guillelmus de alno dedit prescripto monasterio cum omnibus suis pertinentiis qualiter monasterium modo possidet et dominatur. et terras et homines et molendina et cursus aquarum que sunt in loco montanarii que predictus Guillelmus dedit monasterio cum omnibus suis pertinentiis qualiter monasterium ea modo dominatur. et Nepotes presbyteri Leonardi cum terris et omnibus suis pertinentiis qualiter predictus Guillelmus de alno eos tenuit et dominatus est. et prenominato monasterio dedit. et Ecclesiam Sancti Andree que est in calmo cum suis pertinentiis. et Ecclesiam Sancti Andree que est in

An. 1097.

Digitized by Google

territorio suesse. cum omnibus que modo possidet et dominatur et que ei pertinent. et Ecclesiam Sancte Marie et Sancti Iohannis que sunt in territorio miniani. quas Ugo sorellus dedit et optulit ospitali predicti monasterii cum omnibus ad eas pertinentibus. et monasterium Sancte Crucis quod est in territorio Caiazie. cum omnibus suis pertinentiis. et casale qui dicitur merzanum frigidum cum hominibus et omnibus suis pertinentiis. et Ecclesiam Sancti Martini de magdalone. et Ecclesiam Sancte Marie de Iuliano. cum hominibus et omnibus suis pertinentiis. et Ecclesiam Sancte Marie de spelunca. et Ecclesiam Sancti Salvatoris de vallo. et Ecclesiam. Sancte Marie de domicella. et Ecclesiam Sancti Angeli de Lauro cum hominibus et cum omnibus earum pertinentiis et cum decimatione Nucerie de annona. et de vino. de fructibus et de animalibus. et Ecclesiam Sancti Cononis. et Ecclesiam Sancti Severini que sunt in Acerra. et Ecclesiam Sancti Laurentii que est in territorio Suessole et Acerre. in pantano scilicet iusta boscum. cum omnibus earum pertinentiis et terras et villanos quos Rainulfus de Argentia dedit predicto monasterio in territorio Acerre. et Casollam. et Ecclesiam Sancte Marie cum villanis et pertinentiis suis. sicuti predictos patres meos et ego ipse dedimus predicto monasterio. et monasterium Sancti Vincentii cum hominibus et omnibus suis pertinentiis et duo molendina que sunt in Laneo ad pontem silicis. et sex villanos quos Cmfridus de Calvo iamdicto monasterio dedit. et unum molendinum pertinens monasterio quod est ad Calabrizitum in aqua Lanei. cum omnibus pertinentiis suis et predictis villanis et molendinis pertinentibus et presbyterum marium qui est in villa Gariliani cum tota familia sua et cum omnibus suis pertinentiis qualiter tenuit Riccardus filius Gunduini qui dedit monasterio. et Ecclesiam de Nobile et terras et villanos sicut princeps Riccardus dedit monasterio. et decimationem de Rampale quam uhardus de Claromonte dedit monasterio. et terras et villanos qui sunt in loco piponis sicut Raynaldus filius Ugonis dedit monasterio. et monasterium Sancti blasii quod est prope prescriptum monasterium. cum hominibus et omnibus sibi pertinentibus. et startiam que dicitur de Ceraso quam heredes Ugonis blanci dederunt monasterio et ortos et curtisanos qui sunt prope muros averse. sicut Ugo blancus dedit monasterio in quibus prefatus burgus situs est. et viridiarium quod est iuxta foris de die sabbati et lacum patriensem cum luntribus et

Digitized by Google

paralis et piscationibus et universis pertinentiis suis sicut pater meus et ego tenui et dominati fuimus et quicquid iure pertinet monasterio antiquitus in canalibus et in toto lacu patriensi. et Ecclesia Sancti Renati qui in vico cupuli cum omnibus pertinentiis suis sicut sangualo dedit monasterio et Ecclesiam Sancti Angeli de monte christi cum silva et omnibus sibi pertinentibus et terras de Gualdo patrie. quas Rainulfus brioto dedit monasterio. Hec omnia prescripta que dudum pater meus et ego insimul prescripto monasterio per privilegium dedimus. concessimus. et confirmavimus. Nunc iterum ego ipse firmiter in perpetuum predicto monasterio. do. concedo. et confirmo. per hoc meum principale scriptum. et adibeo Ecclesiam Sancti severini. et Sancti Cononis que sunt ut predixi in Acerra. et Ecclesiam Sancti Laurenti que est in territorio Suessole. et Acerre. in pantano scilicet iuxta boscum qui dicitur de mareglano cum hominibus et universis pertinentiis earum ut predixi. Iterumque do. concedo. et confirmo. prescripto monasterio omnia que post obitum patris mei et in tempore mei dominatus. acquisivit monasterium Sancti Laurentii videlicet totum dotarium alferane que fuit uxor quondam Robberti de sancta obremunda. terras scilicet que est in zampicari et villanos. et terram de centora. et Ecclesiam sancti viti que est in loco spanguati cum universis pertinentiis suis. et terras et villanos hereditaneos cum hereditate eorum cum centum modios terre quos ingerbaldus cum licentia comitis Ugonis domini sui in predicto monasterio dedit. ego nunc do. concedo. et confirmo omnino qualiter predictus Ugo comes per cartulam predictam Ecclesiam Sancti Viti et villanos in predicto monasterio Sancti Laurentii dedit. et tres villanos quos Robbertus filius Turstayni in annone meo concessu predicto monasterio dedit. et centum modios terre qui sunt in territorio cancie quos Erbertus bardone qui a me illos tenebat predicto monasterio meo concessu obtulit. et Nolitum cum villanis et terris qualiter Raynaldus musca in predicto monasterio dedit. et quinquaginta modios terre in gualdo quos ipse Raynaldus musca in predicto monasterio dedit. et Ecclesiam Sancte Marie que vocatur capella que est prope madalonem cum universis suis pertinentiis. et villanos omnes cum hereditate eorum qualiter Gerbaldus meus cappellanus in predicto monasterio optulit. et cripta que vocatur fornicara cum monte cervino sicuti vadit via que de cernit hunc montem ab alio monte. et Ecclesiam. Sancti

Digitized by Google

Iohannis que est in territorio cibali. ubi dicitur ad plescum. cum beneficio suo. et terram quam ioffridus fexardus in predicto monasterio meo concessu dedit. et terram quam Rao de pirollo in predicto monasterio meo concessu dedit: duos villanos meos cum tota hereditate et familia eorum. nomen uni palumbo cayrusus. et nomen alii Iohannis alamanus. et bantium petia panis cum tota hereditate et familia sua. quam Robbertus de ponte indulfi monasterio predicto dedit. et sex modios terre quos. mater aymonis de argentia cum licentia predicti aymonis sancto Laurentio dedit. que fuit prope ecclesiam eandem sancti Iohannis. et hereditatem que fuit quondam petri maraldi quam pater meus in predicto monasterio dedit. et hereditates Iohannis franki et muski. qualiter predictum monasterium possidet eas. et quadraginta modios terre quos Rogerius de sancto severino optulit in predicto monasterio qui sunt ad casa paci et startiam que est ad duplum quod Thomas de venabile in predicto monasterio dedit.et viginti tres modios terre qui sunt in gualdo. et Ihon filius ermenloth cum licentia mea et Robbertus de ponte indulfi predicto monasterio dedit. et septem alios modios terre in forignano piczulu. et novem modios terre qui sunt ad ceraso. quos ipse predictus ihon prefato monasterio dedit. Ita quod medietatem offeruit et de medietate excambium suscepit cum licentia Robberti et mea. et omnes alias terras cultas et incultas. et omnes homines et res mobiles et immobiles. quos monasterium Sancti Laurentii. et eius rectores tenuerunt et dominati fuerunt tempore Avi scilicet et patris mei et nunc tenet. et omnia que deinceps adquirere iuste et regulariter potuerint ad possessionem et potestatem et dominationem predicti abbatis et omnium successorum suorum et ordinatorum et rectorum prefati monasterii Sancti Laurentii. remota omni contrarietate et molestia omnium mortalium. preterea. do. concedo prefato sancto monasterio et dompno Guarino venerabili abbati eiusque successoribus ut habeat plenam potestatem per omnia prescripta loca ordinare. et statuere iudices quos voluerint. Quod si quis diabolica persuasione compulsus hoc scriptum violare irritumque facere presumpserit mille auri libras persolvat. medietatem nostro palatio et medietatem predicto Abbati et successoribus suis et rectoribus supradicti monasterii eisque solutis hoc scriptum firmum et inviolabili maneat in perpetuum. et ut firmius credatur et diligentius ab omnibus observetur. manu propria subscripsi. et meo sigillo iussi sigillari.

Digitized by Google

Horum omnium supradictorum tutor et defensor contra omnes hostes existo prout possem meum est.

† signum domini secundi Riccardi gloriosissimi magnifici principis



† Guillelmus de pirolo.
† Thomas de venabili.
† Raynaldus Lopinus.
† Robbertus frater principis.
† Stantio vice principis.
† Ioffridus de ponte indulfi.
† Gervasius.

Ex iuxione prephate serenissime potestatis scripsi ego quiriacus Iudex. In anno dominice incarnationis. millesimo nonagesimo septimo et septimo decimo anno principatus ipsius dompni secundi Riccardi gloriosi principis capue : Datum quinto kalendas septembris. per V. Indictione.

Digitized by Google

CCCCXC.

An. 1097. † IN NOMINE DOMINI SALVATORIS NOSTRI IHESU CHRISTI DEI ETERNI: SECUNDUS RICHARDUS DIVINA ORDINANTE CLEMENTIA CAPUANORUM PRINCEPS; PRO REDEMPTIONE ANIME SUE HOC CLEMENTER CONCESSIT ET CONFIRMAVIT.

Notum sit fidelibus dei presentibus et posteris quod Ego Secundus Richardus gratia dei Capuanorum princeps. ob salutem et remedium animarum principum Richardi scilicet avi et Iordani patris mei et ob status principatus mei. do. Concedo. et Confirmo monasterio sancti Laurentii levite et martiris christi. sito Circa muros aversane urbis. et domno Guarino eiusdem monasterii venerabili abbati suisque successoribus in perpetuum. videlicet monasterium sancti Laurentii constructum in Capua. Cum universis rebus et pertinentiis qualiter modo possidet et dominatur et qualiter sibi quoquo legali modo pertinere videtur. et ecclesiam sancte Reparate et sancti blassii cum omnibus pertinentiis suis. et unum molendinum quod est in vulturni flumine et guarnerius dedit et obtulit prescripto monasterio sancti Laurentii. Cum portu et cursu aquarum Cum Ripis et omnibus instrumentis eius. Et medietatem de uno molendino. in predicto fluvio. quam Iozzolinus dedit predicto monasterio. similiter cum omnibus instrumentis suis. Et ecclesiam sancti petri sitam ante predictum monasterium sancti Laurentii. et burgum eiusdem ecclesie quod est situm in ortis et turris quas ugo blancus dedit eidem monasterio. In ea securitate et libertate sicut continetur privilegio quod Iordanus princeps pater meus. fecit et concessit prefato monasterio. et ecclesiam sancti Nicholai que est in saone. in territorio Calme cum terris et hominibus et molendinis et cursibus aquarum que sunt in saone et circa saonem. que Cuilelmus de alno dedit prescripto monasterio cum omnibus suis pertinentiis. qualiter monasterium modo possidet et dominatur. et terris et homines et molendina et cursus aquarum que sunt in loco montanarii que predictus Cuilielmus dedit monasterio. cum omnibus suis pertinentiis. qualiter monasterium ea modo dominatur. et nepotes presbyteri bernardi cum terris et omnibus suis pertinentiis qualiter predictus Willelmus de alno eos tenuit et dominatus est. et prenominato monasterio

Digitized by Google

dedit. Et ecclesiam sancti andree que est in Calmo cum suis pertinentiis. et ecclesiam sancte andree que est in territorio suesse. cum omnibus que modo possidet et dominatur. et que ei pertinent. et ecclesiam sancte Marie. et sancti Iohannis que sita est in territorio mignani. quas Ugo sorellus dedit et obtulit hospitali predicti monasterii cum omnibus ad eas pertinentibus. et monasterium sancte Crucis. Quod est in territorio Caiatie cum omnibus suis pertinentiis. Et casale qued dicitur marzanum frigidum cum hominibus et omnibus suis pertinentiis. Et ecclesiam sancti martini de matalone. et ecclesiam sancte marie de Iuliano cum hominibus et omnibus suis pertinentiis. et ecclesiam sancte marie de Spelunca. et ecclesiam domini salvatoris de vallo. et ecclesiam sancte marie de domicella. et ecclesiam sancti angeli de lauro. cum hominibus et cum omnibus earum pertinentiis. et decimationem nucerie de annona. et de vino. de fructibus et de animalibus. et ecclesiam sancti Cononis. et ecclesiam sancti Severini que sunt in acerra. et ecclesiam sancti laurentii que est in territorio suessole et acerre. in pantano scilicet iuxta boscum cum omnibus earum pertinentiis. et terras et villanos quos Rannulfus de argontia dedit predicto monasterio in territorio acerre. et Casollam. et ecclesiam sancte marie cum villanis et pertinentiis suis. sicuti predictus pater meus et ego ipse dedimus predicto monasterio. et monasterium sancti Vincencii cum hominibus et omnibus suis pertinentiis. et duo molendina que sunt in laneo ad pontem silicis et sex villanos quos omfridus de calvo iamdicto monasterio dedit. Et unum molendinum pertinens monasterio quod est ad Calabrititum in aqua lanei cum omnibus pertinentiis suis et predictis villanis et molendinis pertinentibus. et presbyterum marium qui est in villa guariliani cum tota familia sua et cum omnibus suis pertinentiis. qualiter tenuit Riccardus filius gunduini qui dedit monasterio et ecclesiam de nobole. et terras et villanos sicut princeps Richardus dedit monasterio. et decimationem de Rapalle quam Ubardus de claromonte dedit monasterio. et terras et villanos qui sunt in loco piponis. sicut Raynaldus filius Ugonis dedit monasterio. Et monasterium sancti blassii quod est prope prescriptum monasterium cum hominibus et omnibus sibi pertinentibus et Starzam que dicitur de ceraso. quam heredes Ugonis blanci dederunt monasterio. et ortos et curtisanos qui sunt prope muros averse sicut ugo blancus dedit monasterio. In quibus prefatus burgus si-

Digitized by Google

dus est. et viridarium qui est iuxta forum de die sabbati. et lacum patriensem cum lintribus et paraturis et piscationibus et universis pertinentiis suis. sicut pater meus et ego tenui et dominati fuimus. et quicquid iure pertinet monasterio antiquitus in canalibus et in toto lacu patriensi. et ecclesiam sancti Renati que in via Cupoli cum omnibus pertinentiis suis sicut sangualo dedit monasterio. et ecclesiam sancti Angeli de monte christi cum silva et omnibus sibi pertinentibus et terras de gualdo patrie. quas Rannulfus britto dedit monasterio. Hec omnia prescripta que dudum pater meus. et ego insimul prescripto monasterio per privilegium dedimus concessimus et confirmavimus. nunc iterum ego ipse firmiter in perpetuum predicto monasterio. do. concedo. et confirmo per hoc meum principale scriptum. et adhibeo ecclesiam sancti severini videlicet et sancti Cononis que sunt ut predixi. in acerra. et ecclesiam sancti lauri que est in territorio suessole et acerre. In pantano scilicet iuxta boscum que dicitur de maregliano cum hominibus. et universis pertinentiis earum ut predixi. Iterumque do. concedo. et confirmo prescripto monasterio omnia que post obitum patris mei et in tempore mei dominatus adquisivit monasterium sancti Laurentii. videlicet totum dotarium Alfarane que fuit uxor quondam Robberti de sancta ebremunda terras scilicet que est zampicari. et villanos et terras de centora. et ecclesiam sancti Viti que est in loco spanguati. cum universis pertinentiis suis. et terras. et villanos hereditaneos cum hereditate eorum. et centum modios terre quos ingerbaldus cum licentia comitis Ugonis domini sui in predicto monasterio dedit. ego nunc do concedo. et confirmo omnino qualiter predictus Ugo comes per cartulam predictam ecclesiam sancti viti et villanos in predicto monasterio sancti Laurentii dedit. et tres villanos quos Robbertus filius Turstayni in annona meo concessu predicto monasterio dedit. et centum modios terre qui sunt in territorio Cancie quos herbertus bardone qui a me illos tenebat predicto monasterio meo concessu optulit. et nolitum cum villanis et terris qualiter Raynaldus musca in predicto monasterio dedit et quinquaginta modios terre in gualdo. quos ipse Raynaldus musca in predicto monasterio dedit. et ecclesiam sancte marie que vocatur capella. que est prope matalonem cum universis suis pertinentiis. et villanos omnes cum hereditate eorum qualiter Cerbaldus meus capellanus in predicto monasterio obtulit. et criptam que vocatur fornicaria cum monte

Digitized by Google

Cervino sicuti vadit via que decernit hunc montem ab alio monte. et ecclesiam sancti Iohannis que est in territorio Cicale ubi dicitur ad plescum. cum beneficio suo. et terram quam Ioffridus fessardus in predicto monasterio meo concessu dedit. et terram quam Rao de pirollo in predicto monasterio meo concessu dedit. et duos villanos meos cum tota hereditate et familia eorum nomen uni palumbo cairusus. et nomen alii iohannis alamannus et cautius petiapanis cum tota hereditate. et familia sua. quem Robbertus de ponte Indulfi monasterio predicto dedit. et sex modios terre quos mater Aymonis de argentia cum licentia predicti Aymonis sancto Laurentio dedit. que sunt prope ecclesiam eamdem sancti Iohannis. et hereditatem que fuit quondam petri maraldi. quam pater meus in predicto monasterio dedit. et hereditates Iohannis franki. et muski qualiter predictum monasterium possidet eas. et quadraginta modios terre quos Roggerius de sancto severino obtulit in predicto monasterio que sunt ad Cacapici. et Starzam que est ad duplum quam Thomas de venabile in predicto monasterio dedit. et viginti tres modios terre qui sunt in gualdo et Ihon filius ermenloth cum licencia mea et Robbertus de ponte indulfi predicto monasterio dedit. et septem alios modios terre in forignano pizzulu. et novem modios terre qui sunt ad ceraso. quos ipse predictus Ihon prefato monasterio dedit. Ita quod medietatem offeruit. et de medietate excambium suscepit cum licentia Robberti et mea. et omnes alias terras cultas et incultas. et omnes homines et res mobiles et immobiles. quas monasterium sancti Laurentii et eius rectores tenuerunt et dominati fuerunt tempore avi scilicet et patres mei. et nunc tenent. et omnia que deinceps adquirere iuste et regulariter potuerint. ad possessionem et potestatem et dominationem predicti abbatis et omnium successorum suorum. et ordinatorum. et rectorum prefati monasterii Sancti Laurentii Remota omni contrarietate et molestia omnium mortalium. Preterea do et concedo prefato Sancto monasterio. et domno Guarino venerabili abbati eiusque successoribus ut habeant plenam potestatem per omnia prescripta loca ordinare et statuere Iudices quos voluerint. Quod siquis diabolica suasione impulsus hoc scriptum violare irritumve facere presumpserit. Mille auri libras persolvat. medietatem nostro palatio et medietatem predicto abbati et successoribus suis et rectoribus supradicti monasterii. eisque solutis hoc scriptum firmum et inviolabile maneat in perpetuum.

Digitized by Google

Et ut firmius credatur et diligentius ab omnibus observetur manu propria subscripsi. et meo sigillo iussi sigillari. Horum omnium supradictorum tutor et defensor contra omnes homines existo. prout posse meum est.

SIGNUM DOMINI SECUNDI RICHARDI



GLORIOSISSIMI AC MAGNIFICI PRINCIPIS

† Robertus frater principis
† Willelmus de pirolo
† Thomas de venabili.
† Raynaldus lopinus
† Stantio viceprinceps.
† Iosfridus de ponte Indulfi.
† Cervasius.

Ex iussione prephate serenissime potestatis Scripsi. EGO QUIRIACUS IUDEX. In anno dominice incarnationis. Millesimo. nonagesimo septimo et septimo decimo. anno principatus ipsius domini Secundi Richardi gloriosi principis Capue. DATUM quinto kalendas Septembris per quintam indictionem.

Digitized by Google

CCCCXCI.

† IN NOMINE domini nostri ihesu christi nono Anno Imperante domino Kalo Iohanne mense madii quinta indictione. Nos quorum nomina sunt sbimmirus olim filius iohannis ziti. Et castaldus olim filius guisenolfi. Et maraldus quondam filius siconis. Et guiso olim nandenolfi. civitatis siponti presente besantio iudice aliisque bonis hominibus inferius scriptis. Voluntarie obtulimus ac tradimus terras nostras que sunt peraffines primo fini lama bulara. secundo fini ipsa semita. tertio fini ipsa lamestella que dicitur brazzu de petri cecina commodo descendit usque ad viam medianam quarto fini predicta via mediana iuxta terram sassonis olim filius maraldi. Ecclesie sancti leonardi que sita est in territorio predicte civitatis supra predictam lama bulara pro anima nostra parentumque nostrorum non requirentibus vobis vel vestris heredibus parti prephate ecclesie lannechilt aliut nisi missas et orationes tantum. Et in manu tui domini viti prioris prephate ecclesie habentis tecum benedictum olim filium predicti nandenolfi advocatum tuum. Unde et voluntatarie guadiam tibi predicto domino vito priori dedimus accipienti tecum iam dicto advocato fide iussore me dicto castaldo. ut nec nos nec aliquis heredum nostrorum hanc oblationem prephatam removeamus set defendamus eam vobis vestrisque posterioribus adversus omnes qui vos vice nostra molestaverint. Contra quod si fecerimus aut si nos inde vos in causas miserimus centum solidos aureos romanatos bonos hoc scripto semper firmo manente. vobis vestrisque posterioribus componamus. Ego predictus castaldus fide iussor tibi dicto domino vito priori tuisque posterioribus licentiam do pignerandi me meosque hedes per omnia nostra que in lege pignerandi conceduntur et proibentur donec prelecta vobis omnia adimpleantur que scripsi Ego leo notarius quia interfui. Explicit.

Am. 1097.

† Signum manus luponis olim filius sassonis monachi.

† Signum manus gaiderisii quondam filius petracce.

Digitized by Google

CCCCXCII.

An. 1098. † In nomine sanctae et individuae trinitatis ego iohannes voluntate dei squillacinae sedis episcopus sanctorum patrum precedentium vestigia secutus. facta eorum et decreta religiosa volo imitari. venerari. et pro posse meo conservare inviolata. Monasterium igitur quod dicitur. Sancta Maria de turre. cui preest venerabilis pater Bruno. lanuinus prior. liberum esse laudo. assero. et confirmo. qua libertate a Rogerio comite est fundatum. a beato papa Urbano donatum. ab antecessore meo beatae memoriae theodoro episcopo confirmatum. Noverit ergo fidelis quisque et amator veritatis prefatum monasterium. insuper locum illum qui arsafia dicitur de quo predictum monasterium dotatum est. cum omnibus pertinentiis suis. et cum omnibus hominibus tam de clero quam de populo quos ad presens supradictum monasterium habet. vel in posterum habiturum est. de extraneis quoque omnibus qui in potestate ipsius monasterii habitant. vel habitaturi sunt. hac libertate donatum ut nec ego nec quilibet successorum meorum ullum episcopale ius ibi habeat. absque communi spontanea voluntate fratrum predicti monasterii. Consecrationes. ordinationes. crisma. caeterasque episcopalis officii indigentias a quo potissimum voluerint episcopo consequantur. longe vel prope. et non sit qui prohibeat. decime eorum ipsis sint. offensa subiectorum et correctio ad eos respiciat. Haec quae diximus auctoritate et privilegio antecessoris mei theodori natione greci confirmata sunt. Haec et nos privilegio presenti et auctoritate quam a deo consecuti sumus testificamur. confirmamus ut nec mihi ipsi quandoque aliter quod absit sapienti. vel alicui successorum meorum haec violare liceat. Si quis igitur pertinaciter hanc sententiam nostram veraciter prolatam. scriptam. signatamque in signum stabilitatis ingenio vel potentia delere studuerit. deleatur et ipse de libro viventium. assentientibus vero et defendentibus pax et vita cum vivente et regnante in secula seculorum. Amen.

Datum est autem hoc privilegium. VII. Idus. Maii. anno ab incarnatione domini. M.XC.VIII. indictione VII. dominica post ascensionem domini prima. Anno ordinationis domini iohannis episcopi squillacenorum primo. presente domino henrico. neucastrensium pontifice.

Digitized by Google

† Ego iohannes episcopus squillacensis. confirmando propria manu subscripsi.

Ego henricus neocastrensis episcopus testis propria manu subscripsi.

Ego iohannes squillacensis episcopi cappellanus huius rei testis subscripsi.

Ego guillelmus diaconus huius rei testis sum.

Ego alfredus neocastrensis aecclesiae cantor huius rei testis sum.

Ego gisllaudus neocastrensis ecclesie canonicus hoc signum feci †

Ipso die quo in hanc cartulam nostrum sigillum impressimus: basilium cussinellum supradictis nostris fratribus inrevocabiliter dedimus.

CCCCXCIII.

† In nomine domini nostri ihesu christi. Anno ab incarnatione eius Millesimo. Nonagesimo. octabo. Mense Iulii. Indictione sexta: Quia pro salute anime sue unusquisque fidelis ad superna debet vigilanti oculo inspicere. et desiderare qualiter posset inferni penas evadere. et ihesu christo domino nostro sibi placato valeat ad eterna gaudia pervenire: Idcirco ego Robbertus de molina in presentia Iohannis iudicis. et aliorum plurium bonorum subscriptorum hominum castri mei Sancti Iuliani. pro salute animarum parentum meorum. et pro remedio peccatorum meorum. offero. do. atque confirmo Monasterio Sancti Iuliani. in quo parentum meorum corpora sepulta esse noscuntur. et cui ad presens dompnus Guarnerius monachus monasterii Sancti Laurentii de aversa pro parte eiusdem ecclesie preest. ecclesiam sancti Pauli quam habeo in territorio castri mei sancti Iuliani. cum omnibus possessionibus suis Libris et pannis. que prefato Monasterio sancti Iuliani propinquior esse videtur. ad habendum. tenendum. possidendum. amodo et usque in sempiternum. Et ut supradicta offertio. datio. atque confirmatio firma permaneat in perpetuum. obligo me. et heredes meos omnesque successores meos per penam librarum duarum auri ipsi monasterio componendarum ipsam ecclesiam sancti pauli. cum omnibus possessionibus suis supradicto Monasterio sancti Iuliani. quod monasterio sancti Laurentii de aversa subditum est. defendere et antestare ab omni

An. 1098.

*

Digitized by Google

calumpniante persona. Nichil penitus. nullam omnino conditionem videlicet michi. vel meis successoribus de ecclesia ipsa reservans. Et insuper ut supradicta offertio. datio atque confirmatio maioris roboris firmitatem obtineret. ad preces meas Dominus Guarinus venerabilis abbas sancti Laurentii de aversa. habitis secum supradicto Guarnerio priore sancti Iuliani. et fratre Gilberto priore sancte marie incerche. et fratre Raimfrido. et fratre Normanno. monasterii sui monachis. et me precipiente omnibus presbiteris Castri mei sancti Iuliani sibi astantibus excommunicavit volentes ipsam ecclesiam sancti pauli cum possessionibus suis supradicto monasterio sancti Iuliani. quod subditum est ut supra diximus monasterio sancti Laurentii de aversa. molestare. vel aliquo modo subtrahere tam presentes quam futuros. Et ut hec mea offertio datio atque confirmatio firma ac stabilis in perpetuum perseveret: presens scribtum te Adenulfum castri mei sancti Iuliani Notarium scribere rogavi. Actum In ecclesia sancti Iuliani.

† EGO QUI SUPRA IOHANNES IUDEX.
† Signum manus domini Robberti de molina.
† Ego aimo de trigentia testis.
† Ego Roggerius ponti testis.
† Ego Paganus de rivo valido testis.
† Ego Iohannes savinus testis.
† Ego Petrus archipresbiter testis.
† Ego Iohannes grifo testis.
† Ego Landulfus filius gisolfi testis.
† Ego Iohannes deperto testis.
† Ego Iohannes adi testis.

Digitized by Google

CCCCXCIV.

† In nomine patris. et filii. et spiritus sancti amen. Anno ab incarnatione domini millesimo nonagesimo. VIII. Indictione. VI.ª Ego Rogerius comes syciliae et calabriae. veniens squillacium ab obsidione capuae. audivi proclamationem quam fecerunt quidam squillacenses veterani. XXVIII. die. Iulii mensis. super heremitis. videlicet domino Brunone. lanuino. ceterisque fratribus. Causa autem proclamationis. haec erat. Imponebatur namque fratribus heremitis. quod ipsi terras de oliviana et metabra. atque vineas. veteranis squillacensibus auferrent. Quocirca ego. Rogerius. ponens determinatum diem placitandi. laicis. misi ad magistrum Brunonem. quatinus fratrem lanuinum cum cartis suis antiquis. transmitteret ad diem constitum laicis. Qui sine mora ad placitum missus fuit. Ostenditque cartas suas coram omnibus ad placitum residentibus. Quibus lectis repperimus. et reperiendo comprobavimus. quod iniusta et sine causa. accusatio terrarum et vinearum supradictarum. fratribus heremitis imponebatur. Preterea in presentia cunctorum. frater lanuinus cartam quandam presentavit. quam in preterita proxima quadragesima. notarius bonus manu sua scripsit. ubi erat eiusdem rei iudicium quod ipse notarius me precipiente iudicaverat. presente roberto stratigone. ceterisque meis hominibus. Hoc autem fuit iudicium. Quandoquidem nullus potest cartis heremitarum contradicere. ergo ego notarius bonus iudico. quod veterani pergant super terminos harum terrarum. et quod inde diviserint et confirmaverint. et cartae dixerint. possideant libere fratres. sine contradictione alicuius hominis. Statim quatuor homines illius loci adfuerunt. qui super terminos perrexerunt. et diviserunt terram oliviani quae pertinet ad arsifiam. et parati fuerunt sacramento firmare. In hac vero divisione interfuit miles carbonellus. et leo catananz. haec sunt nomina virorum qui terminos terrae diviserunt. Arcu fusco cumtaira. arcu de arcumtissa. licatos de pantaleo. Ihoannes coxare. Termini autem terrae sunt hii. A monte de gasparina. incipit primus. terminus. et descendit super olivianum ad grossum terminum. et tendit ad montem qui contra est. ubi aecclesia sancti iuliani est. et inde ad moros quae sunt supra fontem. et vadit per mediam vineam papalicasti. sicut

An. 1098.

Digitized by Google

vallis incedit. et transit ad vineas super partem de vogesa. et vadit super fontem. et venit ad montem. et descendit ad domum de chucala. et vadit ad declivium de chelefo. Ego autem comes rogerius postquam audivi antiquas cartas et iudicium iam de ipsis terris ac vineis diffinitum. et rusticorum causam contra fratres nil iuris obtinere: in presentia Iohannis episcopi squillacensis et meae coniugis. Adelaidae. presente meo filio simone iam quatuor annorum existente precepi hanc cartam fieri. in qua laudo. et terram prout hic terminatur fratribus concedo. confirmoque quod in suo dominatu tantum obtineant. quod octo paribus boum arare sufficiat. de reliqua vero terra. suam iusticiam recipiant. Si quis vero meorum hominum. vel heredum. contra hanc cartam facere voluerit. perpetuo anathemate feriatur. Petrus de moritorio. huius cartae testis est. Robertus de laina. Toraldus. Carbonellus. Rainaldus. de clincampo. Ubertus de solona. Ego iohannes squillacensis episcopus hanc cartam confirmo et testificor et quicumque infregerit anathemate feriatur. nisi resipuerit. Ego rainaldus capellanus comitis. Rogerii. hanc cartam scripsi.

CCCCXCV.

An. 1098. Urbanus servus servorum dei dilectis in christo filiis. Brunoni. Lanuino. salutem et apostolicam benedictionem. Quia igitur nostri officii interest servorum dei quieti et commodis prout dominus posse dederit providere. petitionibus vestris filii in christo karissimi ac reverentissimi clementer annuimus. Per huius igitur apostolici privilegii paginam apostolica auctoritate concedimus. et firmam. et stabilem. et in perpetuum permansuram confirmamus donationem terrarum quae vobis datae sunt in squillacensi territorio et conscriptae et determinatae. et disignatae per terminos certos a dilecto nostro filio. Rogerio. comite. et iohanne confratre nostro squillatino episcopo concedente et confirmante. Viva preterea auctoritate precipimus. statuimus. et ea quae nobis est a deo concessa licentia interdicimus ut ab hac die in antea neque comiti ipsi nec alicui heredum suorum supradictam vestram donationem et hanc nostram confirmationem violare vel decertare in aliquo liceat. neque de his quae confirmamus aliqua se intromittat persona sine vestra volun-

Digitized by Google

tate quatinus omnipotentis dei speculationi mentibus liberis insistatis. et ad eius faciei dulcedinem ipso prestante pervenire valeatis. Si qua vero persona aut heres comitis..... *violaverit* nisi ad condignam venerit satisfactionem. eam honoris vel officii sui periculo subiacere decernimus. et a christi et aecclesiae corpore segregamus. aut in extremo examine districtae subiaceat ultioni sine intermissione et remedio. Conservantibus autem pax a deo et misericordia presentibus ac futuris seculis conservetur. Amen. Si vero tam legalis comes aut eius heres addere aliquid huic voluerit donationi. sub hac nostra confirmatione ratum esse statuimus. Datum salerni. mense septembri. Indictione VI. Anno ab incarnatione dominica M. nonagesimo. VIII.

Ego rainerius cardinalis subscripsi. Ego iohannes cardinalis subscripsi. Ego A. archiepiscopus Subscripsi. Ego amatus capellanus et sacerdos Subscripsi. Ego dominicus capellanus subscripsi. Ego constantinus caiacensis episcopus subscripsi. (Adest sigillum)





CCCCXCVI.

An. 1098.

† In nomine domini nostri ihesu christi. anno incarnationis eius millesimo nonagesimo octavo. Indictione sexta. Quoniam quieti et commodis fratribus religiose viventibus omnes condecet auxilium impendere. precipue tamen episcopos et religiosos viros auxilia sive protectiones impendere et subsidium portare. et beneficia offerre iustum est. placuit nobis videlicet. Giraldo. venerabili episcopo fratribusque meis canonicis Ingeranio archipresbitero. et Petro presbitero. et presbitero dominico. et presbitero Hermolao et Iohanne presbitero. et presbitero petro. Tibi tuisque successoribus Guarine. venerabilis abbas cenobii sancti laurentii iuxta adversam positi. Quicquid in acerrano episcopatu ecclesia tua detinet. Scilicet ecclesiam beati cononis. et ecclesiam sancti angeli. et ecclesiam sancti severini. et ecclesiam sancti laurentii. iuxta paludem positam et eisdem ecclesiis intus et foris pertinente sive per se. sive per suos. in terris et in rebus retinere vel habere concedere. permittere ad retinendum. et habendum adiuvare et defendere. et quecumque deinceps predicte ecclesie vel tu vel successores tui. in iamdicto episcopatu quocumque modo iuxte acquisiverit seu habuerit. promittimus ego prephatus episcopus. et iam nominati canonici nostrosque successores. episcopos et canonicos obtestamur in deo et per deum. et obligamus hoc idem agere. custodire et observare. Idest iamdictas ecclesias et res omnes sibi pertinentes tibi tuisque successoribus sancti laurentii abbatibus adiuvare. defendere. et secum habere. Quapropter ego. Giraldus. et omnes nos canonici. promittimus. obligamus et anathematis vinculo constringimus. ut si hec que scripta sunt in omnibus non observaverimus. vel adimpleverimus. non ut episcopi vel catholici. set ut mendaces. et promissi transgressores in conspectu dei et sanctorum angelorum quo..... et hominum indubitanter demittimus et habeamus. Quod si requisiti que transgressi sunt non compleverint et per penam anathematis nos nostrosque successores. condempnamus. et a presentis comunionis ecclesia abicimus et segregamus. Ideoque vos venerabilis abbas guarine. et fratres vestri quia cenobium sancti laurentii semper dileximus et diligimus et hec amore dei et vestrum hoc vobis concessimus et gratis permisimus. orationes et bo-

Digitized by Google

norum vestrorum omnium nos participes esse speramus. Placuit tamen nobis in obedienciae causa. et per vos. et per successores vestros amodo et semper aecclesiae genitricis dei semper virginis Marie per nos successores nostros per omnem annum in festivitate sancte Marie mense augusti debito more offeratis quinquaginta tarenos.

† Ego Giraldus episcopus acerranus subscripsi
† Ego Ingeranius archipresbiter subscripsi
† Ego Petrus presbyter subscripsi
† Ego dominicus presbyter subscripsi

CCCCXCVII.

† IN NOMINE: DEI: ETERNI: ET SALVATORIS: NOSTRI: IHESU: CHRISTI: Anno ab Incarnatione eiusdem. Millesimo Nonagesimo octavo. Indictione septima. Gloriosus Rex David spiritu sancto preventus narrabo inquid omnia mirabilia tua. Propter quod Ego ROGERIUS divina misericordia Comes Calabrie et Sicilie. notum esse volo omnibus fidelibus christianis. beneficia que michi peccatori concessit deus orationibus Reverendi viri fratris Brunonis piissimi patris fratrum qui habitant in Ecclesiis sancte Marie de heremo. et sancti prothomartyris Stephani. que site sunt in terra mea inter oppidum quod dicitur Stilum et Arenam cum essem in obsidione Capue kalendis Martii et prefecissem sergium natione grecum principem super ducentos armigeros nationis sue et exercitus excubiarum magistrum. Qui satanica suasione preventus Principi Capue promittenti auri non modicam quantitatem ad invadendum me meumque exercitum noctu aditum est pollicitus se prebere. Nox proditionis advenit. et Princeps Capue eiusque exercitus iuxta promissum est paratus ad arma. Dumque me sopori dedissem interiecto aliquanto noctis spatio astitit cubili meo quidam senex reverendi vultus. vestibus scissis non valens lacrimas continere. Cui cum in visu dicerem que causa ploratus et lacrimarum esset visus est michi durius lacrimari. Iterato querenti michi quis esset ploratus. sic ait. fleo animas christianorum teque cum illis. sed exurgens quantocius arma summe. si liberare te deus permiserit tuorum animas pugnatorum Hic per totum mihi videbatur ve- An. 1098.

Digitized by Google

lud si esset per omnia venerabilis pater Bruno. Expergefactus sum cum terrore grandi pro visione pavescens. Ilico sumpsi arma. clamans et Militibus ut armati equos assenderent visionem si vera esset satagens comprobare. Ad quem strepitum et clangorem fugientes impius sergius eiusque sequaces. subsequuti sunt principem Capue sperantes in dictam Civitatem confugium habituros. Ceperunt autem Milites inter vulneratos et sanos. Centum sexaginta duos. A quibus et visionem fore veram probavimus et rei geste scivimus veritatem. Reversus sum deo volente vicesimo nono Iulii Mensis Squillacium. post habitam Capue civitatem. ubi fui per quindenam continuam infirmatus. Venit vere ad me iam dictus venerabilis pater Bruno cum quatuor de fratribus suis. qui me sanctis devotisque colloquiis. consolati sunt. Cui Reverendo viro et visionem retuli et humiles egi gratias quod de me etiam absente curam in suis orationibus habuisset. Qui se humilians asseruit non ipsum fore quem credidi. sed dei angelum qui stat pro principibus tempore belli. Rogavi quoque ipsum humiliter ut pro dei amore in terra mea Squillacii summere dignaretur largos reditus quos donabam. Renuens ipse recipere dicebat. quod ad hoc domum sui patris meamque dimiserat ut a mundi rebus extraneus. deserviret libere deo suo. Hic fuerat in tota domo mea quasi primus et magnus. Tandem vix cum eo impetrare potui ut gratis acquiesceret summere modicum munus meum. Donavi autem eidem patri Brunoni eiusque successoribus ad habendum in perpetuum absque temporali servitio Monasterium sancti Iacobi de Muntauro. cum Castro quod est subtus dictum Monasterium. antiquitus constructum. Et Castrum ligneum situm in cacumine montis versus mare. qui mons per directum fabricati castri dessendit. Quod Castrum Belvidir a loci incolis nuncupatur. Et Casale sancte Marie. quod est ad ripam dicti montis. infer orientem et meridiem. Domum etiam meam cum vinea que Buctarium dicitur cum Buttis que in eadem domo sunt. que fuerunt Roberti Guiscardi fratris mei. et dedit mihi Rogerius dux karissimus nepos meus. Casalia Mentabri et Oliviani. et Gasparitiam ubi antiquitus Casale fuerat cum omnibus pertinentiis eorumdem. sicut hic divise scribuntur. Videlicet a terre coxari que est prope..... et dessendit inde ad tres fontes. et sic dessendit Vallonus usque charchisa. et inde assendit ad magnum terminum. et dessendit ad sanctum Nicolaum de arpedoni. ubi est petra cru-

Digitized by Google

ciata. et vadit ad aream condo. prope marofazolis. et ferit ad Montem callone et dessendit inde et vadit ad tritonam sancti Georgii qui est supra puzum. et inde vadit ad divisam pendedactili. et vadit divisa divisa eandem includendo culturam usque ad Mare. et extenditur in Mari. Mille quingentis passibus. Item sicut primo assumptum est ab eadem terra coxari que est prope crucem chariathi et venit via usque ad crucem que est subtus sanctum Helyam. et dessendit inde et ferit ad antiqum. et inde descendit et vadit ad divisam grossam usque ad sanctum Iulianum. et inde ferit ad locum ubi sunt duo Mori prope fontem qui est supra sanctam Mariam. et vadit via magna usque subtus Casale Oliviani. totum illud Casale claudendo et inde descendit vallatam per mediam vineam que fuit licasti et inde ascendit ad magnum terminum et ferit ad Buchissa. ubi fuit quidam terminus. et vadit ad fontem qui est prope Monticellum. et inde ad domum zoccali. et vadit ad locum ubi fuit domus chelefii subtus sanctam veneram. et vadit per siccum vallonem usque ad mare. et intrat in mari. Mille quingentis passibus. Omnia enim quecumque infra hos sunt terminos tam Vassallos qui in dictis Casalibus habitant nunc. quam qui habitaturi sunt preter si personali. servitio alicui Baronum meorum. eorum aliquis teneatur. tui iuris tuorumque fratrum tibi succedentium pater Bruno esse concedo. Concedo etiam ut recommendatos habeas tu et successores tui. tam de Comitatu meo Calabrie et Sicilie. quam extra undecumque sint. excepta causa superius nominata. Habitationes Casalium tibi successoribusque tuis quandocumque volueritis commutare licebit. Et ectiam ipsum Monasterium sancti Iacobi quod donavi. et omnia in eadem et de eadem terra facere. quae ego facere potui cum licebat. Nemini infra has divisas licebit aliquid suum proprium dicere vel habere. cum omnibus qui inibi possessiones habebant voluntarium excambium dederim satis gratum. cui terras cui denarios quibusdam vero quia villani erant perpetuas libertates. Preter tenimentum tantum quod est matris ecclesie Militensium. et est iuxta Gasparitiam. Multe infra has divisas terre sunt que ad te pater Bruno spectant. et successores tuos. quas eum Arsafia dedi maiori ecclesie vestre tempore dedicationis ipsius. Nullus infra has divisas aviare venari aut in Mari piscari audeat sine dictorum fratrum consensu. et de hiis omnibus dicti fratres. habeant iura sua. pascua sumere sive glandes ligna incidere. aquas divertere. fo-

*

Digitized by Google

restas habere vel prata nec quicquam omnino in hiis terris contrafacere vel venire occasione alicuius consuetudinis pretextu nobilis vel Baronis. aut ab eis sive Vassallis et Villanis eorum tam eorum qui sunt quam quos habituri sunt. aut recommendatis aliquid exigere servitii temporalis. nec eosdem vassallos et villanos cogere ut communitates habeant aliquas cum terra squillacii aut seberati. vel Casalium eorundem. sed in solida tibertate et ipsorum fratrum usus et dominium preserventur ad perpetuos habituros. Et in Mari iuxta terminos quos taxavi. ius omne habebunt. quod et ego habui temporibus retroactis. Ad peticionem fratris Ianuini hic iussi apponi terminos Casalis Arunchi et tenimenti sui. quod ab antiquo pertinet ad Arsafiam et hee divise. A flumine Grizii ex superiori parte Molendini prionisti sicut assendit serra usque ad locum qui dicitur erica. ubi est Vinea spano. et vadit ex transverso ad divisam esditu. et dessendit ad flumen arunchi. et sic assendit illud flumen casalis et ferit ad locum qui dicitur selima. et assendit ad divisam grici attici. et assendit ad locum qui dicitur chonesmata et dessendit ad fontem qui dicitur chalcon. et vadit via usque ad locum qui dicitur placa supra pantanum coxari. et transit ad aquam frigidam que est in divisis azolini et culture Mentauri. et transit ad locum qui dicitur chrima. et ferit ad locum qui dicitur osisi. et vadit ad flumen grizii. et ascendit vallonus siccus usque ad divisam Buccafurri et vadit ex transverso ad culturam que dicitur de Caria. quam claudit et vadit inde ac ferit ad culturam tondam..... et transit ad castaneum quod dicitur thamasto. et ferit sursum ad magnum terminum qui est supra petri et descendit ad locum qui dicitur catarracti et ad locum qui dicitur terrata. et descendit vallonus et ferit ad flumen grizii. et descendit flumen usque supra molendinum..... unde inceptum est. Dedi ectiam eidem patri Brunoni et successoribus suis Viridiarium sancti Nicolai quod proprium tenebam in manu mea. Dedi ectiam eisdem hereditatem Calogerici villani mei qui..... fuerat sine lingua et filiis. et vassallos et villanos in eodem casali commorantes et cum libertate et usu tranquillo quo sunt et alia loca superius condonata et per meam voluntatem liberata ab omni iure servili tam ad dictos fratres quam ad vassallos recommendatos et villanos omnique libertate gaudebunt in isto loco qui Arunchum dicitur. et omnibus locis qui coniungi valeant. et divisis quos deo volente habituri sunt, seu villanis domi-

Digitized by Google

nis et fidelibus christianis qui in locis scriptis superius..... ipsos previdi Dono quoque tibi patri Brunoni et successoribuis tuis in perpetuum meum Molendinum et fullonem que sunt subtus squillacium iuxta fontem qui dicitur de *Alexi*..... libertate et immunitate ut nemini teneamini pro eisdem nec michi aut successoribus meis. Ab ipsa mea flomaria possetis totam aquam assummere et posicionem aqueductus Molendini et fullonis in ipsa terra mea si volueritis in melius commutare. absque contradictione aliqua hominis alicuius *et* mea vel successorum meorum. Et de aquis que in terra vestra sunt. omne beneficium faciatis ad vestre arbitrium voluntatis. Dono ectiam tibi patri Brunoni et successoribus tuis in servos perpetuos et Villanos Centum duodecim lineas servorum et villanorum. eorumque filios in perpetuum ubicumque interea morentur. cum omnibus bonis eorum. quos ad tui et tuorum successorum obsequia reservavi. qui inventi sunt apud obsidionem Capue in prodicionis consorcio sergii pestilentis. Hos morti obnoxios. in reversione mea squillacium. servaverim diversis mortibus puniendos. sed tuis postulationibus liberatos filiosque eorum tibi et successoribus tuis obligo et filios filiorum in eternum servos perpetuos et villanos. Ad Beate Marie et protomartyris Stephani personalem et perpetuam servitutem. Insuper concedo ad petitionem tuam frater Ianuine. quod animalia vestra vestrorumque vassallorum recommendatorum et villanorum per tenimenta terrarum et locorum circumadiacentium libere pasci possint. et per omnia mea nemora glandes habere. Hoc privilegium scriptum est secundo Augusti. Anno ab Incarnatione domini Millesimo Nonagesimo nono. Indictione septima per manum fulconis Cappellani mei. apud squillatium in Cappella sancti Mathei. presente et confirmante Venerabili et sanctissimo patre Iohanne Squillacensis sedis Episcopo. residente ibi iuxta fores ecclesie. Et concedente Adelayde Comitissa coniuge mea. Residentibus quoque mecum et testibus huius donationis Rodulfo Comite de Lorotello nepote meo. Guillelmo de altavilla. Otone bono Marchisio. Iosberto de luciaco. Borrello. Malgerio filio meo. Malduito Berengerio. Niello de ferlit. Riccardo. de treveris. Rodulfo pain e vin. Huberto de selona Renaldo de chincamp. Robberto de cuculo. Ermenfredo Capellano de sancto Matheo. Robberto de layna. stratigoto ville. Basilio protopathario. Theodoro Manchino. Nullus contra hanc voluntariam donationem meam et desideratam

Digitized by Google

presummat in aliquo minimo vel magno aliquid facere vel dicere. Si quidem si fuerit rusticus vel Burgensis curiam meam siquid ipse habuerit habituram credat de rebus mobilibus. Et nichilhominus ipsis fratribus decem auri libras persolvet et eorum fratrum dampna siqua perpessi fuerint de illorum maleficum bonis reficient. si accusatus fuerit et convinctus. Quod si Miles aut Baro ducentas auri libras persolvet successorum meorum curie sive mee. Quod si in tantum non habuerit eius mobilia omnia mea erunt. et eisdem fratribus nisi satisfecerit condigne quinquaginta libras auri persolvet. Nec michi aut successoribus meis de omnibus que libere per me data sunt. liceat in antea aliquid innovare facere vel contradicere in aliquo parvo vel magno. Quod si ego quod absit aliquando vel successores mei contrarium faceremus in aliquo magno vel parvo in omnibus suprascriptis. Iram sempiterni dei et Beate Marie et beati prothomartyris Stephani incurramus. Et isdem pater Iohannes Episcopus ad peticionem meam contra tales in maiori eius ecclesia omni presente populo et istis qui supradicti sunt testibus anathema gravissimum promulgavit. Conservantibus autem comunionem sanctorum. Meritum bonum. a deo patre nostro et domino Ihesu christo. Amen. Amen. Amen..

† Rogerius Comes. Adelais comitissa.

† Guillelmus de altavilla

† Odo bonus Markisius.

† Niellus de ferlit

† Rodulfus Comes de Lorotello.

† Iosbertus de luciaco.

† Malgerius filius comitis Rogerii.

† rodulfus pain e vin

† Riccardus de Treveris.

† Ego fulco domini Comitis Rogerii Cappellanus de mandato eius hoc privilegium scripsi et me subscripsi.

Digitized by Google

CCCCXCVIII.

† In nomine Sancte et individue trinitatis anno ab incarnatione domini nostri iesu christi millesimo nonagesimo nono et octabo decimo anno regnante domino alexio imperatore mensis magii septima indictione Ego Goffredus dei omnipotentis misericordia inclitus comes dominator civitatis monopolis Consideravi ad salutem et remedium animae meae de propriis facultatibus et michi pertinentibus dare venerabilibus locis et ecclesiis deo dicatis ut regnum sempiternum possim acquirere et vitam possidere eternam pro itaque ratione cum affecto magno desiderio per fustem et per hunc scriptum offero atque trado ecclesie sancti nikolay que sita est in pinna inter prephatam civitatem una lama et terre que sunt seras istius civitatis super ecclesia sancti petri qui cognominatur beterani subter montis et super montis omnia quas pertinuerit michi per murtizzu. de maraldo filio viti et de filii pappacilicio qui per plurimos annos exierunt de nostra civitate et iam non sunt reversi ad hereditandum eorum hereditatem absque ipsa integra parte de iampredicta lama que est de godelferio filio laiti terre mee. nam aliud totum in prephata dei ecclesia offerui et dicimus fine eadem lama primus finis a parte maris est via publica. secunda parte a pars boree parti mee cum curtis et griptis que sunt iuxta curtis et griptis de eodem godelferio de tertia parte a pars montis est parte de predicta lama nominato godelferio quarta autem finis a parte austri sunt pentime et ortu et muda hec omnia trado in predicto monasterio cum trasitis et exitis suis cum olivis et tramitis aliis et arboribus cum aquareis et puteis cum omnibus infra se abentibus usque ad vie publice absque trasita et exita bie lame parte nominato godelferio. Recipiente mea offertione vice huius monasterii domino Gibaldo monacho preposito qui rectorem nunc videtur esse ipsius locis una cum adbocatore suo prephato godelferio per integrum ego qui supra comes offerui et omnia in predicto monasterio quod super se tradidi ad abendum et dominandum et possidendum et omnia quod utilem fuerit huius ecclesie faciendum Sine omni contrarietate mea qui supra comes meorumque successorum vel heredes qui hunc brebe offertionis disrumpere voluerint omni divina maledictione subiaceat sub iugo anathematis et pro firmitatis

An. 1099.

Digitized by Google

causa hunc nostrum scriptum offertionis propriis manibus nostris signum sancte crucis signavi et cum meo tipario plumbeo cartula ista feci bullari et precepi testari Iannoccarus iudex nostre curie Leoni et maior iudicibus et scribere per manus troccici mei notarii qui interfuit

† Signum proprie manus maeae Qui Supra Goffredus Inclitus Comes.
† Iudex prescriptus Iannoccarus adprobad istud.
† leonis civitatis monopolis iudex qui supra ego
† Maior Iudex qui supra ego

Digitized by Google

CCCCXCIX.

† In nomine domini dei Salvatoris nostri Ihesu Christi. Imperante domino nostro elexium magno Imperatore anno nohno decimo: sed et iohannes eius filius porfilogenito magno Imperatore anno hoctabo: die vicesima secunda mensis februarii indictione octaba neapoli: Definibi ego iohanne qui nominatur caballu demone qui super nomen da muru. portararo de illa porta noba qui dicitur de domino urso tata: et vos videlicet domino iacobo. venerabili igumeno monasterii sanctorum sergii et bachi qui nuc congregatum est in monasterio sanctorum theodori et sebastiani qui appellatur casapicta situm in biridiarium. vos. autem una cum cuntas congregationes monachorum memorati sancti et venerabilis vestri monasterii. de intentione que inter nos abuimus unde vos quesibi dicendo pars mea. abersus vos: ut vos et antecessoribus vestris per consuetas et per consstummi manducare et bibere dabitis. at duos omines: pro porta rari. ex ipsa porta. per omni annuo. at prandium per festibitatem sancti sebastiani: volo ut sic nobis faciatis: et pars vestra dicebat. ut ita non exet: set vos et antecessoribus vestris. et memorato vestro monasterio: manducare dabitis. ad unum omine portararium ex ipsa porta per omni anno in memoratam festivitatem sancti sebastiani: de qua multa. altercationem exinde inter abuibimus et perreximus exinde in pubblici allege. et iudicatum fuit exinde inter nobis ut faceretis iurare unu omine memorati vestri monasterii. michi et dicere: ut vos et antecessoribus vestris: per omni annuo sancti sebastiani at prandium manducare dabitis ad unu omine portararium ex ipsa porta: et ego ponere vobis una cum consensu de cuntos domminiis ex ipsa porta. qui illa. detinet at pubblici potatestatem. chartula securitatis: et qui perrexit ego at memoratis dominiis ut ego cum illorum consensu facere memoratam securitatem: et noluerunt ibidem consentire: propter quod inter se intentionem abent de memorata porta: et tuc retornabimus coram ipsi iudices pubblici: et taliter aderecetabimus et dum ipsi iudices taliter illut audissent tribuerunt exinde inter nobis oc iudicium: ut ego ponere vobis exinde taliter anc chartulam promissionis recetatiba: ut inferius dicimus.

An. 1100.

Digitized by Google

ut amplius exinde inter nobis causatio non fiat: proinde et ego memorato iohanne qui vocatur caballu demone qui super nomen damurum portararium de memorata porta que nominatur noba de iamdicto domino urso tata. pro eodem iudicio et per anc chartulam promicto et affirmo vobis memorato domino iacobo venerabili igumeno memorati monasterii. vos autem una cum cuntas congregationes monachorum memorati sancti et venerabilis vestri monasterii. quia numquam presummo ego aut posteris meis qui in memorata porta. portarari. accenserint: neque abeamus licentia. aliquando tempore vos vel posteris vestris aut memorato sancto et venerabili monasterio vestro: exinde querere aut molestare per nullum modum: nullamque adimbenta ratione: nec per summissa personas. a nuc et imperpetuis temporibus: set vos et posteris vestris. per omnia annuo. In ipsa festibitatem sancti sebastiani at prandium. manducare et bibere dare debeatis. unum omine portararium. ex ipsa porta domini ursi tata: et amodo et in antea quobis tempore nec ego nec posteris meis vobis vel ad omminibus et at peculias ipsius vestri monasterii. aut at posteris vestris. qualecumque contrarietatem vel inbasione aut anteparata facere non debeamus ad ipsa porta ad entrare et ad escire. per nullum modum imperpetuum Insuper et si quabis personas vos vel posteris vestris vel memorato vestro monasterio quesiverit de ipsum unde superius vobiscum definibi per quobis modum per nullum modum nos vel per posteris nostris aut pro memorata porta. tuc ego et posteris meis vobis vestrisque posteris et ad ipso vestro monasterio eos exinde desuper tollere et tacitos facere debeamus asque omni vestra vestrisque posteris qualibet damnietatem et asque omni data occansione Iterum per anc chartulam promicto et affirmo vobis quia numqua presummo ego aut posteris meis vobis vestrisque posteris vel ad ipso vestro monasterio. aut ominibus ex ipso monasterio qualecumque dationes. aut portaticas vel qualecumque causa pro memorata porta. querere non debeamus per nullum modum imperpetuum: excepto at memoratu unu portararium que ad eum manducare et bibere dare debeatis at prandium in ipsa festibitatem ut super legitur. quia ita nobis iudicatum est: Si autem aliter fecerimus de is omnibus memoratis per quobis modum aut summissa personas tuc compono ego et posteris meis vobis vestrisque posteris auri so-

Digitized by Google

lidos centum bitianteos: et ec chartula ut super legitur sit firma scripta per manus gregorius curialis per memorata indictione † hoc signum † manus memorati iohannis portarario quo qui memoratos ab rogatus pro ei subscripsi †

† ego sergius filius domini sergii testi subscripsi †

† Ego petrus Curialis testis subscripsi †

† Ego iohannes Curialis: testis subscripsi †

† Ego gregorius Curialis: Complevi et absolvi per memorata indictione †

D.

† Nos in dei omnipotentis nomine Secundus Richardus divina ordinante clementia Capuanorum princeps. ad salutem et remedium animarum principum Richardi scilicet avi et Iordani patris nostri. et ob statum nostri principatus. Damus. Concedimus et Confirmamus in monasterio Sancti Laurentii levite et martiris christi. sito prope muros nostre aversane urbis. cui dominus Guarinus venerabilis abbas preest. quendam fabricatorem Constantinum nomine cum filiis suis et rebus omnibus eis pertinentibus ut a modo et deinceps. servientes in predicto monasterio cum prephato domino Guarino abbati eiusque successoribus pro parte predicti monasterii. in perpetuum. omne servitium. et censum. et dationes. que nostre parti publice facere et solvere soliti sunt Remota omni inquietudine. Contrarietate et molestatione omnium principum successorum nostrorum vel viceprincipum. Comitum. vel vicecomitum. Iudicum. Sculdahorum. Castaldeorum. aliorumque omnium mortalium hominum. Quod si quis diabolica suasione compulsus hoc scriptum violare. irritumve facere presumpserit. quinque libras auri purissimi persolvat. Medietatem in predicto monasterio. et prephato domino Guarino venerabili abbati suisque successoribus et eiusdem monasterii rectoribus atque custodibus et medietatem nostro sacro palatio. Solutaque pena librarum. hec nostra datio. concessio. ac confirmatio. firma munita. atque inviolabilis maneat in perpetuum et ut hoc principale scriptum. firmius credatur. et dili- An. 1100.

Digitized by Google

gentius ab omnibus observetur. Manu propria. illud corroboravimus et nostri sigilli impressione iussimus insigniri.



Ex iussione prephate serenissime potestatis. Scripsi EGO QUIRIACUS iudex in anno dominice incarnationis. M. centesimo. et vicesimo anno principatus prephati domini Richardi gloriosi principis capue. Datum Capuam Mense iunio per octavam indictionem.

Digitized by Google

DI.

ANNO AB INCARNATIONE DOMINI. MILLESIMO. CENTESIMO. INDICTIONE VIII. VIII. KALENDAS SEPTEMBRIS. An. 1100.

Domino paschale Secundo papa apud Salernum in palatio archipresulis eiusdem civitatis residente cum suis cardinalibus et aliis episcopis et abbatibus multisque alterius ordinis. tunc ego Guarinus cenobii Sancti Laurentii de aversa quamvis indignus abbas ante eiusdem domini papae presentiam Super Caiazano episcopo nomine constantino proclamationem feci de aecclesia Sanctae Crucis quae Sita est in territorio caiazano quam ipse presul invaserat. Ille vero meliorem quam potuit responsionem dedit. Quibus vero auditis dominus papa consilium adiit cum quibus placuit et dignos esse iudicavit. Denique post consilium ad sedem rediens Sententiam convenientem dedit. non aliam nisi eandem quam beatae memoriae Urbanus Secundus papa prius inter me et ipsum presulem caiazanum docuerat. ante cuius presentiam de eadem aecclesia sepius proclamando multa Sustinui. Sententia itaque talis fuit. quod Si duo monachi Sancti Laurentii iureiurando monasterium nostrum accepisse aecclesiam Supra memoratam sine pretio ante illud concilium in quo venerabilis Gregorius Septimus papa decrevit. et preceptum dedit ut nullus deinceps de manu laicorum aecclesiam accipere presumeret: tunc cenobium Sancti Laurentii supra dictam aecclesiam haberet et in perpetuum possideret. Quo iudicio digne et laudabiliter promulgato. mox duo ex monachis nostris adfuerunt. videlicet unus domnus augustinus religiosus abbas. alter vero domnus Guillelmus de claromonte Sacramentis affirmantes ut superius a domino papa iudicatum est. Postmodum vero iustitia cogente ipse suprascriptus caiazanus episcopus ante presentiam domini papae aecclesiam Sanctae crucis cum omnibus suis beati laurentii monasterio refutavit et reddidit presentibus cardinalibus. Oddone Scilicet ostiensi episcopo. Brunone Segnensi presule. Alberto placentino. Teuzone. Rotberto parisiensi. Pagano diacono lateranensi. Preter hos Roffredo archipresule beneventano. Alfano Salernitano archiepiscopo. Rogerio cannensi pontifice. et religiosis abbatibus. Domno Petro cavensi. Madelmo Sanctae Sophiae.

Digitized by Google

DII.

An. 1100. † Quoniam humana fragilitas. In quibusque delinquit. assidue ad nostra redimenda delicta. Ego Boamundus. princeps domini Boamundi. celebris memorie antioceni. principis filius. pro salute mea et remedio animarum patris et matris mee. do concedo atque confirmo in monasterio beati laurentii. levite et martiris christi. site site prope aversanam urbem et tibi dopno Guarino Venerabili abbati ipsius. Monasterii. sanctum Petrum de lacu Iohannis situm in tenimento horie cum toto tenimento suo. cum toto territorio suo terrarum culturam et incultarum et vineis per hos videlicet fines. a parte orientis terra matris Ecclesie Orie. ab occidente tenimentum terre Radostami ab austro tenimenta terrarum memorati Boamundi principis a borea via puplica comunis. in qua Ecclesia et tenimento terrarum nullus laborare. vel intrare presumat absque licencia dicti abbatis vel prioris sancti petri predicti. Concedimus ut omnia suprascripta semper sint libere et in dominio et potestate tam dicti monasterii. et abbatis et successorum suorum quam parti ipsius monasterii. et predictus dopnus Guarinus abbas et succexores sui. licentiam et potestatem habeant de supradictis. terris sicut per fines superius indicatum est. Vineas oliveta et alia pomifera pastinare edificare laborare. et omnia que voluerint facere sicut veri domini domini et patroni. Insuper concedimus. atque confirmamus ut homines qui in ipso tenimento. habitare voluerint vel edificare potestatem et licentiam liberam vós dictus abbas seu ipsius sancti petri prior. ipsos homines si volueritis affidare. et neque a nobis vel a nostris succexoribus. aut a nostris stratigotibus. Iudicibus strumarchis. Vicecomitibus. platearíis ministrialibus nostre domus seu a quibuscumque nostris officialibus affidaturam plateaticum. vel aliquod datum tollant ab ipsa vel stantibus in tenimento ipsius tollant vel aliquam angariam quibuscumque locum predictum tenentibus. vel ibidem stantibus. fieri fieri faciant vel inponant. Siquis autem cuiuscumque fuerit dignitatis. hanc nostram donationem concexionem et confirmationem. ausu temerario violare presumpserit iram dei et sanctorum omnium nostramque exequatur et centum mee camere aureos. totidemque eidem componat Ecclesie firmo hoc scripto manente Quod manu mei notarii Berengarii. scriptum meaque subscriptione firmatum. et mea Plumbea

Digitized by Google

Bulla. mei supradicti Boamundi principis. Bullatum. Anno Incarnationis dominice millesimo Centesimo Indictione Quintadecima :

† Signum manus mee Boamundi domini Boamundi Antiocheni principis filius :

† Signum manus mee Guillelmi filii david Comestabuli domini Boamundi qui hoc probo :

† Signum manus mee hugonis filius langenlotti qui hoc firmo

† Signum maiore Iudex

† Signum manus mee Goffredi qui hoc testor

† Ego Iohannes mimarcha testis sum

† Signum manus mee huberti domini Boamundi prothocamerarii. qui hoc firmo.

† Ego Rogerius Iudex testis sum † Constantinus.

† Signum sancte Crucis manu mea hugo de Arenga.

† Signum sancte Crucis et manu mea Gervasius

† Signum sancte Crucis Guillelmus flamingus.

† Signum sancte Crucis et manu mea Rogerius pomerota :

Digitized by Google

DIH.

An. 1100. † In nomine sancte et individue trinitatis patris et filii et spiritus sancti. Anno ab incarnatione domini millesimo centesimo Indictione octava. domino paschale romane sedis antistite. Ego Rogerius filius Riccardi filii neudonis verbis domini et salvatoris nostri ihesu christi ammonitus dicentis in evangelio. Thesaurixate vobis thesauros in celo ubi nec erugo nec tinea demolitur. et ubi fures non effodiunt nec furantur. et prophete. Spera in domino et fac bonitatem et inhabita terram et paceris in deliciis eius. secutusque vestigia patris et avi mei multorumque aliorum antecessorum meorum concedo et offero deo et sancti laurentii Monasterio de aversa et domino Guarino venerabili abbati suisque successoribus Monasterium sancti Felicis situm in territorio castri geldonis cum omnibus ecclesiis sibi subiectis. et cum universis que ad presens possidet. et in futuro acquisiturum est. scilicet villanis animalibus cunctis terris. vineis silvis ad possidendum et utcumque voluerit fruendum. in perpetuoque habendum pro redemptione anime mee et pro salute patris mei Riccardi omniumque parentum meorum. cum consensu et voluntate mee coniugis. ut predictum monasterium sancti laurentii possideat omnia que supra dicuntur. ita ut a me vel ab heredibus meis vel ab alia aliqua persona nullam *vim et molestiam* sustineat sed habeat ea quiete omni remota inquietudine. Similiter concedimus et confirmamus predicto monasterio Sancti Laurentii. Monasterium sancte marie quod est positum iuxta civitatem que vocatur circe maior. quod pater meus eidem cenobio cum ecclesiis sibi subditis. et omnibus suis pertinentiis. Eodem modo ecclesiam sancti altissimi damus et confirmamus. Que monasteria cum omnibus que habent vel habitura sunt. protegere adiuvare et defendere curabimus ego et mei heredes. Quod si quis hoc beneficium a me datum et confirmatum pro anima mea parentumque meorum Monasterio sancti laurentii et abbati supradicto suisque successoribus et fratribus ibi deo servientibus dissolvere. aut perturbare vel iniuste reclamare perversitate sua ausus fuerit et hanc confirmationem nostram factam presentibus baronibus meis qui subter scripti sunt. perturbare iniuste presumpserit. quinquaginta libras auri solvat.

Digitized by Google

medietatem nostre curie. et medietatem sancti laurentii monasterio. et hoc scriptum inviolabile et firmum in perpetuum maneat.

† Ego Rogerius filius Riccardi qui feci subscripsi et quod scriptum est confirmavi

† Ego Hugo ridellus vidi et interfui et testis sum.

† Ego Stephanus de insula vidi et testis sum.

DIV.

† In nomine Sancte et Individue trinitatis anno ab incarnatione domini nostri ihesu christi millesimo centesimo. et nonodecimo anno. Regnante domino alexio Imperatore mensis februarii octavam indictione Ego Goffredus gratia dei omnipotentis Inclitus Comes dominator civitatis monopoli Consideravi omnipotentis dei misericordia et salute anime maeae meorumque parentum de propriis facultatibus et michi pertinentibus dare venerabilibus locis et ecclesiis deo dicatis ut regnum sempiternum possim acquirere et vitam possidere pro hac itaque ratione cum affectu magno desiderio per fustem et per hunc scriptum offero atque trado ecclesie sancti nikolay que sita est intus ista civitate in ipsa pinna. Hoc sunt enim terre super ipsi montes in loco qui dicitur acquarulo quas pertinerunt michi pro murtizzo a parte Romualdo protospathario ex civitate baro et sunt terre ipse ab ipso Turone in omni facie miliario uno usque ubi fecimus ipse Signede Integrum ego qui supra comes offerui hec quas predixi terre in prephata ecclesia sicut super diximus ad semper eodem monasterio et eius rectorem abendum dominandum et possidendum et faciendum exinde omnia qualiter eorum voluntatis fuerint Una cum superioribus subterioribusque suis cum trasitis et exitis suis cum omni utilitate de rectore huius ecclesie usque ad vie publice cum aquarie et putee et omnibus infra se abentibus. Recipiente meam offertionem nunc huius monasterii domino Gibaldo priore qui rectorem nunc videtur esse ipsius locis Una cum adbocatorem suum Godelferio filio laiti trumarchi et qui hunc brebe offertionis disrumpere voluerint omni divina maledictione subiaceat sub iugo anathematis. et pro firmitatis causa hunc scriptum nostrum offertionis propriis ma- An. 1100.

Digitized by Google

nibus meis Signum sancte crucis Signavi et cum proprio meo sigillo meo nomine continente ad plumbeum feci bullari et in ea precepi testari Iannoccaro Iudex nostre curie Florvaldus Iudex et Leonis Iudicis et scribere per manus troccicus notarius qui interfuit

† Signum proprie manus meae qui supra Goffridus Inclitus comes.

† Iudex prescriptus Iannoccarus adprobad istud.

† FLoRvaldus Qui Supra Monopolitanus Iudex Hoc quod Super est firmo.

† leonis civitatis monopoli Iudex qui supra ego

Digitized by Google

DV.

† NOS saecundus Richardus divina ordinante clementia Capuanorum princeps. Notum facimus universis filiis sanctae et Catholice aecclesiae. Quoniam ob salutem et Remedium animarum principum. Richardi. scilicet avii. quam et Iordani patris nostri. ac ob statum nostri principatus. In monasterio puellarum Sancti Blaxii. Constructo prope murum nostrae aversanae urbis. subdito videlicet monasterii Sancti Laurentii In quo dominus Guarinus venerabilis abbas preest. In perpetuum damus. tradimus. Concedimus et per hoc videlicet principale scriptum. Confirmamus. decem. petias de terra quae olim fuerunt Siconis ministerialis et sunt in finibus lanei: ex quibus prima et Secunda petia sunt in loco ubi dicitur ad fractam. Prima vero petia hos habet fines. Ab uno latere. est finis terra heredum domino stephano malfride. sunt inde passus. sexaginta. Ab alio vero latere. est finis terra quam olim predicto monasterio sancti blaxii dedimus et Concessimus. sunt inde passus sexaginta et quinque. et abinde sicuti vadit usque in viam publicam. sunt inde passus triginta et quinque Ab uno capite. est finis terra maraldi tusciae sunt inde passus triginta. et quomodo revolvit iuxta terram predicti maraldi. sunt inde passus viginti et septem. Ab alio capite. est finis terra Isembardi. sunt inde passus decem et septem et medium. Secunda petia ibique est et hos habet fines. Ab uno latere. est finis terra Sassi matrone et fratrum eius Ab alio vero latere. finis via publica. sunt per unumquodque latus. passus Sexaginta et quinque Ab uno capite. est finis in terra de herede falconis gaglarde. sunt inde passus viginti. Ab alio vero Capite. est finis terra quam olim in eodem monasterio dedimus et concessimus. sunt inde passus decem et septem. Tertia petia est ad Casoriam habetque hos fines. ab uno latere est finis in terra iohannis alghisi et petri fratris eius. Ab alio vero latere. est finis in terra Sassi matrone. et fratrum eius sunt per unumquodque Latus. passus quinquaginta et septem. Ab uno capite est in terra adenulfi clerici. Ab alio vero in terra filiorum paldi medici. sunt per unumquodque caput passus sex minus pedem unum. Quarta vero petia est in loco qui dicitur trasolfu et hos habet fines. Ab uno latere. est finis terra heredum iohannis de falco. Ab alio vero latere est finis

An. 1101.

*

Digitized by Google

subscripta petia. sunt per unumquodque latus. passus quadraginta et octo. Ab uno capite. est finis in terra aeoclesie Sanctae dei genitricis virginisque Mariae maioris. Ab alio vero Capite est finis superscripta petia de terra de predicta hede iohannis de falco. sunt per unumquodque Caput. passus decem et septem. Quinta petia in eodem loco est. et hos habet fines. Ab uno latere. est finis subscripta petia. et finis terra heredum iohannis falki. sunt inde passus septuaginta et quinque Ab alio vero latere. est finis in terra predicte aecclesiae Sancte dei genitricis et virginis. Marie. et terra iohannis sadi. et finis terra predicti monasterii. sunt inde passus sexaginta et octo. Ab uno capite. est finis terra predicte ecclesiae. Sancte. Mariae. sunt inde passus quadraginta. Ab alio vero capite. est finis prescripta petia de terra et finis terra predicti monasterii. sunt inde passus quadraginta. et tres. Sexta petia ibique est et hos habet fines. Ab uno latere. est finis terra predicti monasterii. sunt inde passus octoaginta. Ab alio vero latere. est finis in terra predicti monasterii. et finis terra iohannis mignocte et fratrum eius. et finis terra sancti angeli. et terra heredum de manso. et finis superscripta petia. sunt inde passus similiter octoaginta. Ab uno Capite est finis in subscripta petia. sunt inde passus viginti. Ab alio vero capite est finis terra heredum cuiusdam iohannis sadi. et finis suprascripta petia de terra. sunt inde passus viginti et unum. Septima petia ibique est. et hos habet fines. Ab uno latere. est finis via publica. Sunt inde passus quadraginta. Ab alio vero latere. est finis subscripta petia. sunt inde passus quadraginta et tres. Ab uno Capite. est finis in terra. heredum cuiusdam mansi. sunt inde passus triginta et sex. Ab alio vero capite. est finis in terra iohannis mignocte et fratrum eius. sunt inde passus quadraginta et duos. et ab inde revolvendo. et mensurando intersicum iuxta terra heredum iohannis sadi sunt inde passus quindecim. Octava vero petia ibique est. et hos habet fines. Ab uno latere. est finis in terra predicti iohannis mignocte et fratrum eius. sunt inde passus triginta et novem. Ab alio vero latere. est finis in terra predicti monasterii sunt inde passus similiter. Ab uno capite est finis in terra heredum cuiusdam iohannis de falco. Ab alio vero Capite est finis terra petri cicini. et terra littefridi. sunt per unumquodque caput. passus. viginti et.... Nona petia ibique est et hos habet fines. Ab uno latere. est finis terra heredum iohannis sadi. sunt inde passus triginta et septem. Ab alio vero latere est finis in terra

Digitized by Google

iaquinti. sunt inde passus triginta et novem. Ab uno Capite est via publica. Ab alio vero in terra heredum littefridi. sunt per unumquodque Caput. passus octo. Decima vero petia ibique est. et hos habet fines. Ab uno latere. est finis terra predicti monasterii sancti laurentii. Ab alio vero. in terra sanctae Mariae. sunt per unumquodque latus. passus viginti et septem. Ab uno capite. est finis terra heredum landonis lucie. sunt inde passus quindecim. Ab alio vero Capite. est finis terra Iacuni. Sikenulfi. sunt inde passus quattuordecim. mensurate omnes predicte petie de terra ad passum landonis seniori gastaldei. Concedimus quoque iterum et confirmamus per hoc principale scriptum in perpetuum in predicto monasterio Sancti blaxii septem petias de terra quae fuerunt cuiusdam gemme caphare. in finibus lanei. et duodecim petias de terra quae fuerunt Iohannis pandulfi ministerialis et sunt in finibus lanei in ipsis locis quos in precepto continet quod inde exinde fecimus. ad eundem monasterium. per fines et mensura. cum omnibus inferioribus ac superioribus earum omni modo qualiter in ipso precepto descriptum est. Concedimus quoque et confirmamus iterum in predicto monasterio. due petie de terris. ex quibus prima est ad campu et secunda ad campu bunituli. quas Guilielmus pinzone nostro concessu in predicto monasterio offeruit. Quam et per interventum Goffridi de ponte indulfi. et ihonis filii ermenioth. per hoc videlicet principale scriptum in perpetuum. in predicto monasterio Sancti blaxii Concedimus. ac confirmamus. terri filius cuiusdam martini fasane cum fratribus eius et filiis. et cum decem modios de terra quae habent in terra leburie. in loco ubi dicitur ducenta. qualiter. predictus ihon in predicto monasterio pro anima parentum suorum et suam salutem optulit. Haec omnia prescripta qualiter hic supra sunt adnotata. cum omnibus inferioribus ac superioribus earum: et cum viis in omnibus predictis terris intrandi et exeundi. et qualiter hic et in alio precepto continere dinoscitur. Nos prenominatus Secundus. Richardus. capuanus princeps per hoc principale scriptum in perpetuum. in prephato monasterio Sancti blaxii. damus. tradimus. concedimus. ac Confirmamus. ad possessionem. et potestatem. et dominationem. Rectoribus atque custodibus iam dicti monasterii faciendo inde ab hac hora et in antea proficuum et utilitatem predicti monasterii. Remota inquietudine. contrarietate. et molestia omnium principum successorum nostrorum. vel viceprincipum. Comitum. vel

Digitized by Google

vicecomitum. Iudicum. Sculdahorum. Castaldeorum aliorumque omnium mortalium persona. Quod Siquis huius nostrae Concessionis et Confirmationis. paginam. Contemptor aut violator in aliquo esse presumpserit. Quinquaginta libras auri purissimi persolvat. Medietatem omnipotenti deo. et predicto monasterio Sancti blaxii martiris christi. et suis rectoribus atque custodibus. et medietatem. nostro sacro palatio. Solutaque pena librarum. hoc principale scriptum cum omnibus que continet. firmum. munitum. atque inviolabile maneat in perpetuum. Et ut hoc firmius credatur. et diligentius ab omnibus observetur. Manu propria illud corroboravimus. et nostri Sigilli inpressione iussimus insigniri.



Ex iussione prephate serenissime potestatis. Scripsi EGO QUIRIACUS IUDEX. In anno dominice incarnationis M. Centesimo primo. Et Vicesimo primo anno principatus prephati domini Secundi. Richardi. gloriosi principis Capuae DATUM Capuam Mense. Martio. per indictionem nonam.

Digitized by Google

DVI.

† IN NOMINE DOMINI SALVATORIS NOSTRI IHESU CHRISTI DEI ETERNI: SECUNDUS RICHARDUS DIVINA ORDINANTE CLEMENTIA CAPUANORUM PRINCEPS: PETITIONIBUS DILECTORUM SUORUM FIDELIUM CLEMENTER AC BENIGNE FAVET: An. 1101.

NOTUM sit omnibus Sanctae et Catholice aecclesiae filiis. Quoniam Nos secundus Richardus divina ordinante clementia Capuae princeps. per interventum Richardi de aquila. et Guilielmi de pirolo. nec non Cansolini Iudicis vice nostra. nostrorum dilectorum baronum et fidelium. Insuper pro salute animarum principum Richardi scilicet avi. et Iordani patris nostri. ac ob statum nostri principatus. In Monasterio beati Laurentii. levite et martiris christi. sito prope muros nostrae aversanae urbis. Cui dominus Guarinus venerabilis abbas prehest: per hoc videlicet principale scriptum in perpetuum. offerimus. damus. tradimus. Concedimus. et Confirmamus. quattuordecim homines quos Gerbaldus Cappellanus noster tenuit in matalone. Videlicet Petrus veteranus. Sassus vulpone. Iohannes presbyter. Stephanus cazzella. Petrus benedicti. Iohannes alvus. Ioannes rod..... Iohannes guerra. Bernardus. filius cuiusdam masi..... Landulfus filius cuiusdam palumbi Stephanus de sico. Iohannes piponis. Maraldus acinu. Martinus donadei. Omnes prescripti quattuordecim homines Cum omnibus Rebus et possessionibus eorum. et cum fratribus et nepotibus et filiis et universis heredibus eorum. qualiter illos tenuit et dominatus est predicitus Gerbaldus. Nos prenotatus Secundus Richardus Capuanus princeps. per hoc videlicet principale scriptum in prephato monasterio Sancti laurentii: offerimus damus. tradimus. Concedimus. et Confirmamus. ad possessionem. et potestatem. et dominationem predicti monasterii. et prephati domini Guarini venerabilis abbatis. eiusque successorum in perpetuum. ad faciendum et persolvendum ipsi omnes in predicto monasterio. omnem Censum. et dationes. publicalia et scaditiones. et servitia. et alia omnia que parti rei publice. facere et persolvere debent. aut debuerint. Quam et in predicto monasterio per hoc principale scriptum damus in excambio pro nikolao maglola. Unum

Digitized by Google

nostrum hominem Videlicet Iohannes de rozza. et filios et heredes eius. cum omnibus rebus et possessionibus eius. ut cum iste iohanne qui est habitator in eodem matalone. sint quindecim. ut predictus iohannes et filios et heredes eius. in perpetuum. in predicto monasterio. faciant et persolvant. Censum. et dationes. publicalia et scaditiones. et servitia. et alia omnia que parti rei publice facere et persolvere debent aut debuerint. Item in predicto monasterio Sancti laurentii. Concedimus et Confirmamus. aecclesiam Sancte dei genitricis virginisque Marie. quae Cappella vocatur. cum omnibus suis pertinentiis. quae est sita foras matalone. videlicet a parte orientis. qualiter Gerbaldus eam tenuit. Simili modo in predicto monasterio. Concedimus et Confirmamus. Integram. unam petiam de terra quae est in territorio matalone. loco Sambucitu. habentem in se decem et octo modios terrae et per hos fines. Ab uno latere. est finis terra quam a nos Rodulfus de ponte ercimfrida retinet. Ab alio vero latere est Coniuncta palude. Ab uno Capite. est finis via publica. Ab alio vero. est finis semita quae vadit ad eandem paludem. una cum omnibus que inferius et superius in ea esse ivenitur. et cum viis. intrandi ibidem et exeundi. et cum sepibus et universis eius pertinentiis. Haec omnia prescripta qualiter hic supraphati sumus. Nos prenotatus Secundus. Richardus. Capuanus. princeps. per hoc videlicet principale scriptum. Offerimus. damus. tradimus. Concedimus. et Confirmamus. in perpetuum. in prephato monasterio sancti laurentii. ad possessionem. et potestatem et dominationem iamdicti monasterii. et prephati domini Guarini venerabilis abbatis eiusque successorum. faciendo inde utilitatem eiusdem monasterii. Remota omni inquietudine Contrarietate et molestia omnium principum. successorum nostrorum. vel viceprincipum. Comitum. vel vicecomitum. Iudicum. Sculdahorum. Castaldeorum. aliorumque omnium mortalium persona. Quod siquis huius nostrae Concessionis et Confirmationis paginam. Contemptor. aut Violator in aliquo esse presumpserit. Quinquaginta libras auri purissimi persolvat. Medietatem predicto monasterio et prephato domino Guarino venerabili abbati: eiusque successoribus. et medietatem nostro sacro palatio. Solutaque pena librarum. hoc nostrum principale scriptum cum omnibus que Continet. firmum. munitum. atque inviolabile maneat in perpetuum. Et ut hoc firmius credatur. et diligentius

Digitized by Google

ab omnibus observetur. Manu propria illud corroboravimus. et nostri Sigilli inpressione iussimus illud insigniri.



SIGNUM DOMINI SECUNDI RICHARDI

GLORIOSISSIMI AC MAGNIFICI PRINCIPIS

† Ioffridus Iordani.
† Richardus filius bartholomei.
† Ihon filius ermenioth.
† Rodulfus filius Raeli.
† Iohannes francese.
† Alamus de Rocca romana.
† Petrus frantioni.
† Ruallo filius aymonis.
† Ciroldus singularis.

Ex iussione prephate serenissime potestatis. Scripsi EGO QUIRIACUS IUDEX In anno dominice Incarnationis. M. Centesimo primo. et Vicesimo primo anno principatus prephati domini Secundi Richardi gloriosi principis Capuae. DATUM in aversana urbem Mense augusto. Videlicet in festivitate beati. Laurentii. per indictionem nonam.

Digitized by Google

DVII.

An. 1102. † In nomine domini nostri Ihesu Christi vicesimo primo anno regnante domino Alexi gloriosissimo imperatore Mense Ianuario decima Indictione. Ego robbertus dei gratia dominator civitatis barulo filius guarini. bona mea voluntate pro deo et mercede anime mee et raynaldo vellavalle et malgeri. et guidelmi. et melli et omnium parentum meorum qui olim dominati sunt in hac predicta civitate offero in ecclesia sancti nicolay de casa iohannis. ipsam ecclesiam sancti michaelis archangeli. cum omnibus rebus eidem ecclesie pertinentibus Et cum ipsa domo quam nunc tenet angelus monachus intus eandem civitatem Quam videlicet ecclesiam sancti michaelis archangeli cum predictis rebus recepit a me vice predicte ecclesie sancti nicholay richardus monachus rector eiusdem ecclesie sancti nicolay. Ita ut quicumque rector fuerit. in predicta ecclesia sancti nicolay faciat predicta predicta ecclesia sancti michaelis archangeli studiose regere atque servire. Si autem eadem ecclesia ciderit similiter faciat illam bene laborare. Et nec ego nec mei heredes vel successores mei non habeamus potestatem subtraere predictam ecclesiam vel res eidem ecclesie pertinentes a potestate rectorum predicte ecclesie sancti nicolay. set omni tempore servierint ac firmiter illam habeant et omnes res ipsius ecclesie sine omni mea meorumque heredum vel successorum contrarietate vel requisitione cuiuscumque. Unde et ad securitatem predicte ecclesie sancti nicolay eiusdemque rectorum feci exinde facere hoc scriptum et per plumveam vullam cum nostro solito Typari signare feci eidem Ricchardo monacho dari precepi quod scriptum est per manum bisantiy Notarii qui interfuit actum mense et indictione supranominata :

† hoc signum crucis factum per manum robberti dominatoris baruli filii guarini.

† hoc signum crucis factum per manum guilielmi filii tari ruselli.

Digitized by Google

DVIII.

† IN NOMINE SANCTE ET INDIVIDUE TRINITATIS. Rogerius divina favente clementia dux Roberti magnifici ducis heres et filius. Nos ab omnium conditore et gubernatore dignas mercedes credimus accepturos si sanctis ac venerabilibus locis curam inpenderimus. et quod iuste ab eorum cultoribus postulati fuerimus bono ac sincero animo prebuerimus. Idcirco pro redemptione animarum supradicti genitoris nostri ac genitricis. nec non et pro salute nostra. Confirmamus in monasterio sancti martiris laurentii quod constructum est in adversano territorio ubi nunc deo tuente dominus GUARINUS. venerabilis abbas preest. sanctum nikolaum de bedetta. et sanctam catelinam cum pertinentiis suis. et basilianum. et sanctam mariam de grano. et sanctum petrum de aqua iohanne. et sanctum petrum de babagnia. et unum casalem qui vocatur filina. et sanctum arontium de taranto. et quinque piscatores. tres ex his cum duobus lintris in mare magno. et parvo. et quartus cum uno lintre in mare magno. et parvo. et quintus cum una planca. et sanctam caenapuram que est in territorio polichori. et sanctum nykolaum salice. et sanctam mariam de colovrata. et sanctam mariam de sinisi. cum omnibus eorum pertinentiis. Ea vero ratione ut omnia suprascripta cum pertinentiis illorum semper sint in potestate et dominio predicti monasterii sancti laurentii et domini Guarini abbatis eorumque successorum. et liceat eis de omnibus facere quod voluerint. Et neque a nobis nostrisque heredibus vel successoribus. vel a quibuscumque actoribus reipublice aut ab aliquibus hominibus inde aliquid contrarium aut calumpniam habeant. sed ut dictum est omnia cum omnibus illorum pertinentiis in perpetuum firmiter et quiete. habeant. et que voluerint faciant. Quod si quis forte temerario ausu huius nostre confirmationis quolibet tempore violator extiterit. sciat se compositurum auri purissimi libras triginta. Medietatem camerae nostrae. et medietatem predicto abbati suisque successoribus. Et hec nostra confirmatio semper firma et inconcussa permaneat. Textum vero huius nostrae confirmationis tibi grimoaldo notario nostro scribere precipimus. et nostro cum typario plumbea bulla bullari

An. 1102.

*

Digitized by Google

iussimus. Anno dominicae incarnationis millesimo centesimo secundo. Ducatus autem nostri septimo decimo. Mense aprili. Indictione decima.

† EGO ROGERIUS DUX ME SUBSCRIPSI.

EGO RICCARDUS Siniscalcus.

Ego Vinffredus de gravina.

Ego Ugo de gualteri villa.

DIX.

An. 1102. † In nomine Sancte et individue trinitatis Anno ab incarnatione domini nostri Iesu Christi millesimo centesimo secundo atque secundo anno Regnante domino nostro Rubberto inclitus comes Mens hoctuber decima indictione. Omnis homo qui ad gaudia eterni regni desiderat pervenire. Congruum est sublebare hecclesias et monasterias pro salute anime sue et remissione peccatorum. ad statum virtutis. Quapropter Ego Rubbertus dei gratia inclitus comes pro salute anime mee et de patre vel matre mea. nostrorumque parentum salute Offero primis deo et in monasterio Sancti Nicolai Confessoris Christi et in manibus tuis domino Guibaldus monachus et prepositus cenobii huius Tuisque posterioribus astante tecum advocator Godelferius filius laitus trumarcha Hoc est enim quod offerui in predicto monasterio duo putee da aquam recipiendum quod ego abui. in ipsa silbam in loco qui vocatur ispiano pertinentiis civitatis monopoli qualiter sunt ambo predicte putee cum aquisductis illorum et cum omnibus suorum pertinentiis. In tali ordine offerui ego qui supra comes ambo predicte putee de predicto loco ut ab odierno die in antea perpetualiter sint in potestate eiusdem monasterii eiusque rectoribus una cum superioribus supterioribusque suorum et cum aquisductis illorum cum trasitibus et exitibus illorum cum omni utilitate de predicti monasterii usque in vias puplicas vel cum omnia infra se abentibus et continentibus faciendum ex eis et in eis omnia ut vestra fuerit voluntas. sine omni contrarietate et requisitione mea qui supra comes meisque hordinatis. vel nostris posterioribus. Et hoc preceptum nostre offertionis. et oblationis Stabilem et firmum sit per evum et ego et

Digitized by Google

nostris heredibus defendamus illam da omnis homines qui tecum prephato domino Guibaldus prepositus vel cum tuis posterioribus de predicto monasterio. causare aut contendere boluerint quommodocumque et pro causa stabilitatis atque firmitatis. et signum sancte crucis mea manus feci suptus in hac cartula et nostro plumbeo sigillo bullari precepi et iussi testari Leonis Iudex nostre curie Florualdus Iudice et Athanasii et Petri Iudici et scribere commisi per manus Scribono notarius noster qui et interfuit

† Signum proprie manus meae qui supra Robbertus Comes

† Signum proprie manus Elarverarius

† Ego qui supra Monopolitanus..... Iudex hec firmavi

† Testis Athanasius sum carte providus huius

Digitized by Google

DX.

An. 1102. HEC SUNT Nomina et linee Servorum et Villanorum Centum duodecim. qui inventi sunt cum sergio proditore. in obsidione Civitatis Capue kalendas Martii Incarnationis domini. Anno Millesimo Nonagesimo Octavo. Indictione septima. Quos Ego Rogerius Calabrie ac Sicilie per dei voluntatem Comes. pro miraculo quod deus dignatus est visibiliter michi ostendere orationibus beati Brunonis ad salutem fidelium christianorum. qui mecum erant et meam. donavi eidem patri Brunoni eiusque successoribus non solum ipsos sed etiam filios filiorum suorum usque in sempiternum in servos perpetuos et Villanos cum omnibus bonis eorum mobilibus et stabilibus habitis et habendis ubique locorum sistentibus cuiuscumque sint artis sive negotii sive marinarii. quos proditores ex sentencia interfici diversis generibus suppliciorum dampnaveram. sed ad petitionem dicti patris Brunonis. tunc eis mortem perniciosam peperci. et ad ecclesiam beate marie de heremo. et beati prothomartyris Stephani obligavi in perpetuas servitutes et Villanigia. et inde fieri feci Cyrografum apud Squillacium. cum donatione quam feci de Monasterio sancti Iacobi de Muntauro. et tenimenti sui. Sed eorum nomina et linee non habentur in eodem cyrografo. Ad petitionem autem fratris Ianuini prioris ecclesie sancti Stephani in isto privilegio iussi poni in memoriam sempiternam. Et hec nomina et linee dictorum servorum et Villanorum. Petrus de mauro. cum duobus filiis. Nicolao et Iohanne. et hic Iohannes dicitur de spano. Arcudius dimi. cum Nicolao fratre suo. Petrus de agathi cum cognato suo qui. dicitur de sir uvo. Nicolaus crurnachi cum filio. Arcudius de lacerana. Peratico miniti. cum sex filiis. Georgius arpedoni cum filio. Iohannes milus cum Asinio fratre suo. qui de prothopapa dicitur Nicolaus Menglaviti cum duobus filiis. Leo pelecarius cum fratre qui dicitur Nicolaus de nichito. Iohannes catastimenos. Calochirius de fantino. cum Basilio cognato suo. qui dicitur de Iannathi. Arcudius de cruxi. Arcudius rufus. Nicolaus de presbitera cum filio et nepote qui dicitur bulgari Nicolaus peratico. cum fratre. Gregorius maccaronus. cum fratre. qui dicitur capomalus. Leotta pancallus. Basilius logara. cum tribus filiis. Iohannes condogorgius sive condoiorgius. cum fratre. Astadius calafati cum

Digitized by Google

cognato qui dicitur de zoccala. Iohannes rogo. cum nepote. qui dicitur de characopo. Andreas bumo. Basilius burretta cum octo filiis. Nicolaus de churarini. cum filiis. quorum unus dicitur politi. Iohannes cudichinus. Theodorus burchiniti. cum tribus filiis. Iohannes ieracari. cum quinque filiis. Petrus de gurdizi. qui et dicitur grizaniti. cum filio. Basilius claviti. cum tribus filiis et fratre. Petrus rumagirus. cum Nicolao nepote suo. qui dicitur pirri. Arcudius lanapachi. cum quatuor filiis et fratre. Astadius condo. cum filio qui et cacostachi dicitur. Leo caccavari. Petrus de presbitero gregorio. qui et dicitur morcari. Leotta ffinocontari. Petrus caloalefri. Leo chardachi. cum duobus filiis. Nicolaus ruscla. Rogerius coxari. Perretta gallinari. Iohannes obsimachi. cum filio. Iohannes platogeni. et Nicolaus frater eius. qui et sapirius dicitur. Michael bergerius. Iohannes de fachiolena. Iohannes cannata. Nicolaus de germa. Petrus de rogerio. Leo de bachia. Arcudius meropa. Petrus puggia. cum filio. Guilielmus de amato. Perri gabarretta. Basilius girinu. Leo tuscanus. Andreas muscatus. Leo charistus. Theodorus carbuferius. Stephanus sichilo. Basilius afi. cum decem filiis. Michael consilius. Arcudius pilili. qui dicitur de fantino. Iohannes de martulo. cum cognato suo. qui dicitur zaro gagistru. Iohannes gairrune cum filio. Costa andronicus cum fratre qui dicitur de arcontissa. Leo politiano. cum Theodoro fratre. Peregrino mandila. cum nepote suo. qui dicitur de pancratio. Gregorius tornatoras. Theodorus placida cum Leone de anchi privigno suo. Iohannes de malatera. Peregrinus curillanus. cum fratre. Petrus de camberna. cum duobus filiis. Petrus sculinibri cum fratre qui dicitur de artho. Basilius gunnari cum tribus filiis. Leo nicoletta cum nepote. qui dicitur de fraxitana. Peregrinus gaidarofaga. leo de columba. cum fratre qui dicitur capistanus. Iohannes ectisti. Leo clerico. cum octo filiis. Petrus filodermu. Pancallus de presbitero arcudio. qui dicitur de argiro. Leo spathea cum nepote. qui dicitur zoccala. Basilius tefilattu. Petrus baranus. Anastasius archimandriti. qui et gurruffus dicitur. Basilius macri. Notarius Sergius Lellia. qui et scutelli dicitur. Costa condo. Petrus de papa costa. cum nepote qui dicitur machoruffi. Nicolaus de crisoleo. Gregorius milissachi. Theodorus terachitanus. Petrus vomu. Basilius copsampeli. Thefilus grassus. cum quatuor filiis. Iohannes triflo. Nicolaus de papaleone qui dicitur castisanus. vel castrisanus. Leo de fistilla. Michael de asimi. Basilius condacari

Digitized by Google

cum filio. Arcudius de prodraco. Iohannes chimmachi. Cristodolus aspromallus. Costa de melica. Petrus pulichi. Nicolaus calomenos. Arcudius pirro. Nicolaus copsodastri. Leo de bavusa. Calocharius de cambo. Basilius musara cum nepote. qui dicitur agracta. et Leo cassina cum filio. Hec sunt centum duodecim linee servorum et Villanorum quos dedi patri Brunoni. et successoribus eius. cum omnibus bonis eorum ubicumque sint. in perpetuum. et habitent ubicumque. Et hii fuerunt quasi omnes de tenimento Squillacii et Suberati. Hoc privilegium scriptum est quarto Iunii mensis. in Cappella sancti martini. que sita est in medio Civitatis Mileti. infirmo existente domino meo Comite. per manus mei fulconis Cappellani dicti domini Comitis et recitatum in Camera ubi idem dominus meus Comes infirmus iacebat. Presente domina mea Adelaide comitissa. et concedente Malgerio domini Comitis filio. Presentibus Petro de Moritonio. Roberto de layna. Toraldo carbonello. Raynaldo de climpcam. Uberto de solona. Incarnationis domini nostri Ihesu Christi. Anno Millesimo Centesimo secundo. Indictione decima. Ammen.

† ROGERIUS COMES.

† Adelais comitissa.

† Malgerius filius. comitis Rogeri.

† Petrus de Moritonio.

† Robertus de layna.

† Toraldus carbonellus.

† Raynaldus de climpcam.

† Ubertus de solona.

† Ego fulco domini Comitis Rogeri Cappellanus de mandato eius hoc privilegium scripsi. et me subscripsi.

Digitized by Google

DXI.

† Nos secundus Richardus divina ordinante clementia Capuanorum princeps. per interventum Ioffridi comitis stabuli et Ugonis de phay. nec non aliorum nostrorum dilectorum fidelium. Quam et ad salutem animarum gloriosorum principum. Richardi scilicet avii. et Iordani patris nostri. ac ob statum nostri principatus. damus. tradimus. concedimus ac confirmamus. in monasterio beati Laurentii levite et martiris christi. constructo prope nostram aversanam urbem. per hoc principale scriptum in perpetuum. hos subscriptos quinque homines. cum filiis filiabus et domibus et possessionibus. et universis pertinentiis eorum videlicet iohannes goditanus. et petrus et malfridus fratres ipsius iohannis et Canius et iohannes frater eius. quos adenulfus duto usque modo a nobis in fevo tenuit ac dominatus est. in matalone ad faciendum. et persolvendum ipsi omnes et filios et filias eorum in perpetuum in prephato monasterio et domino Guarino venerabili abbate eiusdem monasterii eiusque successoribus omne servitium. et censum. et dationes. publicalia. et scaditiones et alia omnia que parti reipublice facere et persolvituri sunt quocumque modo Concedimus etiam et Confirmamus in prephato monasterio Sancti laurentii per hoc videlicet principale scriptum persona Robberti mellosi. et personas filiorum suorum. ad serviendum et obediendum omnipotenti deo et prephato monasterio et iam nominato domino Guarino venerabili abbati suisque successoribus. Haec omnia ut supraphati sumus. Nos prephatus Secundus Richardus Capuanus princeps in predicto monasterio Sancti laurentii. per hoc videlicet principale scriptum in perpetuum. tradimus. Concedimus ac Confirmamus. ad possessionem et potestatem et dominationem predicti monasterii et prephati domini Guarini venerabilis abbatis eiusque omnium successorum. Faciendo exinde omnem utilitatem eiusdem monasterii. Remota omni inquietudine. contrarietate et molestia omnium principum successorum nostrorum vel viceprincipum. comitum. vel vicecomitum. Iudicum sculdahorum. castaldeorum. aliorumque omnium mortalium persona. Quod si quis huius nostre concessionis et Confirmationis paginam contemptor. aut violator in aliquo esse presumpserit. decem libras auri purissimi persolvat. Medietatem in prephato monasterio et pre-

An. 1103.

Digitized by Google

dicto domino Guarino venerabili abbati eiusque omnibus successoribus et medietatem nostro sacro palatio. Solutaque pena librarum. hoc principale scriptum. firmum. munitum. atque inviolabile maneat in perpetuum. Et ut hoc firmius credatur. et diligentius ab omnibus observetur manu propria illud corroboravimus. et nostri sigilli inpressione iussimus insigniri.



SIGNUM DOMINI SECUNDI RICHARDI

GLORIOSISSIMI AC MAGNIFICI PRINCIPIS

Ex Iussione prephate serenissime potestatis. Scripsi EGO QUIRIACUS IUDEX In anno dominice Incarnationis. M. Centesimo tertio. et vicesimo. IIIo. anno principatus prephati domini Secundi R. gloriosi principis capuae. DATUM Capua Mense Iunio per Indictionem undecimam.

Digitized by Google

DXII.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi imperante domino nostro alexio magno imperatore anno bicesimo quarto sed et iohannis porfilogenito eius filio magno imperatore anno tertio decimo: die prima mensis februarii indictione duodecima neapoli: Certum est me mari et olfus qui nominatur caraczulo filio quondam domini malfredo comitis bb. A presenti die promitto tibi iohannes qui nominatur mindula filio quondam : propter integra corrigia de terra mea posita in loco qui vocatur cambranum iuxta septari cum arvoribus et introitum suum et omnibus sibi pertinentibus cum palmentum distructum intus se et cum balneum distructum intus se et omnibus sibi pertinentibus: coherente sibi de uno latere parte horientis terra que modo detinet dominus iohannes qui vocatur de sirgento sicuti inter se terminus exfinat de alio latere parte occidentis terra domino gregorio qui nominatur carotus: sicuti inter se limite altus exfinat. seum et terra ecclesia sancti georgii catholice maioris. et terra ecclesiae sancti petri at area sicuti inter se terminus exfinat de uno capite parte meridie est terra heredes de illum citrola sicuti inter se sepis exfinat. de alio capite parte septemtrionis est terra memorata ecclesia sancti petri at area sicuti inter se terminus exfinat: hec autem memorata integra corrigia de memorata terra cum omnibus sibi pertinentibus ut super legitur tibi tuisque heredibus illut dedi ad detinendum seum laborandum in eo enim tenore quatenus illut tu et heredes tuis bene et diligenter laborare et excolere et at meliore cultus perducere debeatis ut experit cum boves et conciaturias et operarios et suptum vel omnia expensa cacuminas et bites seu fructoras homni annuo abto tempore ibidem ponere et plantare debeatis ubi meruerit et ut iustum fuerit et de vestra semente illut

An. 1104.

*

Digitized by Google

seminare debeatis alium omnia et in omnibus queque ibidem per annuum necessum fuerit et indiguerit tu et heredes tuis illut facere et peragere debeatis at vestrum expendium: et omnia quodcumque ibidem de inferius feceritis in quolibet seminatum in vestra sint potestate. unde nulla nobis exinde queramus aut tollamus per nullum modum: tantummodo tu et heredes tuis mihi meisque heredibus exinde terraticum dare et atucere debeatis de quod ibidem seminaberitis quomodo essierit da giro in giro asque omni amaricatione: et quantum binum mustum mundum et saccapanna ibidem per omni annuo nobis dominus deus dederit dibidamus illut inter nobis at palmentum per medietate ego et heredes meis exinde tollere et lebare debeamus medietate et tu et heredes tuis alia medietate: et ipsa medietate mea qui mihi meisque heredibus tetigerit de memoratum binum mundum et saccapanna per omni annuo tu et heredes tuis mihi meisque heredibus illut conserbare debeatis in organeis vestris usque in die tertia: et da inde nos illut trahere debeamus ad nostrum expendium: et dum nobiscum bindemiaberitis una persona hominum nobis enutrire debeatis ut iustum fuerit. binum vero at bivendum et untum at condiendum at illi operariis qui illut bindemiaberit de communi ad exire debeatis et facere nobis debeatis illut palmentaticum ut iustum fuerit. fructoras vero que ibidem per tempore abuerit vos illa cura abere debeatis et per tempore illa colligere debeatis et inter nobis illa dibidere debeamus per medietate ego et heredes meis medietate et tu et heredes tui alia medietate: et ipsa medietate nostra qui nobis exinde tetigerit tu et heredes tuis illa atducere debeatis at vestrum expendium et non habeam licentiam ego aut heredes meis tibi tuisque heredibus illut tollere per nullum modum bene tu et heredes tuis illut laborantes et arbustantes et bitantes et fructantes et omnia memoratas implentes qualiter superius legitur: et ego et heredes meis tibi tuisque heredibus illut defendere debeamus ab omnes homines omnique persona: Quia ita nobis stetit: Si autem et in aliquit offensi fuerimus per quobis modum aut summissas personas tunc compono ego et heredes meis tibi tuisque heredibus auri solidos quadraginta bytianteos: et hec chartula ut super legitur sit firma scripta per manus petri scriniarii discipulo domini

Digitized by Google

bernardi primarii per memorata indictione † hoc signum † manus memorati mari et olfus quod ego qui memoratos pro eum subscripsi †

† ego iohannes filius domini iohannis testis subscripsi †

† ego sergius filius domini sergii testis subscripsi †

† ego iohannes filius domini sergii testi subscripsi †

† Ego bernardus primarius complevi et absolvi per memorata indictione †

DXIII.

† Anno salutiferae incarnationis domini ihesu christi mundi redemptoris millesimo centesimo quarto. Regnante vero domino Roggerio piissimo atque excellentissimo duce. mense aprilis indictione duodecima. Ego nardus aba filius leonis de civitate iuvenacii. in eadem civitate coram theodoro iudice et bonis hominibus voluntarie vendo et per fustem trado ad dunnellum filium maraldi civitatis melficte. unam vineam olivarum declarans meam de loco sancti leucii. Vinea vero ipsa est quadragenaria ita ut quod minus fuerit de quadraginta pedalibus per latitudinem habeat illut per longitudinem. Que vinea mensurata a media antica nam in ipso capite eam vendo. Pedalis autem habet quatuor pedes et medium cuius pedis medietas est quantum hec chartula sur..... capite lata. ea vero vinea habet finis. Ab oriente olivas que mihi remanserunt. Et ab occidente a media antica olivas eiusdem dumnelli et nicolai fratris sui. A meridie autem a mediis signis olivas nostri episcopii. et a septemtrione olivas quas tenet grisantus presbyter et olim fuerunt leonis filii sykinolfi. Et ob confirmationem venditionis modo accepi ab eo totum inter nos statutum pretium. idest centum mille de solidis bonis. Itaque hec venditio ut mensura et finibus terminata est. sit amodo in potestate sua et suorum heredum cum omnibus infra habitis et ingressu et egressu suo ad habendum et faciendum omne quod voluerint sine cuiuslibet contradictione. Propterea ego

An. 1104.

Digitized by Google

qui supra nardus sponte guadiam nominato dumnello dedi et meipsum mediatorem posui contra quo ego et mei heredes defendamus sibi et suis heredibus integram predictam venditionem ab omnibus hominibus. Quod si non fecerimus viginti solidos pena eis componere placeat. omnibus predictis postmodum impletis. licentiamque eis tribui pignerare nos per omnes res nostras licitas et inlicitas ad pignerandum sine appellatione donec omnia predicta impleantur. Et hoc scriptum scripsi ego Popilius Protonotarius qui interfui

† Iudex predictus Theodorus hoc probo scriptum.

† Ego pao teste.

† Ego iohannes teste.

DXIV.

An. 1104. † Nos secundus Richardus divina ordinante clementia Capuanorum princeps. pro salute et redemptione animarum principum Richardi scilicet avi. nec non Iordani patris nostri. ac ob statum nostri principatus. In Monasterio Beati Laurentii levite et martiris Christi. Sito prope muro nostrae aversane urbis. cui dominus Guarinus venerabilis abbas preest: per hoc videlicet principale scriptum. concedimus. ac confirmamus. aecclesiam sancti Iohannis quae est constructa prope castello nostro. qui cicala vocatur. loco ubi dicitur adplescum. cum universis suis pertinentiis. et totam terram. quam nos pro excambio dedimus. Ioffrido Fessardo. pro terra quae fuerat petri mellosi. et est infra territorium predicti nostri castelli. Item concedimus et confirmamus. in predicto monasterio. Palumbum cognomine cayrusum. qui est in predicto castello habitator. cum filiis et tota hereditate sua. et iohannem abellanum de arbustulo cum tota hereditate sua quam nunc possidet et cum duobus filiis suis. in predicto monasterio damus et concedimus. in excambio pro Gautio petia panis et pro hereditate sua. Similiter concedimus. in prephato monasterio. Iohannem alamannum. cum filiis et tota hereditate

Digitized by Google

sua. Quam et per hoc principale scriptum. in predicto monasterio damus. concedimus ac confirmamus. Musculum et Gualterellum cum filiis eorum. et hereditate illorum. qualiter illi eam modo possident. nec non et Marinum rosellam cum Iohanne filio suo. et cum tota hereditate sua quam nunc possidet. ad faciendum et persolvendum hi omnes supradicti homines. In prephato monasterio et iamdicto domino Guarino venerabili abbati eiusque successoribus in perpetuum. omnem censum. et dationes. et servitia. et alia omnia que parti reipublice facere et persolvere debent. aut debuerint. Item concedimus et confirmamus. In iamdicto monasterio. tres petias terrarum, quas olim Rodulfus de pirolo. nostro concessu in eodem monasterio optulit. quae sunt in territorio cicale. ex quibus due sunt ad gruptolam. et tertia prope cimiterio. quam et concedimus in iam dicto monasterio integram unam petiam de terra que aymo de argentia cum matre sua nostro consensu. in ipso monasterio optulerunt. et est prope via publica. Item concedimus ac confirmamus in iam dicto monasterio hereditatem que fuerat quondam petri maraldi. quam olim dominus Iordanus pater noster qui dudum fuerat princeps. in predicto monasterio optulit. Haec omnia prescripta qualiter hic super sunt adnotata. Nos prenotatus Secundus Riccardus Capuanus Princeps. in prenominato monasterio sancti Laurentii. per hoc videlicet principale scriptum. damus. tradimus. concedimus. adque confirmamus. ad possessionem et potestatem et donationem iam dicti monasterii. et predicti domini Guarini venerabilis abbatis eiusque successorum. faciendi exinde utilitatem eiusdem monasterii. regulariter. Remota omni inquietitudine. contrarietate. et molestia omnium principum successorum nostrorum vel viceprincipum. comitum. vel vicecomitum. Iudicum. Castaldeorum. aliorumque omnium mortalium persona. Quod si quis huius nostre concessionis et confirmationis paginam contemptor. aut violator in aliquo esse presumpserit. decem libras auri purissimi persolvat. Medietatem nostro sacro palatio. et medietatem prephato monasterio. et predicto domino Guarino venerabili abbati eiusque successoribus. Solutaque pena librarum. hoc principale scriptum cum omnibus que continet. firmum. munitum. atque inviolabile maneat in eternum. Et ut hoc principale scriptum firmius credatur et dili-

Digitized by Google

gentius ab omnibus observetur. Manu propria illud corroboravimus. et nostri sigilli inpressione iussimus insigniri †



Ex iussione prephate serenissime potestatis. Scripsi. EGO QUIRIACUS IUDEX. In anno dominice incarnationis. M. Centesimo quarto. Et Vicesimo quarto anno principatus prephati domini Secundi. R. gloriosi principis Capuae DATUM Capua Mense. Magio per indictionem duodecimam †

Digitized by Google

DXV.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Iesu Christi imperante domino nostro elexium magno *imperatore* anno vicesimo quarto: sed et Iohannis eius filium porfirogenito..... magno imperatore anno tertio decimo die sexta mensis iulii..... indictione neapoli: Certum est me stephano qui vocatur turiulo filio petri qui vocatur turiulo A presenti die promptissima voluntate pro dei omnipotentis amore et pro mercedis et redemptionis seu salbationis anime mee ut ic et in futuro seculo requie de peccatis nostris imbenire baluerimus offero et trado vobis domino petro venerabili abbati monasterii sanctorum seberini et sossii. ubi eorum venerabilia quiescunt. Corpora. vobis et cunctas Congregationis monachorum memorati sancti et venerabilis monasterii integre tres quinte mee de integras duas.....camporas de terras positas vero in loco qui vocatur foris *arcora* dudum aqueductus: unum ex ea nominatur at tal.... et alium dicitur trabersum situm ibi ipso qui sunt... una cum introitas et anditas seu vicis earum.... omnibusque eius generaliter et in integro pertinentibus: quia due indibisum et in commune se iacent. nominate tres quinte mee que vobis et per vos ipso sancto et venerabili vestro monasterio offeruit de ista campora cum omnibus eius pertinentibus ut super legitur. cum relique due quinte exinde. que sunt de Petro qui vocatur scintilla et de anna uterinis germanis filiis quidem domini iohannis de sicole et quedam purpura cofinella exadelfa thia de eadem cognata mea nominata anna coniux domini landolfi carituri posteriori viri sui set memorate tres quinte mee que vobis de ista campora offeruit et per vos in ipso vestro monasterio cum omnibus eius pertinentibus ut super legitur michi pertinet per comparatum per firmissimam chartulam comparationis mea que michi exinde fecit maria que supra nominatur marocta cognata mea. filia quondam petri bocciabocci et quondam domina maria que fuit filia quondam maria cofinella iugalium personarum relicta quondam petri turiuli uterino germano meo. qui vobis istam chartulam comparationis mea una cum alie chartule que in ea declarate sunt aput nos ille remisimus pro vestra posterisque vestris et dicto vestro monasterio sal-

An. 1104.

Digitized by Google

batione et coheret at nostrum integrum campum de ista terra unde iste tres quinte mee vobis offeruibimus cum omnibus eius pertinentibus ut super legitur a parte orientis est lensa de illi athtalarici et de aliis qui ibidem at fine sunt sicuti terminis et lebata exfinat et a parte septentrionis est via que pergit at cimiterium et a parte meridie est terra heredum quondam leontii et a foris nominata terra dictorum heredum de nominati leontii et nominatum campum qui vocatur trabersum unde nominate tres quinte mee vobis offeruit et a parte occidentis est alium campum vestrum memorati vestri monasterii pertinentes sicuti inter se lebata exfinat. et ad ipsum alium campum qui dicitur trabersum unde ipse tres quinque mee vobis et per vos in ipso vestro monasterio offeruit cum omnibus eius pertinentibus ut super legitur. Coheret ibi a parte septentrionis est ipsa terra de ipsi heredum quondam leontii et a parte meridie est fine de heredum quondam domine marie et a parte occidentis est alium campum de memorato vestro monasterio. qui est iusta ipsa arcora et a parte orientis est fine depaccianum. De quibus nichil michi exinde aliquod remansit aut reserbabi nec in aliena cuiusque personas quod absit commisi aut iam comicto potestatem set a presenti die et deinceps a me vobis et per vos in ipso vestro monasterio sit offertum et traditum ad abendum et possidendum illut ibidem usque in sempiternum a me autem neque a meis heredibus vel a nobis personas summissas nullo tempore numquam vos aut posteris vestris vel memorato vestro monasterio quod absit abeatis exinde aliquando quacumque requesitione aut molestia per nullum modum in perpetuum: Insuper omni tempore ego et heredibus meis vobis vestrisque posteris et in ipso vestro monasterio illut defendere debeamus ab omnes omines omnique personas ostendet at vos et posteris vestris michi meisque heredibus memorate chartule que aput vos remisimus at relegendum et at fine faciendum. ubique vel esse fuerit et sic vobis illut defendere debeamus ut super legitur quia ita nobis pro dei amore placuit si qui sunt potens vel impotens omo secularis vel sacerdotalis ordine contra anc chartulam venire presumpserit et ea ebacuare voluerit per se aut per summissas personas parte habeas cum iuda traditore domini nostri ihesu christi et cum omnibus hereticis et scismaticis tenebrosam partem possideant insuper com-

Digitized by Google

ponat ipse et suos heredes in ipso monasterio auri solidos centum biginti et ec chartula ut super legitur sit firma scripta per manum gregorius curialis pro memorata indictione † hoc signum † manus memorati huius curialis pro eu subscripsi :

† ego sergius filius domini sparani testi subscripsi †

† Ego Iohannes curialis. testis subscripsi †

† Ego sergius curialis: testi subscripsi †

† Ego gregorius Curialis: Complevi et absolvi per memorata indictione †

Digitized by Google

DXVI.

An. 1104. † In nomine domini dei Salvatoris nostri Ihesu Christi. Imperante domino nostro alexio magno Imperatore anno bicesimo quarto: sed et iohannis porfilogenito eius filio magno imperatore anno tertio decimo: die duodecima mensis decembrii indictione tertia decima neapoli: Visis itaque fuistis vobis videlicet domino iohanne clerico et domino gregorio et domino stephano uterinis germanis filiis quondam domini gregorii qui appellatur inferno et quondam anna honesta femina iugalium personarum: querere me videlicet iohanne presbytero qui appellatur fabbricium filio quondam domini sergii presbyteri qui iterum fabbricium bocabat. de integrum orticellum positum vero intus anc civitatem neapolis at introitua cum integrum ortum homnibusque eis pertinentibus coherente sibi a parte horientis ortum meum sicuti inter se sepis exfinat a parte horientis est ortum vestrum. et a parte septemtrionis est ortum domini petri qui vocatur casacculo sicuti inter se memorata sepis exfinat: et a parte meridie est trasenda vestra et de memoratum orticellum: dicendo pars vestra atversus me ut ego comparasset memoratum orticellum da dominum petrum qui vocatur grasso exadelfo germano vestro filio quondam.....ideo bultis da me illut recolligere medietate gratis et medietate per apretiatum eo quod *illut* pertinet per legatione de dispositum de quondam stephano qui appellatur inferno abio vestro: et pars mea dicebat vene quia ego illut comparasset da domino petro qui appellatur grasso exadelfo germano vestro pro auri tari duodecim et chartula comparationis da eum exinde atpreensisset: et postea ego ipsa chartula comparationis mea que ego da eum exinde atpreensit ego illa dedisset at quidem domino iohanne filio suo: et multa altercatione exinde inter nos abuimus ante iudices publicos. et dum ipse iudice illum audisset tribuit exinde inter nobis oc iudicium. ut ego facerem vobis exinde anc chartula recetatiba promissionis ut inferius dicimus ita et ego memorato iohanne presbytero pro eodem iudicio et per hanc chartulam promitto et atfirmo vobis memoratis uterinis germanis quia numquam presumo ego aut heredes seu relinquentibus meis nec alia quabis persona in mea bice neque abeamus licentiam aliquando tempore vos aut

Digitized by Google

heredes vestris querere de memoratum integrum orticellum cum omnibus sibi pertinentibus per nullum modum nec per summissas personas a nuc et imperpetuis temporibus: set illut in vestra vestrisque heredibus sint potestate faciendi que bolueritis: et qui vos aut heredibus vestris exinde at querendum venerit per me vel meis heredibus seu relinquentibus meis tunc ego et heredibus meis seu relinquentibus meis vobis vestrisque heredibus eos exinde desuper tollere et tacitos facere debeamus absque omni data occansione: et si quobis tempore vos aut heredes vestris illut inbeneritis per quobis modum aput me vel aput heredes seu relinquentibus meis tunc vos et heredes vestris illut atprendere debeatis medietate gratis et medietate que atpretiatum est ego et heredes seu relinquentibus meis vobis vestrisque heredibus exinde chartula facere debeamus de antestandum et defendendum ab omnes omines homnique personas: Quia ita nobis exinde iudicatum est: Si autem et in aliquit offensi fuerimus per quobis modum aut summissas personas tunc compono ego et heredes seu relinquentibus meis vobis vestrisque heredibus auri solidos biginti bythianteos: et hec chartula ut super legitur sit firma scripta per manus gregorii scriniarii discipulo domini bernardi primarii per memorata tertia decima indictione †

† ego iohannes presbyter subscripsi †

† ego iohannes filius domini sergi testi subscripsi †

† ego sergius filius domini petri testi subscripsi †

† ego petrus filius domini petri testi subscripsi †

† Ego bernardus primarius Complevi et absolvi per memorata indictione †

Digitized by Google

DXVII.

An. 1105. † In nomine domini nostri ihesu christi anno ab incarnatione eiusdem domini nostri M. C. V. Indictione XIII Mense aprelis. Ego Richardus de aquilà pro redemptione animae meae ac parentum meorum. filiorum meorum. coniugisque meae. dono largior et trado mea spontanea voluntate beato laurentio ac fratribus in eius monasterio deo et sibi iugetur die noctuque servientibus. omnem consuetudinem sive ius quod hactenus expetii vel habui in nominata terra sancti laurentii que in potestate mea sita est. scilicet angariam hominum ac bestiarum omnemque supplicationem et dationem. et ut breviter omnia concludam munda enim pura ac simplici intentione pro remissione peccatorum meorum id deo tantoque dei martiri devoveo. et ingenti cum devotione exhibeo. quicquid per me vel vicecomites meos aut per castaldiones. servientes. seu per quoslibet meos ministros extorqueri possit aut exigi. Quod si forte aliquis ad nos aliunde venerit potestatem habeatis nostra concessione sub prephata deliberatione in quocumque vestre possessionis loco locare eum volueritis. Si autem quilibet de hominibus sancti laurentii quemlibet de meis meorumve hominum hominem leserit aut offenderit. Si proclamare voluerit preposito obedentiae. proclamet. et quicquid ad emendationem laesionis. aut offensionis iuri potestatis pertineat quantumcumque fuerit preposito obedientiae persolvat. hoc solummodo excepto quod ei quem laeserit laesionis penam componat. Mei quoque homines meorumque si homines beati laurentii leserint aut offenderint penam similiter eis laesionis componant.

Digitized by Google

DXVIII.

† In nomine domini dei eterni et salbatoris nostri Ihesu christi anno ab incarnatione eius Millesimo centesimo Quinto temporibus domini nostri Rocgerii gloriosissimi ducis mense aprelis. tertiadecima indictione. Ego Rucgerius. filius quondam trugisi de castello sancto severino de locum rota. Clarifico me quoniam pertinet michi segum de via munda qualiter holim tempore tenuit addamus filius quondam guidelmi de castello qui dicitur lauri in tempore Iordanis principis. per fines. has. a parte orientis. via publica. que pergit. accapuana urbem. et a civitatem aversana. a parte meridiei. fine lanei. a parte hoccidentis. fine terra que modo retinet raimfridus qui dictus est saurellus. a septemtrione. fine laprum. et ideo sicut michi iamdictus Rucgerio congruum fuerat bona edenim mea voluntate. et per hanc quoque videlicet cartulam. quam et pro amore. et timore dei omnipotentis et salbatoris nostri Ihesu christi. seu et pro redemptione et salbatione. anime meè et filiorum meorum. et pro anima patris mei et matris mee homniumque propinquorum meorum. Concedo et confirmo. monasterio sancti laurentii aversani per licentiam secundi riccardi principis. In quo dominus guarinus abbas nunc preest. In perpetuum et concedo et confirmo vobis iamdictus abbas vestrisque successoribus et pars predicti monasterii suprascriptum segum per suprascriptas fines. cum duobus hominibus et cum duabus ecclesiis scilicet sancte marie. et sancti silverii. et cum silbis et cum terris lavoratibis intro has fines abentibus omnibusque pertinentiis de eodem sega et cum vice de viis et anditis suis. ea ratione ud semper sint integra suprascripta concessione et confirmatione in potestate domini guarini abbatis vestrosque successores et pars suprascripti monasterii de eo facere omnia quod voluerint ad opus eiusdem monasterii. sine omni contrarietate mea suprascriptus Rucgerius et de meis heredibus et partibus nostre reipublice. et propter concessione et confirmatione. suscepi ego iamdictus Rucgerius a te suprascriptus dominus abbas orationes vestras et fratrum. Unde hobligo me es dictus Rucgerius et meos heredes. et partibus nostre reipublice vobis suprascripti domini guarini abbati et successoribus vestris

An. 1105.

Digitized by Google

et a pars suprascripti monasterii semper defendere integras suprascriptas concessiones et confirmationes quemadmodum superius legitur. ab omnibus hominibus et partibus et si de hec omnia suprascripta quero ego supradictus Rucgerius et meos heredes et partibus nostre reipublice aliquot exinde suprascripta removere. aud contradicere vel subtraere presumpserimus et per convenientiam ego iamdictus Rucgerius hobligo me et meos heredes et partibus reipublice componere vobis suprascripti domini guarini abbati et assuccessoribus vestris et a pars suprascripti monasterii vel cui hec carta vice vestra causandum in manus paruerit centum aurei solidi constantinati et suprascripta adimplere et ex omnia suprascripta faciendi ante mea presentia aderam maraldus iudicem aliosque testes quam te petrus notarius scrivere precepi et sigillo meo iussi sigillari.

† Ego Rucgerius sancti severini filius turgisi de rota.

† Ego robbertus filius Rucgerius.

† Ego trugisi filius Rucgerii.

† Ego Rucgerius filius Rucgerii.

† Ego qui supra maraldus Iudex.

† Ego turgisius frater rogerii testis sum.

† Ego rogerius filius turgisi testis sum.

† Ego adamo filius guillelmi de lauro testis sum et confirmator huius donationis.

† Ego goctefrido testis sum.

† Iosfrido filius Iosfrido testis sum.

† ugo de sillia testis sum.

† Ego erbertus caput asino.

Digitized by Google

DXIX.

† In nomine domini nostri ihesu christi anno ab incarnatione eiusdem domini nostri. M. C. V. Indictione XIII Mense aprelis. Ego Riccardus de aquila pro redemptione anime meae ac parentum meorum. filiorum meorum. coniugisque mee do largior et trado mea spontanea voluntate monasterio beati laurentii et vobis domine Warine abbas vestrisque successoribus in perpetuum ac fratribus ibidem iugiter die noctuque deo servientibus. omnem consuetudinem sive ius quod hactenus expetii vel habui in omni terra sancti laurentii que in potestate mea sita est. scilicet angariam. hominum ac bestiarum omnemque supplicationem *et dationem* Munda enim pura ac simplici intentione pro remissione peccatorum meorum deo id tantoque dei martiri devoveo. et ingenti cum devotione exhibeo. et ut breviter totum concludam quod a me. aut ab heredibus meis vel per nosipsos. seu per vicecomites. sive per castaldiones. servientes me aut per quoslibet ministros nostros extorqueri possit aut exigi. sicut ex parte mea. ita et ex parte heredum meorum pro communi omnium nostrum salute. voluntarie secundum quod predictum est coram deo et coram vobis ac cunctis coram Fratribus concedo. tantoque sub testimonio super altare. dei et beati laurentii offero. id etiam adiungens ut si forte aliquis ad vos aliunde et non de nostra potestate venerit. liberam habeatis licentiam sub prephata deliberatione in quocumque eum vestrae possessionis loco collocare voluerit. Si autem quilibet de hominibus beati laurentii quemlibet de meis meorumve hominum hominem leserit aut offenderit si proclamare voluerit preposito obedientiae proclamet. et quicquid ad emendationem lesionis aut offensionis iuri potestatis ac districto pertinet. quantumcumque fuerit preposito obedientiae persolvat. ei solummodo quem leserat lesionis suae penam compenat. nisi forte qui lesus fuerit perdonare voluerit. Mei quoque meorumque homines si homines beati laurentii leserint aut offenderint. pena similiter eis lesionis componant nisi forte et lesi perdonare voluerint. Accepto igitur equo a vobis domine Warine abbas per quingentorum tarenorum et etiam pluris pro benedictione. ea tamen gratia ut hec facerem. tutarem et defenderem. Obligo me monasterio beati laurentii vobisque et ve- An. 1105.

Digitized by Google

stris successoribus ac cuncte congregationi prenominati cenobii pro me et pro heredibus meis. ita quidem ut si quis nostrum aliqua presumptione vel quolibet..... et periculum anime sue contra hec facere temptaverit centum solidos aureos .....

† Ego Richardus de aquila manum meam posui
† Ego andreas filius Richardi de aquila manum posui
† Ego Gaufridus de aquila manum posui
† Ego Sarlo constabilitor manum posui
† Ego Rainaldus de aquila testis sum
† Ego pinellus testis sum
† Ego Stephanus de insula testis sum
† Ego ugo de monificeta testis sum
† Gervasius de rivo matrice testis sum
† Ego guillelmus pinzone testis sum
† Ego Walterius de aquila testis sum
† Ego paganus de bignia testis sum
† Ego ioffridus de cartagine
† Ego iohannes iudex suesse testis sum
† Ego iohannes amalfitanus testis sum
† Ego iohannes pauli testis sum
† Ego mundus de lando testis sum
† Ego Walterius de carnoto testis sum.

Digitized by Google

DXX.

† In Nomine Domini Nostri Iesu Christi Anno ab incarnatione eius millesimo centesimo quinto. et vicesimo anno principatus domini Richardi gloriosi principis. mense augustus. Indictione tertiadecima. Nos Guillelmus domini gratia episcopus sancte sedis nolane ecclesie. nos autem una cum cunctos sacerdotes et diaconos et subdiaconos ac clericos ipsius nostri episcopii: A presenti die promptissima voluntate pro dei omnipotentis amore et pro mercedem et redemptione anime nostre. Concedimus et tradidimus vobis domino petro eximius abbas monasterio sanctorum severini et sossii quod constructu et dedicatu hintus civitate neapoli et per vos in ipso sancto vestro monasterio. Idest integra ecclesia vocabulo sancte pauline virginis que sita est in territorio nolano una cum omnibus casis et cellis et ortalibus seu fundoras et terris omnibusque eis pertinentiis et cum inclitum campum in quo suprascripta ecclesia constructa est et cum omnia et in omnibus ad suprascripta ecclesia pertinentibus. Sive que modo habes vel in antea habituros fuerit per quobis modum. Et ab hanc dies et deinceps a nobis vobis sit concessum et traditum in vestra vestrisque posteris et de suprascripto sancto vestro monasterio sit potestate ad abendum et possidendum illud ibide usque in sempiternum. A nobis autem neque a posteris nostris neque a memorato sancto nostro episcopio nec a nobis personas summissas nullo tempore nunquam vos aut posteris vestris vel suprascripto sancto vestro monasterio quod absit habeatis exinde aliquando quacumque requisitione aut molestia per nullum modum a nunc et in perpetuis temporibus. Sed omni tempore vos et vestris posteris et suprascripto sancto vestro monasterio in suprascriptum campum ubi est suprascripta ecclesia habere obedientia proprio ipsius vestro monasterio cum omni vestra utilitatem absque omni nostra nostrisque successoribus et de iamdicto nostro episcopio qualivet contrarietatem sed omni tempore nos et nostris posteris et suprascripto sancto nostro episcopio vobis vestrisque posteris et ad ipso sancto vestro monasterio in omnibus illut defendere debeamus ab omnibus hominibus omnique personas dantes vos et posteris vestris ad ipso sancto vestro monasterio nobis nostrisque successoribus hanc nostri episcopii pro omni

An. 1105.

Digitized by Google

annuo in die iobi die sancto idest de cera libre quattuor et de incensum libra media nichil plus absque omni amaricatione quia ita inter nobis complacuit. Si autem nos aut posteris nostris vel suprascripto sancto nostro episcopio contra hanc chartulam venire presumpserit et ea ebacuare voluerit tunc componimus in ipso sancto vestro monasterio auri libras tres vizanteis. Et hanc chartulam scripta per manu Iaquinti presbiteri et notarii. Sigilli nostra impressione signata. tibi domino petro venerabilis abbas tradidimus.

† Ego Willelmus Episcopus Nolanus
† Ego Stephanus Archidiaconus
† Ego Ioannes Archipresbiter

Digitized by Google

DXXI.

† IN NOMINE DOMINI SALVATORIS NOSTRI IHESU CHRISTI DEI ETERNI: SECUNDUS RICHARDUS DIVINA ORDINANTE CLEMENTIA CAPUANORUM PRINCEPS: PETITIONE DILECTORUM SUORUM FIDELIUM FAVET: An. 1105.

† NOS secundus Richardus proles bone memorie Iordani principis. Notificari volumus omnibus filiis Sanctae et Catholicae aecclesiae. quoniam Robbertus de medania Consanguineus noster. nec non Roggerius miles eius. nostram exoraverit clementiam quatenus in monasterio dei et Beati Laurentii. levite et martiris christi sito pene murum nostrae aversane urbis cui dominus Guarinus venerabilis abbas prehest. Concederemus duas petias terre. quas pro animabus parentum illorum ipsi in eodem monasterio dederunt. Cumque talis petitio nobis ab eis facta fuisset. propter amorem omnipotentis dei. et illorum nostrorum fidelium. per hoc videlicet principale scriptum. in iam dicto monasterio. in perpetuum. Concedimus ac Confirmamus. ipsas integras duas petias terrae que sunt in pertinentia matalonis. propae aecclesiam. Sanctae dei genitricis virginisque Mariae. quae est constructa in loco qui dicitur iugnanum. Quarum prima. est in loco ubi dicitur ad la Sambuca et hos subscriptos habet fines. Ab uno latere quod est a parte meridiei. est finis terra heredum iohannis bovi sicuti vadit recte mensurando contra orientalem partem. sunt inde passi triginta et sex. et medium. et ab inde qualiter vadit contra septentrionem. est finis terra iohannis de sico. sunt inde passi triginta: et deinde contra orientem iuxta eadem petia terre. sunt inde passi triginta et quatuor. et abinde qualiter descendit paululum usque ad terram petri de fusca. sunt passi sex et medium et ab inde vadit mensurando contra orientem iuxta eadem terra. et terra martini dardani. et finis aliam petiam terrae predicti petri de fusca. sunt inde passi sexaginta et unum. et abinde sicuti vadit contra septentrionem sunt inde passi novem minus pes medium. et abinde sicuti vadit directe mensurando contra orientalem plagam. iuxta terram petri de fusca et fratris eius. usque ad terram Sancti agnelli. sunt inde passi decem et novem. et abinde sicuti vadit

Digitized by Google

contra septentrionem iuxta terram leonis notarii. sunt inde passi sexaginta et quattuor minus pedem unum. et deinde sicuti vadit mensurando contra orientem usque ad terram presbiteri petri betrani. est finis terra heredum iohannis donatiurti. et terra heredum maraldi fulki. sunt inde passi sexaginta et octo et medium. Ab alio vero latere quod est a septentrione. est finis aliquantulum terre arturi clerici: et finis via publica quae vadit ad matalonem. sunt inde passi trecentos et sexaginta et quinque Ab uno capite quod est ab oriente. est finis predictam terram presbiteri petri betrani. et finis terra quam fuit petri notarii. et finis terra quam petrus de fusca residet. et finis terra iohannis ferrarii. et finis terra iohannis befanii. et finis terra aecclesiae sancti martini de matalone. sunt inde cum ipsa sepis mensurata. passi Centum. triginta. Ab alio vero capite. quod est ab occidente: est finis alia via publica. sunt inde passi centum viginti. Saecunda vero petia. est ubi dicitur ad la spannella. habetque hos subscriptos fines. A latere quod est ab oriente. est finis terra filiorum dominici palumbi. et finis sanctae mariae adgruttulae. est finis terra sancte crucis de saglano sunt inde passus centum octoaginta et quattuor. Ab alio vero latere. est finis terra hominum ecclesie sancti protomartiris stephani et sanctae agathes sanctae capuanae sedis. sunt inde passi duocentum et quattuor. Ab uno Capite quod est a meridie. est finis via publica sunt inde passus quinquaginta et quinque. Ab alio vero capite. est finis terra prephate Capuanae saedis. sunt inde passus sexaginta. Prescripte due petie de terra per prescriptos fines. et mensuras. mensurate ad passum landonis. seniori gastaldi. una cum omnibus inferioribus. ac superioribus earum et cum viis in eis intrandi et exeundi et cum omnibus pertinentiis illarum qualiter ipsi prenominati Robbertus de medania scilicet et Rogerius illas. in fevo a nobis tenuerunt. Nos prenotatus Secundus Richardus Capuanus princeps in iam phato monasterio Sancti Laurentii per hoc principale scriptum in perpetuum. Concedimus. ac Confirmamus ad possessionem. et potestatem predicti monasterii et iam nominati domini Guarini venerabilis abbatis eiusque successorum faciendi exinde utilitate ipsius monasterii. Remota omni inquietudine. Contrarietate nostra. nostrorumque successorum. et illorum Robberti de medania et Roggerii. et successorum illorum aliorumque omnium mortalium persona. Quod si quis huius nostrae concessionis et confirmationis paginam Contemptor. aut Violator. in

Digitized by Google

aliquo aessae presumpserit. Quinquaginta libras auri purissimi persolvat. Medietatem in predicto monasterio sancti laurentii. et medietatem nostro sacro palatio. Solutaque pena. hoc principale scriptum cum sua continentia. firmum. munitum. atque inviolabile maneat in perpetuum. Et ut hoc firmius credatur et diligentius ab omnibus observetur. Manu propria illud corroboravimus. et nostri Sigilli inpressione iussimus insigniri.

SIGNUM DOMINI SECUNDI RICHARDI

† Ego Rothbertus de medania me subcripsi.



GLORIOSISSIMI AC MAGNIFICI PRINCIPIS

† Ego Rogerius filius Richardi me subscripsi.

Ex Iussione prephate serenissime potestatis Scripsi EGO QUIRIACUS PALATINUS IUDEX In anno dominice Incarnationis. millesimo. Centesimo Quinto. et vicesimo sexto anno principatus prephati domini Secundi Richardi gloriosi principis capue. Datum Capua Mense Octobri per Indictionem Quartadecimam.

Digitized by Google

DXXII.

An. 1106. † Ego Robbertus filius bone memorie Iordanis principis procurator scilicet principatus Capuae cum subscriptis baronibus et ceteris aliis per interventum Goffridi de medania. Concedo et Confirmo. in Monasterio beati Laurentii. levite et martiris christi. constructo prope aversana urbe. cui dominus guarinus venerabilis abbas prehest. Quadraginta modios terrarum ad pontem sancti Martini in territorio Capuae in subscriptis locis. ad passum Landonis senioris gastaldei set ad mensuram de passo aversanae urbis. sunt modios triginta et septem. Videlicet ad fossas figulorum modium unum. et ad anglonem iuxta laneum modios septem. Ad locum qui vocatur frigidus. modios sex. et quartas septem. Ad fossatellum. modii duo. et quarte tres. Ad frascaritum vero modios viginti. Etiam et in territorio matalonis duas petias terrarum in subscriptis locis et per subscriptos fines. quas et quos omnes modios terrarum. Goffridus de medania pro anima Robberti de medania aliorumque parentum suorum in prephato monasterio dedit et optulit meo concessu. Prima ex ipsis petiis terrarum. est in territorio matalone in loco scilicet qui dicitur alicicini et hos habet fines. Ab uno latere quod est a parte orientis. est finis terra ardoyni de matalone. et finis terra iohannis limatano. et finis terra Stephani malfridi et finis via publica. sunt inde per longitudinem. passus ducentos et sexaginta et quinque. Ab alio vero latere est finis terra predicti Ioffridi. sunt inde passus ducentos et sexaginta et septem. Ab uno Capite quod est a parte meridiei est finis terra heredum iohannis tilla. et finis terra iohannis alvo sunt inde per latitudinem passus sexaginta et octo. Ab alio vero capite est finis terra iohannis sabbatini sunt inde passus Sexaginta et octo. Secunda vero petia. est propae aecclesiam Sanctae Mariae virginis de iugnano. Ab uno latere quod est a parte orientis est terra filii aginardi: sunt inde. passus duo centos et Sexaginta. Ab alio vero latere est finis terra. landonis tille filii quondam iohannis tille. sunt inde similiter passus ducentos et sexaginta. Ab uno Capite quod est a septemtrione. est finis via publica sunt inde passus per latitudinem viginti et quattuor. Ab alio vero capite. est finis alia via publica. sunt inde passus viginti. Has predictas duas petias terrarum per predictos fines mensurate

Digitized by Google

ad passum landonis seniori gastaldei. nec non et totam terram quam superius adscripta est in territorio capuae ut dixi. Una cum omnibus inferioribus ac superioribus earum omnium quam et cum viis in ipsis terris intrandi et exeundi. et cum universis pertinentiis illarum. Ego prephatus Robbertus cum subscriptis baronibus et cum aliis de precatu predicti Ioffridi de medania in iam memorato monasterio Sancti laurentii. Concedimus et Confirmamus imperpetuum per hanc paginam. ad possessionem et potestatem eiusdem monasterii et predicti domini Guarini venerabilis abbatis eiusque successorum. omnium faciendi exinde utilitatem eiusdem monasterii. Remota omni inquietudine Contrarietate et molestia omnium mortalium persona. Quod Si quis hanc nostram concessionem et confirmationem in aliquo violator esse presumpserit. Quinquaginta libras auri purissimi persolvat. Medietatem in prephato monasterio. et medietatem Capuanae curiae. et soluta pena hoc scriptum cum omnibus quae et qualiter continet. firmum. munitum atque inviolabile maneat imperpetuum. et ut hoc firmius credatur et diligentius ab omnibus observetur. manu propria subscripsi. et meo sigillo sigillari precepi.

† EGO PREPHATUS ROBBERTUS :
† EGO IORDANUS
† EGO PREDICTUS GOSFRIDUS DE MEDANIA
† Ego Anseri.
† Ego Iuo economus.
† Ego Rodulfus filius Rahelis.
† Ego Willelmus de pirolo.
† Ego Guarinus
† Ego Robbertus abbas.
† Ego Alexander
† Ego Ioffridus de poholdone
† ego petrus stanctiotus

Ex iussione predicti domini Robberti Scripsi EGO QUIRIACUS PALATINUS IUDEX. preceptum istud In anno dominice Incarnationis Millesimo Centesimo Sexto. Datum Capuam Mense Aprelis per Indictionem quartadecimam

Digitized by Google

DXXIII.

An. 1106. † IN NOMINE SANCTE ET INDIVIDUE TRINITATIS PATRIS ET FILII ET SPIRITUS SANCTI ANNO ab Incarnatione domini Millesimo Centesimo sexto. Indictione. Quarta decima. Nos petrus dei gratia sancte caiatiane sedis episcopus. domino Guarino Venerabili abbati sancti laurentii aversani cenobii tuisque successoribus in perpetuum. Cunctorum fidelium christianorum est congruis petitionibus congruam prebere exauditionem. Decet ergo nos precipue qui quamvis indigne prelati sumus hoc discretius observare. Maxime ad effectum perducere. quod pro religiosorum locorum petimur tranquillitate. Denique quia postulasti a nobis cum venerandorum monachorum collegio ut prephato cenobio beati laurentii martiris. In quo deo favente preesse videris. Concederemus monasterium sancte crucis positum infra diocesim prescribte caiatiane ecclesie in monte scilicet qui dicitur berne a vobis usque nunc possessum. Inhumanum extimavimus. si vestre iuste petitioni non acquiesceremus. Presentibus ergo litteris assensu universorum canonicorum ac clericorum nostrorum. et cum voluntate domini robberti comitis. concedimus. damus. et confirmamus. tibi tuisque successoribus et predicte sancte congregationi iam nominati cenobii sancti laurentii in perpetuum iam dictum monasterium sancte crucis cum omnibus suis pertinentiis. excepto terra que est posita infra caiatianos fines in loco videlicet qui dicitur camula. qualiter prephato monasterio pertinuit. ut idem monasterium cum perscribtis suis cunctis pertinentiis secure et pacifice habeatis et possideatis. absque molestatione nostra nostrorumque successorum salva episcopali dignitate. Et per singulos annos in assumptione sancte marie nobis et successoribus nostris vel parte predicti nostri episcopatus. persolvatis vos atque successores vestri unciam auri boni unam pro iustitia quam ex predicto monasterio sancte crucis nostro episcopatui pertinuit. Sane si quis in antea episcopus aut clericus vel laicus sive persona quelibet contra hanc concessionem ausu temerario pro parte nostri episcopatus resistere presumpserit. secundo vel tertio ammonitus si non apta satisfactione emendaverit sciat se libram auri purissimi unam compositurum. prephato cenobio sancti laurentii vel pre-

Digitized by Google

senti predicto abbati eiusque successoribus. Et hoc scribtum firmum et ratum permaneat in perpetuum. ut autem verius credatur et firmiter observetur manu propria subscribenda corroboravimus et ad extremum impressione nostri episcopatus sigilli insigniri curavimus.

† EGO QUI SUPRA PETRUS EPISCOPUS
† Ego paulus archipresbiter
† Ego Herbertus cantor
† EGO SIMEON DIACONUS
† Ego qui supra Rodbertus Comes

DXXIV.

† In nomine domini nostri ihesu christi Regis ac Salvatoris eterni. anno Salutifere incarnationis millesimo centesimo septimo. mense Februario qui vadit sub indictionc quintadecima. Ego Robbertus divina hopitulante clementia inclitus comes dominator civitatis monopoli Septimo anno dominationis nostre cogitans de multis mundi vel satis bonis prospere et honeste nobis a deo donatis: visum est ut pro amore nostri creatoris. largiremur solacia et beneficia sancte dei ecclesie servientibus. Et quoniam condeced me semper de nostris bonis et abundatiis incensanter monasteriis et ecclesiis herogare. que dominus gosfridus pater meus semper de suis hopibus ditavit proinde omnipotentis. dei misericordia compulsus. pro eiusdem genitori meae animae et meae mercede et de mabilia uxore mea. omniumque parentum nostrorum. Concedo et offero in monasterio sancti nicolai. que costructum est intus in nostra civitate monopoli in ipsa pinna pre manibus domini robberti priori eiusdem sancti monasterii cum eo adesse et recipiente hanc nostram offertionem goldelferi adbocatum suum Hoc est enim Locus foris ista civitate in porta nova. in ipsa pertinentia que est super ipso horto ipsius monasteriis. a parte austri pro casa illuc laborandi ad proficuum eiusdem sancti monasteriis et est locus ipsum ita per mensura ab ambe ipse cruci que fecimus in eadem pentima unam a parte maris et alia a pars montis usque in eodem horto. et est in longitudo locus ipse a mare in monte pedes sexaginta sex. ad mensura manus hominum et per latitudo est a supradicti

An. 1107.

Digitized by Google

cruci quam diximus usque in predicto horto. Super hoc concedo et offero in pretextato monasterio intus in ac nostra civitate monopoli tres pedes ad mensuram manus hominum de ipsa via publica ad latere de casella grimatio calafati que est in vicinio ecclesie sancti thome apostoli quomodo est per longitudo a medio ipso sepulchro eiusdem sancte dei ecclesie que est sub eadem casella et qualiter vadit in suso ultra ipsa casellam. ysa cum fronte de ipso suppinno qui est a parte austri de ipsa via quod lafrido filius citro bendidit ipsius monasterii sancti nicolay. et per latitudo est a prephata casella et sepulchrum contra ipsa via pedibus tres et sit licentiam et potestatem prephato prihore vel eius successores laborandi parietem et facere pedes de arco in predicti tres pedibus ante iam dicta casella. et boluere ipso arco super ipsa via et coniungere illo cum predicto suppinno eorum et desuper ipsa via et arco faciant casa ad eorum voluntatem Set supter in predicto pariete quem facere volunt ante ipsa casellam. faciant ostium in fronte de ostio eiusdem caselle ut proinde abeat casellam ipso introitum et exito suo sub ipso arco et hec michi qui supra comes pertinuit a pars de ipso publico et illut de foras que perlegitur pertinuit michi pro mortizzo ydest da sasso et piczulo fratres et filii iohannes. et da theofilacto filio maragdi qui mortui sunt sine herede et causa eorum mea est potestate Hec autem omnia que prelegitur de intus et foras. Concedo atque offero iam dicto monasterio sancti nicolay tali quidem modo et ordine ut ab odierno die in antea perpetualiter. sint ista nostra offertione de intus et foras in potestate et dominatione prephati monasterii et de eius rectores abendum. dominandum et possidendum una cum superiore et supterioribus suis cum trasitibus et exitibus suis cum omni utilitate usque in vias publicas vel cum omnia infro se abentibus ad faciendum inde omnia ut eorum voluntas fuerit sine mea meorumque heredum vel successorum nostrorum contrarietate et requisitione. Seu molestationem vel meorum hordinatorum. Ego autem et mei heredes aut successores mei non habeamus potestatem ista nostra offertione a dominio eiusdem monasterii vel rectores ipsius monasterii relevare contraere vel aliquid inde subtraere vel minuare per quolivet ingenio. Set insuper defensores eis exinde permaneamus ab omnibus hominibus qui exinde cum parte iam dicti monasterii causare aut contendere voluerint quomodocumque Et talis est pede ipso cum quo mensurata est

Digitized by Google

hec nostra offertione de intus et foras qualiter est ista carta a capite unde se cepit scribere usque in medio ipsa crux que per signum in ea facta est Unde pro securitate et firmitate atque stabilitate vel nostre concessionis et oblationis ego qui supra comes hic manu propria signum sancte crucis inpressi et meo nomine ascribi iussi et cum nostro tipario ad plumbea bulla feci consignari Atque ad confirmationem eiusdem precepi testari Leoni maniati iudici et florualdi iudex et Maiori iudici. Et hec carta nostre offertionis taliter scribere iussi per manum Smaragdus noster notarius mense et indictione pretitulatis.

† Signum manus Robberti cupersani qui supra incliti comitis

† Iudex prephatus probat ista leo Maniniatus

† Maior iudex qui supra ego

† FLORUALDUS QUI SUPRA MONOPOLITANUS IUDEX HOC QUOD SCRIPTUM EST SIGNO

Digitized by Google

DXXV.

An. 1107. † In nomine domini nostri Ihesu Christi anno ab incarnatione sua. Millesimo centesimo septimo indictione quintadecima in mense iunio. Ideoque ego comes robbertus filius comitis robberti de laurotello bone memorie dum haberem quoddam monasterium extra civitatem florentinam que est in meo comitatu. iusta fluio que vocatur triolum edificatum in onore sancti lupi. cum mihi congruum videtur eum gaurino abbati de hecclesia sancti laurentii que sita est iusta civitatem averse bona mea voluntate donavi adque tradidi ut hecclesia beati predicti martiris laurentii ut venerabilis abbas guarinus eiusque successores in perpetuum habeant et possideant ita liberum et sine contradictione mea vel meorum heredum hac cuiuscumque persone quemadmodum tempore guilelmi de nonanta abunculi iunioris guilielmi liberius abuerunt et possederunt una die et una nocte et hanc concessionem et donum feci ego propter deum et pro redemptione anime mee et parentum meorum ut supradictum monasterium cum omni sua pertinentia sit in potestate et in dominio hecclesie beati laurentii et dompni guarini abbatis et successorum suorum. ego vero a preposito hecclesie sancti lupi supradicti vel ab hominibus casale eiusdem sancti lupi inhabitantibus aliquod datum vel angariam immo etiam consuetudinem aliquam non exigam nisi ipsi pro sua bona voluntatem aliquam benedictionem mihi dare aut facere voluerint. Canonica auctoritatem ex parte dei omnipotentis et sancte marie virginis hac petri apostolorum principis atque omnium sanctorum excomunicamus et anathematizamus ut quicumque hanc cartulam irritam facere voluerit in maledictione dathan et abiron in eternum permaneat nisi digne penituerit. Et hanc cartulam donationis scripsi ego robbertus notarius pro iussione supradicti comitis lauritelli in civitate termoli feliciter

† Signum crucis manus comitis robbertis supradictis
† Signum crucis manus robberti comestabulo
† Signum crucis manus ubberti filio graoberti
† Signum crucis manus riccardi filio iohannis

Digitized by Google

DXXVI.

† In nomine domini nostri Iesu christi. Anno ab incarnatione eius millesimo centesimo septimo. Et primo anno principatus domini robberti gloriosi principis mense augusti. Quintadecima indictione. Per suggestionem antiqui ostis hac fragilitate carnis. omnis homo mendax est. sed dei providentia suoque nimio amore. omnis qui se culpis illigat permisit relicto tramite iniquo per viam veritatis possit incedere. dicente quedam prophezia. Quacumque hora peccator conversus fuerit ab impietate sua vita vivit. et non morietur. Et alibi. sicut aqua extinguit ignem. ita elemosina extinguit peccatum. Iccirco ego Guido filius quondam guidonis qui sum habitator intus hanc suessanam civitatem. Me nimium cognosco in multis prepeditum delictis. Etiam eternam vitam me cognosco amittere. Tamen dum adhuc mentem sanam in me sentior habere et memor sicut dicit scriptura. Ambulate dum lucem habetis. Et iterum. divitie vestre antecedere possunt. sequi autem non possunt. Propterea autem ego modo dum vivus sum ut misericordia merear consequi anime mee de meis facinoris atque adimpleat statutum legis luidprand ut langobardus dum vivit et recte loqui potest pro sua anima de rebus suis iudicare. vel disponere. et quicquid iudicaverit vel disposuerit de rebus suis pro sua anima stabili ordine debeat permanere. Modo vero ego qui supra nominatus Guido pro redemptione animae meae et trocte uxoris mee. et Mirante quondam meae uxoris et filiorum meorum. seu et ego mulier nominata suprascripta trocta uxor videlicet suprascripti Guidonis et filia Iohanni boni iudici sicut nobis aptum et congruum est bona etenim nostra voluntate. Ego qui supra mulier cum consensu et voluntate prescripto viro. et mundoald meum per hanc cartam prolicere. et largietate domini Richardi de aquila nostro seniori pro salute et redemptione animae nostrae et aliis supradictis. in presentia Iohannis iudicis suessane civitatis. et alios testes. Damus. Tradimus. Alienamus. et per hoc scriptum inperpetuum confirmamus in monasterio beati Laurentii de aversa. et vobis arnaldi monachi et propositi monasterii sancti andree. et petro presbitero. et monacho vestro fratri. pro parte et vice iam dicti monasterii beati laurentii. Hoc est integra una petia de terra nostra que habemus propinquo

An. 1107.

Digitized by Google

civitate suesse in ipsa civitate vetere destructa loco ubi nominatur ralusole propinquo ecclesia sancti Iohannis. nobis pertinente secundum nostris rationibus. per has fines. Uno latere fine silice. habet inde passus quadraginta tres. et quomodo redit mensurando. iuxta terram benedicti fictiliarii. habet inde passus viginti quinque. Et sicut revolvit per ipsum intersicùm iuxta eadem terra. habet inde passus duodecim. Et revolventes per ipsum intersicum iuxta terram predictam ecclesie sancti iohannis. exinde habet passus tres. detrahentes mensura directe iuxta eadem terra·ecclesia sancti iohannis. habet inde passus sex. Alio latere fine terra predicta ecclesia sancti iohannis. et terra de heredes quondam risi franki. habet inde passus quinquaginta quinque. Uno capite fine terra raynerii bernardi. habet inde passus quadraginta sex. et medium passum. Alio capite fine terra nostra exinde habet passus quindecim. et medium passum ad mensura de passu landoni seniori castaldi est mensurata. Ideo autem suprascripta petia de terra per ipse finis et mensuris indicata qualiter diximus. Una cum arboribus. et cum omnia inferius et superius ibi habentibus. et via sua ibidem intrandi. et exhiendi. in prephata ecclesia dedimus. et tradidimus. atque alienavimus. Ego enim qui supra mulier cum consensu et voluntate suprascripti viri mei. Ad possessionem predicti monasterii. et de eius rectoribus. et custodibus. ad habendum. et possidendum. et faciendum exinde omnia quae praedicto monasterio placuerit. Unde nec nobis qui supra vir et coniux. nec ad heredibus nostris nec alii cuilibet exinde nulla reservavimus. eo quod libenter pro salute et redemptionis animae nostrae et prescriptis fecimus. Et obligamus nos qui supra nominati guidoni et trocta vir et coniux. michi qui supra mulier consentiente prescripto viro et mundoald meum nos et nostris heredibus. a pars predicti monasterii et ad eius rectoribus et custodibus integra suprascripta petia de terra per suprascripte finis et mensuris. amodo et semper defendere et antestare ab omnibus hominibus ab omnique partibus. etiam si necesse fuerit pars predicti monasterii esset exinde auctori et defensori vicibus nostris et de nostris heredibus licentiam et potestatem habeant cum ista dationis et traditionis atque alienationis carta. et cum aliis nostris et eorum rationibus et scriptionibus quomodo vel qualiter melius potuerint et voluerint. et quicquid exinde fecerint. eorum sint potestatis. Et quando necesse fuerit defendimus illud a pars

Digitized by Google

predicti monasterii ut dictum est. Si autem nos qui supra nominatus vir et coniux vel nostris heredibus hanc dationis. traditionis. atque alienationis cartam de quibus continet aliquando per qualecumque ingenium dirrumpere vel removere quesierimus. et si non defensaverimus et non compleverimus illud a pars predicti monasterii. quinquaginta bizzanteis solidos aureos bonos pena a pars predicti monasterii componere et dare obligamus. et taciti et quieti inde vel exinde eis maneamus semper. Et taliter nos qui supra nominatus guidoni et trocta vir et coniux qualiter nobis congruum fuit. Ego enim qui supra mulier cum consensu et voluntate prescripti viri et mundoald mei. Quam et pro licere et largietate prescripti domini nostri Richardi de aquila pro salute et redemptione animae nostrae sicut supra dictum est. ita libenter fecimus. Et te Lando Clerico. et notario qui interfuisti scribere rogavimus. Actus Suessae.

† EGO QUI SUPRA IOHANNES IUDEX

† EGO IOHANNES IUDEX

† Ego benedictus presbyter

† Ego Iohannes de paulo

Digitized by Google

DXXVII.

An. 1107. Notum sit omnibus hominibus tam posteris quam presentibus. quoniam ego BOAMUNDUS per gratiam dei antiochenus princeps concessi et concedo aecclesiae beati laurentii de aversa pro remissione peccatorum patris mei. et matris. nec non et meorum. ut ubicumque sint monachi prefatae aecclesiae in villis meis. nullas penitus vendendi vel emendi. consuetudines reddant: Neque sit aliquis de exactoribus meis qui supradictas consuetudines ab eis exigat. Concedo etiam ut si homines predictorum monachorum aliquid forte foris fecerint. non sit aliquis de meis ita temerarius vel audax. ut eum sine clamore. monachorum aliquo modo iustificare presumat. set predictis monachis prius proclamationem faciat. et per manus eorum postea iustitiam habeat. Addo preterea prefatae elemosinae ut sicut homines mei in terra mea alienos homines afidare possunt. ita quod et predictis monachis afidandi quoslibet. in terra mea potestatem trado: Quicumque ergo hoc preceptum proprio typario meo bullatum infirmare voluerit. vel presumpserit. centum solidos aureos ad curiam meam componat: Scripta per manus hugonis cancellarii mei indictione prima. Anno ab incarnatione domini millesimo centesimo septimo BO†AMUNDUS.

HUGO DE † GAUTERII VILLA WIDO † FRATER EIUS TESTES

Digitized by Google

DXXVIII.

† In nomine domini dei salvatoris nostri ihesu christi: Imperante domino nostro alexio magno Imperatore anno vicesimo septimo sed et iohannis porfilogenito magno imperatore eius filio anno sexto decimo: die undecima mensis magii indictione prima neapoli: Definibi ego videlicet fasana filia quondam sergii presbyteri qui nominatur de maroccia et quondam eupraxia iugalium personarum ego autem una cum consensu et voluntate iohannis clerici qui nominatur riccio tecum denique maria filia quondam petri qui nominatur galipulu cui super nomen de palumbo relicta autem quondam martini qui nominatur coppacane abitator de loco qui nominatur carinianum de intentione que inter nos abuimus de integra pischina frabita et de atrium suum ante se et de cursora ante eas posita vero intus anc civitatem neapoli intus curte commune mea et tua et de aliis consortibus nostris qui ibidem parte abent que est iusta platea publica at forum non longe a monasterio sancti pellegrini una cum introitum suum da memorata platea publica per memorata curte commune et per gradis et ballatorium iterum commune meum et tuum de aliis consortibus nostris et abinde pertinet anditum altineum iterum commune meum et tuum et de aliis consortibus nostris qui ibi ipse anditu altineum badit rebolbendo et est constitutum super inferiora cellarei et abinde per regiola pictula iterum commune usque at memorata pischina et omnibus sibi pertinentibus: et est coniuncta ipsa pischina et iamdictum atrium suu de uno latere parte septemtrionis cum curte de landolfo qui nominatur.... de alio latere parte meridiei cum domu de illi millusi de uno capite parte occidentis cum ecclesia sancte agathe qui dicitur de ipsi millusi de alio capite parte orientis cum inferiora cellarei mei et cum superiora heredes iohanni qui nominatur gictio et cum memoratum anditum altineum commune et cum superiora de illa moliperta et de iohanne pandone sicuti inter se pariete exfinat..... abet memorata regiola pictula qui ingredit at memorata pischina commune et in quo abet una fenestra per qua per exinde lumen ingredit at memorata inferiora cellarei mei atserendo pars mea atbersus te quia memorata pischina

An. 1108.

*

Digitized by Google

cum suis omnibus pertinentibus ut super legitur esset propria mea et de ipsi heredes memorati iohanni qui nominatur gictio eo quod illa portione quas exinde pertinuit at illa domu tua qui est iusta ipsum ballatorium et iamdicta curte insimul commune a parte mea michi illut pertinere abere per comparatum et pars tua dicebat vere quia de ipsum que ex ipsa pischina pertinet abere at ipsa domu tua michi exinde pertinere abere per comparatum et sine ipsum que mihi exinde pertinet abere per comparatum exinde pertinet abere tibi pro memorata domu tua....quatra et multa altercatione exinde inter nos abuimus et perreximus exinde in publicum at legem ante iudices publicos tum ibidem supra ambas partes portabimus at iudicandum et ibique aput eos et a parte tua ostense et relecte chartule et notitie de memorata domum mea et de iamdicta domum tua que declarabat et ipsa pischina et dum ipsi iudices taliter ipsa licta nostra audissent et memorate chartule relegissent tribuerunt exinde inter nobis oc iudicium ut tu et heredibus tuis omni tempore habere debeatis de memorata integra pischina et de suis omnibus pertinentibus integra una quarta et ego et ipsi heredes memorati iohannis qui nominatur gictio relique tres partes eo quod exinde comparabimus illa portione que exinde pertinuit ad illum maracino et ponere tibi exinde aliter anc chartulam promissionis definitionis quomodo inferius dicimus proinde et ego memorata fasana filia memorati quondam sergii presbyteri de maroccia ego autem una cum consensu et voluntate memorati iohannis clerici qui nominatur riccio viri mei qui eodem iudicio et per anc chartulam promicto et atfirmo tibi memorata maria relicta autem memorati martini qui nominatur coppacane quia nullatenus presummo ego aut heredibus meis nec alia quabis personas in nostras vices neque abeamus licentiam aliquando tempore te vel tuis heredibus querere et molestare de memorata quarta de memorata pischina et de iamdictum atrium et cursoras suas et de omnibus que ad ipsa quarta tua pertinentibus per nullum modum nec per summissas personas a nunc et in perpetuis temporibus: insuper et qui te vel heredes tuis ex ipsa quatra tua de memorata pischina et de iamdictum atrium et cursoras suas vel de omnibus que ad ipsa quatra tua pertinentibus at querendum venerit per quobis modum per me vel per meis heredibus tuc statim homni tempore ego et heredibus meis tibi tuisque

Digitized by Google

heredibus eos exinde desuper tollere et tacitos facere debeamus asque omni tua tuisque heredibus qualibet damnietatem et sine omni data occasione : Quia ita nobis iudicatum est : si autem aliter fecerimus de is omnibus memoratis et in aliquit offensi fuerimus per quovis modum aut summissas personas tunc compono ego et heredibus meis : tibi tuisque heredibus auri solidos triginta bythianteos et ec chartula ut super legitur sit firma scripta per manus iohannis curialis : qui scribere rogatus per memorata indictione † oc signum manus memorata fasana filia memorati quondam sergii presbyteri qui nominatur da maroccia ipsa autem cum consensum et voluntatem memorati iohannis clerici qui nominatnr riccio quod ego qui memoratos pro eis subscripsi †

† ego iohannes filius domini gregorii testi subscripsi †

† ego gregorius filius domini sergii testi subscripsi †

† ego gregorius

† Ego iohannes curialis : complevi et absolvi per memorata indictione †

Digitized by Google

DXXIX.

An. 1108. † In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu christi Imperante domino nostrum elexium magno Imperatore anno Vicesimo septimo: sed et iohannes eius filium porfirogenito magno imperatore anno sexto decimo die quarta mensis iuny. indictione prima neapoli: Certum est me petro subdiacono qui nominatur maiuraro filium quidem *stephani* callis et maiorarii: A presenti die promtissima voluntate promicto vobis domino Iacobus venerabilis igumenus monasterii sanctorum sergii et bachi qui nunc congregatum est in monasterio sanctorum theodori et sebastiani qui appellatur kasapicta situm in biridiarium Vos autem una cum cunctas congregationes monachorum memorati sancti et venerabilis vestri monasterii: propter integra medietate vestra iuris propria memorati sancti et venerabilis vestri monasterii de integra ecclesia bocabulo beate et gloriose dei genitricis semperque virginis marie domine nostre que appellatur ad illu arcu. sita vero intus anc civitatem neapolis in vico publico qui descendit da monasterio sancti agnelli christi confessoris ubi eius quiescit corpus. regione marmorata. ubi domino deo bolente. me ibidem custodem ordinastis a nunc et omnibus diebus vite mee. In eo enim tenore quatenus ego a nunc et omnibus diebus vite mee in memorata integra ecclesia sancte marie per ratiocinea ex ipsa medietate vestra. die noctuque omnem officium sacerdotalem facere et exivere debeas seu facere facias. sibe ad ora vel post hora aut ante ora hoc est besperos et matutinas seu missarum solemnias et oris laudibus et luminariorum concignationes. ibidem facere et exibere debeas seu facere facias ut aput. deum vobis et michi exinde mercis atcrescat. et coram hominibus laus. et pro alimoniis meis dedistis et tradidistis michi vite mee memorata integra medietate vestra de memorato sancto et venerabili vestro monasterio pertinentes de memorata integra ecclesia sancte marie una cum integra medietate vestra de omnibus domibus et de abitationibus seu cellis et ortuas quamque fundoras et terris nec non rebus et substantiis atque poxessionibus codicibus et ornamentis omnibusque eius pertinentibus at memorata integra medietate vestra de memorata ecclesia pertinentibus. insimul de intus et foris cum omnibus eis pertinentibus: In ea videlicet ratione quatenus in antea cuntis diebus vite mee sint potestatem illos tenendi et domi-

Digitized by Google

nandi seu ipsis rebus curiositer laborandi et alloborandum dandi asque scriptis seu frugiandi fruendi et commedendi et de ipsas frugias faciendi que voluero. vite mee: et si aliquod ibi datum vel offertum fuerit sibe a biris vel a mulieribus si fuerit mobile in mea sit potestatem faciendi que voluero: Si autem inmobile fuerit sibe pretium aut codices vel talis causa pro hornamentum *memorate ecclesie* post meum obitum ibidem remanere debeas. et si aliquod in ipsa medietate vestra de memorata ecclesia vel in eius domibus et cellis eius at conciandum vel edificandum aut recorticandum abuerit ego vita mea illut facere debeas at meum expendium: sicut iustum fuerit: et non abeas licentia ego vita mea de aliquis pertinentiis de medietate vestra de memorata ecclesia alicuy vel ubique dare aut largire vel per quobis modum alienare per nullum modum et si illum facere presumsero vacuum maneat. et res et poxessio ipsa gratis rebertant in proprietatem de memorata medietate vestra de memorata ecclesia: etiam et ego totius diebus vite mee vobis vestrisque posteris et in ipso sancto et venerabili vestro monasterio dare et dirigere debeas per omni annuo hoblatas parias dua unum parium per nativitas domini et aliu unu parium. per sanctum pasce asque omni ammaricatione: et nullatenus presummetis vos aut posteris vestris vel memorato sancto et venerabili vestro monasterio mihi vita mea memorata medietate vestra de memorata ecclesia tollere aut me exinde iactare vel aliquod exinde pertinentes a mea potestatem subtrahere per nullum modum adimplentes ego vobis et in ipso vestro monasterio et ad ipsa ecclesia omnibus memoratis per ordine ut super legitur. et vos et posteris vestris et memorato vestro monasterio michi vita mea memorata medietate vestra de memorata ecclesia cum omnibus pertinentibus defendere debeamus ab omnes omines omnique personas post vero meum transitum. tunc memorata integra medietate vestra de memorata ecclesia cum omnibus eius pertinentibus et cum quantum mihi per inventaneum assignaberitis in vestra vestrisque posteris memoratoque vestro monasterio rebertant et sint potestatem. cuius iuris fuerit et cuy illut largire volueritis vestre sint potestatis ut continet alia similis chartula que ves mihi exinde odie fecistis que aput me abeo. quia ita nobis stetit: Si autem aliter fecerimus de is omnibus memoratis per quobis modum aut summissas personas tunc compono ego vobis vestrisque posteris et in me-

Digitized by Google

morato vestro monasterio vita mea auri solidos sexaginta vitianteos et hec chartula ut super legitur sit firma scripta per manus gregorius curialis per memorata indictione † hoc signum † Ego petrus subdiaconus subscripsi †

† ego cesarius filius domini cesarii testi subscripsi †

† ego iohannes filius domini petri testi subscripsi †

† ego gregorius filius domini petri testi subscripsi †

† Ego gregorius curialis complevi et absolvi per memorata indictione

DXXX.

An. 1108. † In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro elexium magno Imperatore anno Vicesimo hoctabo: sed et iohannes eius filio porfirogenito magno Imperatore anno septimo decimo: Die vicesima mensis decembrii Indictione secunda neapoli: Certum est nos petro qui nominatur scintilla et anna honesta femina uterinis germanis filiis quidem domini iohannis qui nominatur de sicule: et quondam domina purpura Iugalium personarum: ego memorato petro cum volumtate maria honesta femina conius mea et ego memorata hanna honesta femina una cum consensu et volumtate domino landolfo qui nominatur carituro posteriori viro meo: A presenti die promtissima volumtate pro dei omnipotentis amore et pro mercedis et redemptionis seu salbationis anime nostre et de memoratis iugalibus genitoribus nostris hut ic et in futuro seculo requiem de peccatis nostris inbenire baleamus aput eternum dominum retributor omnium bonorum operum. Offerimus et tradidimus vobis domino petro umilis abbas monasterii sanctorum seberini et sossii ubi eorum venerabilia quiescunt corpora vos autem una cum cunta congregationes monachorum memorati sancti et venerabilis vestri monasterii et per vos in ipso sancto et venerabili vestro monasterio: Idest integras omnes portiones et pertinentias nostras que fuit portio de memorata genitrice nostra de integras quatuor camporas de terras hiam propria memorati vestri monasterii posita

Digitized by Google

intus arcora et foris arcora dudum aqueductus. et sunt campesis una cum introitas et anditas seu viis earum et omnibus eius generaliter et in integro pertinentibus: primum campum nominatur at decibilum at sanctum grisantum qui modo distructum est et est intus memoratum campum et coheret sibi de uno latere parte meridiana rium qui vocatur de silice. at vero alio latere parte septemtrionis sunt ipsa arcora: et illa forna. de uno capite via qui pergit at somma. at vero alio capite terra heredes quondam theodonanda: secundum campum qui nominatur at tabula situm foris memorata arcora. et coheret sibi de uno latere parte orientis fine de illi athalarici. at vero alio latere parte occidentis fine de illi trimula et de illi morfissa. et de uno capite parte septemtrionis via publica que pergit at cimiterium. at vero alio capite parte meridiana est illa fune trabersa heredes quondam leontu: tertium campum ibi ipsum at tabula: et est trabersum coheret sibi de uno latere parte septemtrionis memorata fune iamdictum leontum. at vero alio latere parte meridiana fune heredes quondam domine marie. de uno capite parte occidentis sunt ipsa arcora. at vero alio capite parte orientis est fine de paccianu: ipsum vero quartum campum iam proprium memorati vestri monasterii. nominatur ad ille fosse et coheret sibi de uno latere est ribu qui nominatur silice de alio latere terra de illi caracculi. de uno capite via de alio capite : Iterum a die presentis offerimus et tradidimus bobis et per vos in ipso monasterio: et integras omnes portiones et pertinentias nostras que nobis pertinent vel pertinere deberunt aut pertinentes fuerint per quobis modum a memorata genitrice nostra. De integra ecclesia bocabulo sancte marie que vocatur at mascatura et de integrum campum ubi est memorata ecclesia qui modo distructa est. Insimul iam proprium memorati vestri monasterii: positum ibi ipsum da intus iusta memorata arcora: una cum domibus et griptis distructis qui ibidem sunt intus memorata terra iam propria vestra et cum quantum nobis pertinet de piscinis distructis et de omnes frabicas qui intus memorata sunt. insimul iam proprium memorati vestri monasterii. et cum biis et anditas et introitas earum et omnibus que at memoratam ecclesiam et at memoratas terras generaliter et in integro pertinentibus et omnia intus se abentibus et possidentibus et cum omnes dationes et censum que de memorata ecclesia exire debuit per quobis modum. cum

Digitized by Google

omnibus eius pertinentibus : et licentiam et potestatem abeatis vos et posteris vestris et memorato vestro monasterio. memorata ecclesia et memoratis omnes fabrices qui ibidem sunt conciare et edificare qualiter bobis placuerit : De quibus nichil nobis de oc que superius bobis et per vos in ipso vestro monasterio offeruibimus cum omnibus eius pertinentibus ut super legitur. aliquod remansit aut reserbabi nec in aliena cuiusque personas quod absit commisimus aut iam commictimus potestatem. set a presenti die et deinceps a nobis vobis et per vos in ipso monasterio sit offertum et traditum ad abendum et possidendum illut in ipso monasterio et faciendi que volueritis. et neque a nobis memorato petro qui nominatur scintilla et memorata anna honesta femina uterinis germanis ego memorato petro cum voluntate memorata conius mea et ego memorata anna cum voluntate memorato posteriori viri mei. neque a nostris heredibus nec a nobis personas summissas nullo tempore numquam bos aut posteris vestris vel memorato vestro monasterio quod absit abeatis exinde aliquando quacumque requesitione aut molestia per nullum modum. nullamque adimbenta ratione. nec per summissas personas a nunc. et imperpetuis temporibus. Insuper omni tempore nos et heredibus nostris vobis vestrisque posteris et in ipso vestro monasterio exinde in omnibus antestare et defensare debeamus ab omnibus hominibus omnique personas. hostendentes vos et posteris vestris et memorato vestro monasterio nobis nostrisque heredibus sex chartule membrane scripte exinde continente que aput vos remisimus cum omnia que continent pro vestra posterisque vestris memoratoque vestro monasterio defensione : prima vero chartula est laborationis que fecerunt martino qui nominatur pictiubonum filium quondam iohannis et stephano qui nominatur malara filio quondam idem stephani abitatoribus de loco qui nominatur porclanum : at domino petro et domino leone et domina anna honesta femina uterinis germanis filiis quondam domini iohannis cofinelli. secunda chartula est terraticalis que fecerunt andrea et leone germanis filiis quondam stephani primicerii. et iohanne filio quondam leoni. et stephani filio quondam iohannis. hoc est germanis seu nepotes et parentes commanentes in loco qui nominatur trentula quod est at caba. at domino iohanne filio quondam domini petri. tertia ex ipse chartule que fecit stephano qui nominatur septimino filio quondam domini aligerni postmodum vero monachi :

Digitized by Google

at iohanne et leone germani qui vocatur coctlicati filiis quondam idem iohannis coctiicati. et at petro filio quondam petri coctiicati: abitatoribus in loco qui nominatur fundora. situm at casa greci. quod est at porclanum foris flubeum: quarta vero ex ipse chartule que fecerunt gregorio primicerio. et leone seu iohanne quamque petrum uterinis germanis filiis quondam martini primicerii qui nominatur perna. habitatoribus in loco qui vocatur capitinianum at sanctum sergium que est foris flubeum: at domino petro et domino iohanne seu domina anna. honesta femina uterinis germanis filiis quondam domini iohanni cofinelli. pro vice illorum et pro vice de ....at dominum marini uterino germano illorum simul et cum voluntate domina marenda genitrice illorum. et memorata domina anna cum voluntate domini gregorii buccapiccla biro suo insimul abiis et prothiis nostris: quinta vero chartula que de memorata ecclesia iam propria vestra fecit iohanne negotiatore filio quondam ursi amalfitani qui nominatur de sagivinitum. at memoratis prothiis et abiis nostris: sexta vero est infiduciationis de quinque modia de terra de foris arcora. que fecit memorato stephano qui nominatur septiminum: filio quondam aligerni septimini at domino iohanne cofinello abio nostro cuy ipse defisus erat: at relegendum et fine faciendum et sic nos et nostris heredibus vobis vestrisque posteris et in ipso vestro monasterio illut defendere debeamus ab omnes omines omnique personas: veruntamen per anc chartulam firmastis nobis ut si memorato genitori nostro sibe bita sua vel at suum transitum rem omnem facere volueris. vos et posteris vestris eum monachum facere debeatis et eum ibidem monachum abere debeatis vita sua sicut tenueris monachos ipsius monasterii. similiter et si at suum transitum sibe monachum se facere voluerit aut si antea eum mors preoccupaberis. tunc at suum transitum eum recipere debeatis. et vos eum intus memorato vestro monasterio sepelire debeatis in bice monachi sicut ceteris monachis memorati vestri monasterii: asque omni amaricatione. set ego memorata anna medietatem de omnibus memoratis offeruit bobis et in ipso monasterio pro memorato genitori nostro quia ita nobis pro dei amore placuit: pro eo quod vos in presentis scripsistitis nomina nostra et de memoratis iugalibus genitoribus nostris et de memorata conius et biribus nostris seum et de quondam anna

Digitized by Google

filia et nepoti nostra in bice monachi : Si quis autem potenx vel impotenx omo secularis aut sacerdotalis ordine contra anc chartulam benire presumserint et ea ebacuare voluerit per se aut per summissam personam parteque abeas cum iuda traditor domini et salbatoris nostri ihesu christi et cum omnibus ereticis et scismaticis tenebrosa parte possideant insuper componat ipse et suos heredes vobis vestrisque posteris et in ipso monasterio auri solidos centum bityantheos : et ec chartula ut super legitur sit firma scripta per manus gregorii curialis per memorata secunda indictione † hoc signum manus memoratas personas ut super legitur pro eis subscripsi †

† ego petrus subscripsi †

† ego iohannes filius domini gregorii testi subscripsi †

† ego iohannes filius domini iohannis testis subscripsi †

† Ego iohannes curialis testis subscripsi †

† Ego gregorius Curialis : Complevi et absolvi per memorata Indictione †

Digitized by Google

DXXXI.

† In nomine domini dei eterni et salbatoris nostri Ihesu Christi anno ab incarnatione eius millesimo centesimo Nono. Temporibus nostri domini Rogerii gloriosissimi ducis Vicesimo die intrantis mensis ianuarius tertia indictione. Intus castellum montorum finibus rotense. Dum esset dominus senior et genitor meus Rogerius ac filius quondam domini Turgisi de rota. In curia eiusdem castelli muntori ante presentiam quorumdam bonorum militum de castello sancti severini et de castello lauri et etiam ante Iudices et alios bonos homines de supradicto castello montorum ibi existentes. Guilielmus carbonus ac filius quondam Riccardi domini de castro montis fortis bona sua voluntate. et per preceptum et voluntatem etiam absolutionem supradicti senioris domini Rogerii genitoris mei. per fidem suam quam in manibus meis misit. devenit hominem meum ligium. de puro corde et pura voluntate sine fraude et malo ingenio. michi Robberto ac filio supradicti domini senioris mei Rogerii de sancto severino. Et presentialiter ipse predictus guilielmus carbonus per sancta dei evangelia per dexteram suam iuravit mihi iamdicto Robberto ac filio supradicti domini mei senioris Rogerii de sancto severino et heredibus meis de puro corde et pura voluntate. et sine fraude et malo ingenio. quod ab hac ora in antea aliquo modo non esset in consilio dictione vel opere ut ego predictus Robbertus et mei heredes perdamus vitam vel aliquod membrum de nostris corporibus. Et neque si captus vel debeam esse captus aliquo modo vel aliquo ingenio ad nostrum dampnum. Et consilium quod ego iamdictus Robbertus vel mei heredes tibi crediderimus si consilium tam grande fuerit ut ad damnum de personis nostris vel de rebus nostris reverti aliquo modo possit. non debeatis illud consilium alicui homini vel mulieri dicere. vel palificare sine nostra licentia et voluntate. Terram quam hodie habemus et in antea nos et nostri heredes habituri sumus. et maxime supradictum castellum montori cum. omnibus pertinentiis suis adiuvabitis nos tenere. et defendere sine fraude et malo ingenio contra omnes homines et feminas. qui nobis et nostris heredibus tollere aut invadere voluerint. Et si forte aliquo casu foris facto nobis vel nostris heredibus feceritis. Si

An. 1109.

Digitized by Google

ipsum foris factum tale fuerit ut forte ad personas nostras vel de heredibus nostris vel ad ipsum tenimentum nostrum pertinet. si inde per nos vel per nostros heredes vel per certum nuntium ex nostra parte summonitus fueris infra quadraginta dierum spatium in nostra curia videlicet in castello montori vel in pertinentiis eius si nobis placuerit sine aliqua dilatatione iustitiam facere debes. nisi forte tale exonium habueris quod parutum fuerit. et sine fraude. Si vero ipse prefatus guilielmus de persona sua vel homines eius. hominibus nostris foris factum fecerit. tunc ipse guilielmus hominibus nostris infra quindecim dierum spatium. in curia sua videlicet in forino sine aliqua dilatatione iustitiam facere debet. si idem summonitus per certum nuntium fuerit. Et si parutum fuerit quod illis ut dictum est iustitiam non fecerit tunc in curia nostra videlicet in castello montori vel in pertinentiis eius si nobis placuerit. eis iustitiam facere debet. nisi forte tale exonium habuerit quod parutum fuerit. et sine fraude. Que omnia supradicta quomodo et qualiter superius legitur. ipse prefatus guilielmus carbone bona sua voluntate sicut ei placuit. Et per consensum et voluntatem et preceptum. et etiam omnem absolutionem quam ei presentialiter fecit ipse predictus dominus senior Rogerius genitor meus de omni ligietate et sacramento quod ei fecerat. per manus suas quas in manibus meis misit. ligium humagium mihi fecit. Et omnia predicta presentialiter sicut supra scriptum est. per dexteram suam ad sancta dei evangelia iuravit sine aliqua fraude et malo ingenio. mihi prefato Robberto et meis heredibus ad tenere et adimplere. quomodo et qualiter superius legitur. Et sic eum adiuvet. deus pater et filius et spiritus sanctus. et illa sancta dei evangelia super quibus iureiurando per dexteram suam iuravit. Propter quod ego prefatus Robbertus supradicti domini mei Roggerii senioris de sancto severino bona mea voluntate. et per consensum etiam et voluntatem et preceptum supradicti domini senioris Rogerii genitoris nostri investivi et confirmavi tibi predicto guilielmo carboni quam et tuis heredibus per unum anulum aureum omne et totum illud quod supradictus dominus senior Rogerius genitor meus antecessoribus tuis et tibi donaverat, Videlicet ipsum castrum forinum cum omnibus pertinentiis eius. et totum illud quod inter castellum montori et in pertinentiis eius. Et totum illud quod in pertinentiis sancti severini tenetis. Et etiam totum illud quod in ipso loco casale balani habetis, et quod est de pertinentiis supradicti

Digitized by Google

castelli lauri. Que omnia sicut a supradicto domino seniori Roggerio genitori nostro tenuisti. sic amodo et in antea vos et vestri heredes per nos et per nostros heredes omnibus modis securiter et firmiter habeatis et possideatis. Et nos et nostri heredes vos et vestros heredes cum exfortio nostro debeamus adiubare sine fraude et malo ingenio ipsum iamdictum castrum forinum cum omnibus pertinentiis eius. et totum illud quod tenetis in pertinentiis castelli montori. et hoc etiam quod tenetis in territoriis sancti severini. Et hoc etiam quod tenetis in ipso iamdicto casale balani pertinenti supradicti castelli lauri. Tenere et defendere contra omnes homines et feminas qui vobis et vestris heredibus tollere aut invadere voluerint.. Et etiam de supradicto tenimento que per datum supradicti domini senioris Roggerii genitoris mei. et nostrum tenetis. non debeamus nos et nostri heredes vos et vestros heredes aliquo modo minuare vel decrescere. Immo si ammodo nobis vel nostris heredibus vobis vel vestris heredibus de tenimentis.... dare placuerit non debeamus nos et nostri heredes vos et vestros heredes inde minuare vel decrescere. Item debeamus vos et vestros heredes adiubare sicut supra dictum est. tenere et defendere contra omnes homines et feminas qui vobis et vestris heredibus tollere aut invadere voluerint. Et heredes nostri post mortem vestram infra octo dierum spatium cum a nobis vel nostris heredibus summoniti fuerint. nobis vel nostris heredibus iurent et conservent omnia que tu nobis et nostris heredibus per sancta dei evangelia per dexteram tuam iurastis. Ita quod in illis octo diebus nobis et nostris heredibus contrarium seu damnum non faciant. neque inimicos nostros in castellis eorum non receptent. Unde quoniam in huiusmodi causis boni et leales homines interesse debent. Idcirco supradictus dominus senior Roggerius genitor meus curiam suam de quibusdam bonis hominibus terre sue exfortiare fecit. De sancto severino isti fuerunt. videlicet Perone de sancto severino filius quondam raynonis. Robbertum caputasinum. Herbertum caputasinum. Ugo caputasinum. Guilielmus filius ohelle. Ugo de sillia. Caragdodum. Gizzelmu caputasinum. Robbertus de sessa. Petrus cazza. Guilielmus de sarno. Landolfu buttillerius. De castello montori Iudices et alii boni homines interfuerunt. Isti videlicet Alferius iudex. Petrus iudex. Iohannes iudex. Donaddeus de lu castaldu. Iohannes trincianoctem. Robbertus de salerno. Iohannes de salerno. Falcus de maranco. Leo raspacaput. Pe-

Digitized by Google

trus de ciaro. Iohannes presbyter de banzano. Petrus presbyter de marando. Et quamplures alii. Et de castello..... Guaymarius Sarolu. Roggerius filius eius. Alderisi. Guilielmus luinfanus. Guilielmus filiolus. Raynone. Riccardus filiolus. Petrus de tiano. Riccardus de lapostolu. Et cum guilielmo carbone isti venerunt. Robbertus frater eius. Riccardus et guilielmus. germani eius. Quos predictos milites et alios bonos homines ex utraque parte rogavimus ut et ipsi et testes rei et fide iussores in causa nostra existerent. ut semper inter nos firmam pacem et concordiam habeamus. Sed quoniam homines moriuntur ut causam nostram semper ante oculos nostros apertam habeamus unanimiter et ex utraque parte prescriptos iudices rogavimus ut totam causam nostram in scriptis redigerent. et etiam testimonium eorum corroborarent. Unde nos suprascripti iudices existentes in supradicta causa et maxime rogatu utriusque partis et consilio supradictorum militum. et aliorum bonorum hominum in unum testimonium nobiscum super hoc concordantium. taliter ut superius scriptum est hoc capitulare memorie tibi balsamo clerico et notario qui interfuisti scribere precepimus.

† Ego qui supra alfenus iudex.

† Ego qui supra petrus Iudex.

† Ego qui supra Iohannes Iudex,

Digitized by Google

DXXXII.

† IGITUR fidelium nostrorum presentium ac futororum noverit mul- An.
titudo. Quoniam Iordanus frater dilectissimus noster. et anskitinus frater 1109.
quondam Gerbaldi cappellanii. homo ipsius Iordani. nec non noster fidelis. nostram exoraverunt clementiam. quatenus. Beato Laurentio. suoque monasterio. Constructo scilicet propae nostram aversanam urbem. Cui dominus. Albero. venerabilis abbas prehest. per principalem scriptum Concederemus. Novem. petias terrae. in finibus matalonis in subscriptis locis. quas. predictus anskitinus cum consensu ipsius Iordani domini sui. in eodem monasterio pro salute animae suae dedit atque optulit. et Continent in se. Viginti modios terrae. per fines et passus. Quorum petitio feliciter a nobis exaudita. Nos igitur Robbertus. Capuanus princeps. illorum interventu. prephato sancto monasterio per hoc principale scriptum. in perpetuum. Concedimus. ac Confirmamus. predictas novem petias terrae. Quarum prima est. in loco ubi dicitur alli russi. et hos habet fines. Ab uno latere a parte meridiei est finis terra quae fuit Rocti. et terra donati aynolfi. sunt inde per longitudinem passus Centum. et sedecim. Ab alio vero latere a parte septentrionis. est terra donati capuani presbyteri. et terra predicti donati aynolfi. et terra iohannis de lando. et terra suprascripti donati aynolfi. sunt inde passus Centum. decem et septem. Ab uno Capite ab oriente. est finis subscripta secunda petia. etterra ardoynis de matalone. sunt inde passus quadraginta et quattuor. Ab alio vero capite. est terra ipsius Iordanis. et terra predicti donati aynolfi. Sunt inde passus quadraginta et duo. Secunda petia in eodem loco est. et hos subscriptos habet fines. Ab uno latere a parte meridiei. est finis terra suprascripti donati. et terra iohannis leborani. et terra predicti ardoyni. et terra gisonis de maria. et terra landonis tilla. et terra suprascripti gisonis. sunt inde passus Centum. octoaginta et quattuor. Ab alio vero latere. est finis terra suprascripti gisonis et terra malfridi de marino. et terra iohannis montani. et terra suprascripti donati capuani *presbyteri* et terra suprascripti donati aynolfi. et terra suprascripti ardoyni. sunt inde passus Centum octoaginta et sex. Ab uno Capite quod est ab oriente. est finis terra Odoaldi magi. marie odaldi. et terra petri montani. sunt inde passus. triginta et sex. Ab alio vero capite. est terra

Digitized by Google

suprascripti donati aynolfi. et finis. prima petia. sunt inde passus triginta. et novem. Tertia vero petia. est in locum qui dicitur Sambuca. habetque hos subscriptos fines. Ab uno latere ab oriente. est finis terra landonis girardi. sunt inde per longitudinem. passus viginti. et novem. et due partes de passo. Ab alio vero latere. est finis terra stephani tabanarii. sunt inde passus triginta. Ab uno Capite a septentrione. est terra monasterii ipsius sancti Laurentii. sunt inde passus viginti. et unum. Ab alio vero Capite. est terra suprascripti stephani. et terra martini odaldi. sunt inde passus viginti. et tres. Quarta petia prope est huic. habetque hos fines. Ab uno latere a septentrione. est finis terra suprascripti martini odaldi. et terra stephani tabanari. sunt inde passus. quadraginta et quatuor. Ab alio vero latere. est terra martii ferrarii. sunt inde passus sex. et medium. et revolvens contra partem meridiei. iusta terram suprascripti martii. sunt inde passus sedecim. et due partes de passo. et abinde qualiter vadit directe contra partem orientis mensurando iuxta terram stephani tabanari. et terra iohannis rodelandi. sunt inde passus triginta et octo et medium. Ab uno Capite quod est ab oriente. est terra stephani tabanari. sunt inde passus triginta et quattuor. et due partes de passo. Ab alio vero capite. est terra iohannis gaglarde. sunt inde passus. viginti. et quinque. Quinta vero petia. prope est huic quarte. et hos subscriptos habet fines. Ab uno latere a parte orientis. est finis terra petri curci. sunt inde passus quinquaginta et octo. et due partes de passo. Ab alio vero latere. est finis terra gilibberti presbyteri. et terra iohanni sabbatini. sunt inde passus sexaginta. A capite quod est a septentrione. est finis terra quae fuit landonis pipini. sunt inde passus viginti et septem. et medium. Ab alio vero capite. est finis subscripta sexta petia. sunt inde passus viginti et septem. Ipsa sexta petia habet hos fines. Ab uno latere. a septentrione. est finis iamdicta quinta petia. et terra petri curci. sunt inde passus. quadraginta et novem. Ab alio vero latere. est terra girardi de ricca. et terra stephani presbyteri. sunt inde passus quadraginta et octo. Ab uno capite quod est ab oriente. est terra Rigoli tocca. et terra petri phasane. sunt inde passus viginti et unum et medium. Ab alio vero capite. est finis terra landonis pipini. sunt inde passus viginti et unum. Septima quoque petia est. ubi dicitur ad paludem. et subscriptos habet fines. Ab uno latere quod est ab oriente. est finis terra nostra publica. sunt inde per longitudinem.

Digitized by Google

passus sexaginta. et sex. Ab alio vero latere. est finis terra iamdicti monasterii. sunt inde passus sexaginta. et septem. Ab uno capite quod est a parte septentrionis. est starza nostra. quae a nobis retinet Robbertus comes. Ab alio vero Capite est. finis alia terra nostra. sunt per unumquodque caput. passus viginti et septem. Octava namque petia. est in locum ubi dicitur ad centum palumbi. et hos subscriptos habet fines. Ab uno latere a parte meridiei. est terra iohannis radolfi et terra iohannis alde. sunt inde per longitudinem passus nonaginta et septem. Ab alio vero latere. est finis terra landonis de lu presbytero. et terra malfridi de marino. sunt inde passus Centum. Ab uno capite ab oriente. est finis terra predicti monasterii. sunt inde passus. viginti et octo. Ab alio vero Capite. est finis via publica. sunt inde passus viginti quinque et medium. Nona vero petia. est ad predictum locum qui dicitur ad li russi. et hos subscriptos habet fines. Ab uno latere quod est a parte meridiei. est finis terra quae fuit Iohannis cennami. quam modo residet predictus anskitinus. sunt per longitudinem passus quatraginta et sex et medium. et qualiter vadit abinde iuxta terram iohannis oltremontani. sunt inde passus quattuor. et qualiter abinde vadit directe fine terra ipsius iohannis oltremontani sunt inde passus quattuordecim. Ab alio vero latere. est finis terra petri dardani. sunt inde passus per longitudinem. quinquaginta et septem. minus pedem unum et plantam unam. Ab uno Capite quod est ab oriente. est finis terra iohannis cognomine tirellus. sunt inde per latitudinem passus tredecim. et due partes de passo. Ab alio vero Capite est terra petri cesari leborani. sunt inde passus decem. novemque. Cunctas et integras predictas petias terrae. per prescriptos fines et mensuras. mensuratas scilicet ad passum landonis senioris gastaldei. Una cum omnibus inferioribus ac superioribus earum et cum viis suis. in ipsis intrandi et exeundi. et cum sepibus et limitibus et universis pertinentiis illarum. Nos prenotatus Robbertus Capuanus. princeps. per hoc principale scriptum in perpetuum. in prephato venerabili et sancto monasterio sancti Laurentii. Concedimus ac Confirmamus. ad possessionem et potestatem et dominationem suam. et predicti domini Alberonis venerabilis abbatis suorumque omnium successorum. faciendo exinde utilitatem ipsius monasterii saecundum iure illorum. Remota omni inquietudine. Contrarietate et molestia omnium principum successorum nostrorum vel viceprincipum. Comitum. vel vicecomitum.

Digitized by Google

iudicum. sculdahorum. Gastaldeorum. aliorumque omnium mortalium personae. Quod siquis huius nostrae Concessionis et confirmationis paginam Conteptor aut violator extiterit. Quinquaginta libras auri purissimi persolvat. Medietatem nostro sacro palatio. et medietatem. ipsi venerabili et sancto monasterio. et prephato domino Alberoni. venerabili abbati. suisque successoribus. et soluta paena. hoc principale scriptum. firmum. munitum. atque inviolabile maneat in perpetuum. et ut firmius credatur. et diligentius ab omnibus observetur. Manu propria illud corroboravimus. et nostri sigilli inpressione iussimus illud insigniri †



Ex iussione prephate serenissime potestatis. Scripsi. EGO QUIRIACUS PALATINUS IUDEX. In anno dominice Incarnationis. M°. C°. VIIII. et. secundo. anno principatus ipsius domini Robberti principis gloriosi Capuanae Civitatis. DATUM Capue. Mense Magio: per Indictionem secundam †

Digitized by Google

DXXXIII.

† *In nomine domini* dei salvatoris nostri ihesu christi: Imperante domino nostro elexium magno Imperatore anno vicesimo hnono: sed et iohannes eius filio porfirogenito magno Imperatore anno hoctabo decimo die septima mensis septembrii Indictione tertia neapoli: Certum est nos petro umilis abbas monasterii sanctorum seberini et sossi hubi eorum venerabilia quiescunt corpora. hnos autem una cum cuntas congregationes monachorum sancti et venerabilis nostri monasterii: A presenti die promtissima voluntate promittimus vobis astavile et petro seu ademari. quamque boni iohannes uterinis germanis filiis quondam petri presbyteri qui vocatur cribarum: abitatoribus de loco qui nominatur sabiana: et nominatur ad illu portu territorio cimitirense: propter integra una petia de terra nostra iuris propria memorati nostri monasterii: de integrum campum nostrum maiore de terra memorati monasterii pertinentes. posita in memorato loco sabiana. et nominatur ad illu portum iusta illu fossatu betere publici: una cum arboribus et fructoras suas et cum introitas suas et omnibus sibi pertinentibus. Coherentem sibi ab uno latere est bia publici que nominatur da sancti iasone: et abet ibidem de longitudine passi centum biginti. et de alio latere est alia bia publici qui badit at parcaranum et abet ibide de longitudine passi octoaginta octo. et a foris memorata via est terra quam tenet rofreda de memorato loco sabiana. et de consortibus suis: et de uno capite est alia terra nostra memorati nostri monasterii pertinentes que in nostra reserbabimus potestate: que da nos allaborandum detinet iohaquinto et petro presbytero uterinis germanis filiis quondam magi. de argenta de memorato loco seu et terra nostra memorati nostri monasterii quam tenet iohanne fasulo et abet ibidem de latitudine passi octoaginta quinque: et de alio capite est integrum campu nostrum ex fundum qui dicitur ad ille carectine. que in nostra reserbabimus potestatem. qualiter hbadit usque ad illa sella memorati nostri monasterii pertinentes: et abet ibidem de latitudine passi septuaginta: hec autem memorata integra petia de memorata terra nostra memorati nostri monasterii pertinentes qualiter illas per memorata mensura et coherentie

An. 1109.

Digitized by Google

exegregabimus cum omnibus eius pertinentibus ut super legitur bobis vestrisque heredibus illos dedi at tenendum et allaborandum seu pastenandum. In eo tenore quatenus vos et heredibus vestris per omni annuo meliorare seu seminare et cultare debeatis caucumina seu bites per omni annuo ab oc tempore ibidem ponere et plantare debeatis ubi meruerit et sicut iustum fuerit et arbores exinde potare propaginare seu abalciare debeatis ubi meruerit et sicut iustum fuerit et pro giro in giro at sepis serrare debeatis. Insimul ad omni vestro expendio et omnia que per omni annuo ibidem feceritis in quolibet seminatum bos illut metere debeatis et inter nobis illud dibidere debeamus in partes unde nos et posteris nostris et memorato nostro monasterio exinde tollere debeamus parte et vos et heredes vestris partes : et dum metueritis una persona ominum sibe monachum vel laycum enutrire debeatis ut iustum fuerit : Binum vero mundum qui per omni annuo ibidem dominus deus dederit inter nobis illut in uno loco at palmentum nostrum dibidere debeamus medietatem nos et posteris nostris et memorato nostro monasterio et bos et heredibus vestris alia medietate et ipsa medietate vestra bos et heredibus vestris illut conserbare debeatis in die tertium : et da inde nobis inde portare debeamus usque ad illa obedientia nostra de memorato loco ubi est ecclesia sancte pauline at nostrum expendium : et per omni annuo vos et heredibus vestris illut bindemiare debeatis at vestrum expendium et dum illut bindemiaberitis duas personas hominum monachi nostri vobiscum quale ibidem direxerimus enutrire debeatis unum at campum et alium at palmentum uti iustum fuerit. etiam et per omnem palmentum vobis vestrisque posteris dare et atducere debeatis una singulos pullos boni asque omni ammaricatione : illas vero picciolas..... illa saccapanna faciendum in vestra vestrisque heredibus sint potestatem faciendi exinde que volueritis : et nullatenus presumimus nos et posteris nostris memoratoque nostro monasterio bobis vestrisque heredibus memorata terras tollere per nullum modum bene bos illas laborantes et arbustantes et bitantes et omnia memorata adimplentes per ordine ut super legitur etiam et si fructoras ibidem habueritis..... bactere et colligere debeatis quando..omnes placuerit per tempore eius et sic inter nos illas dibidamus per medietatem vos et heredibus vestris me-

Digitized by Google

dietatem et nos et posteris nostris memoratoque nostro monasterio alia medietatem et in oc placito laboraberitis nos et posteris nostris memoratoque nostro monasterio bobis vestrisque heredibus illut defendere debeamus ab omnes omines omnique persona..... inter nobis ut si de bos non fuerit.....sine proprium heredem aut de ipso loco.....per quobis modum tunc memorata terra cum *omnibus suis* pertinentibus in nostra nostrisque posteris et de memorato nostro monasterio sit potestatem faciendi que voluerimus. quia ita inter nos stetit. si autem aliter fecerimus de is omnibus memoratis per quobis modum aut summissas personas tunc componimus nos et posteris nostris bobis vestrisque heredibus auri solidos..... bythianteos. et hec chartula ut super legitur sit firma scripta per manus gregorius curialis per memorata indictione.

† Ego Petrus humillimus abbas subscripsi †

† ..... presbyter et monachus subscripsi †

† ..... subscripsi †

Digitized by Google

DXXXIV.

An. 1109. † Notum sit omnibus filiis sanctae et Catholice aecclesiae. Quoniam Ego prephatus Robbertus gratia dei Capuanus princeps. ob salutem et remedium animarum gloriosorum principum Richardi scilicet avii. et Iordanis patris nec non Richardi fratris mei. ac ob statum principatus mei. Concedo. et Confirmo per hoc principale scriptum in perpetuum. Monasterio Sancti Laurentii levite et martiris christi. sito circa muros nostrae aversanae urbis. et domino Alberoni venerabili abbati eiusdem monasterii. suisque successoribus Videlicet monasterium sancti laurentii constructum in Capua. cum universis rebus et pertinentiis suis qualiter modo possidet et dominatur qualiter sibi legali modo pertinere videtur. Et aecclesiam sanctae Reparate. et aecclesiam sancti blassii cum omnibus pertinentiis illarum. et unum molendinum in flumine vulturni. quam Guarnerius dedit et optulit predicto monasterio. cum portu et Cursu aquarum et omnibus instrumentis eius. et medietatem de uno molendino Quam in predicto fluvio ei dedit Iozzolinus. similiter cum omnibus instrumentis suis. et terras et homines et molendina et cursus aquarum quae sunt in saone et circa saonem quae Guilielmus de alno dedit predicto monasterio. cum omnibus suis pertinentiis qualiter monasterium modo possidet et dominatur. et terras. et homines et molendina. et Cursus. aquarum quae sunt in montanari. quae predictus Guilielmus ei dedit cum omnibus suis pertinentiis. qualiter monasterium ea modo dominatur. et nepotes presbyteri bernardi. cum terris et omnibus suis pertinentiis qualiter predidictus Guilielmus. eos tenuit. et predicto monasterio dedit. et aecclesiam sancti andree quae est in Calino. cum suis pertinentiis. et aecclesiam sancti andree quae est in territorio suesse cum omnibus que ei pertinet et modo dominatur. et aecclesia sancte Marie. et aecclesiam sancti iohannis. quae sunt in territorio mignani quas Ugo sorellus dedit et optulit hospitali predicti monasterii. cum omnibus suis pertinentiis. et monasterium sanctae Crucis quod est in territorio Calatiae. cum omnibus suis pertinentiis. et Casale quod dicitur marzanum frigidum cum hominibus et universis suis pertinentiis. et aecclesiam sancti martini de matalone. nec non aecclesiam sanctae mariae de Iugnano. cum hominibus. et universis pertinentiis illarum. et ecclesiam sanctae Marie de spelunca. et aeccle-

Digitized by Google

siam sancti salvatoris de vallo. et aecclesiam Sanctae Mariae de domicella. et aecclesiam sancti angeli de lauro. cum hominibus et universis pertinentiis earum. et decimationem nucerie de annona. et de vino. de fructibus et de animalibus. et aecclesiam sancti Cononis. et aecclesiam sancti Severini que sunt in acerra. et aecclesia Sancti laurentii quae est in territorio Suessole et acerre. in pantano scilicet iuxta boscum. cum omnibus pertinentiis earum. et terras et villanos quos Rannulfus de argentia dedit predicto monasterio in territorio acerre. et casollam cum aecclesia Sancte Mariae. cum villanis cum pertinentiis suis. sicuti predictus pater meus Iordanus princeps. et Richardus. princeps frater meus dederunt predicto monasterio. et monasterium Sancti Vincentii. cum hominibus et universis eius pertinentiis. et duo molendina quae sunt ad pontem Silicis. et Sex villanos quos omfridus de calvo dedit ipsi monasterio. et unum molendinum ipsius monasterii quod est ad calambricitum in aqua lanei cum omnibus predictis villanis et molendinis pertinentibus. et presbyterum marium qui habitat in villa gareliani. cum familia sua tota et universis pertinentiis suis. qualiter tenuit et dedit Richardus filius gunduini ipsi monasterio. et aecclesiam de nobole et terras et villanos sicut predictus Richardus avus meus dedit ei. et decimationem de Rapale quam Vhardus de claromonte ei dedit. et terras et villanos qui sunt in vico piponis. sicut Raynaldus filius ugonis ipsi monasterio dedit. et starzam quae dicitur de Ceraso quam heredes Ugonis blanci dederunt eidem monasterio. et ortos. et curtisanos qui sunt prope muros averse sicut Ugo blancus ibi dedit. et viridiarium quod est iuxta forum diei sabbati. et lacum patriensem cum lintribus et paraturis. et piscationibus et aliis pertinentiis sicuti pater meus. et frater meus tenuerunt et dominati fuerunt. et quicquid iure pertinet antiquitus monasterio in canalibus et in toto lacu patriense. et aecclesiam Sancti Renati quae est in vico cupoli cum omnibus pertinentiis suis. sicut sanguala dedit ipsi monasterio. et aecclesiam Sancti Angeli de monte christi cum silva. et omnibus sibi pertinentibus et terras de gualdo patriae quas Rannulfus britto dedit eidem monasterio. et Concedo in eodem monasterio. dotalium alfarane quae fuit uxor Robberti de sancta ebremunda. terras scilicet quae est in zampicari. et villanos. et terras de centora. Nec non ecclesiam sancti viti quae est in loco

Digitized by Google

spangati. cum universis pertinentiis suis. et terras et villanos hereditaneos cum hereditatibus illorum. et Centum modios terrae. quos Ingerbaldus cum licentia Ugonis comitis domini sui in predicto monasterio dedit. concedo. et Confirmo qualiter predictus Ugo comes per cartulam. predictam ecclesiam sancti Viti. et villanos in predicto monasterio sancti laurentii dedit. nec non et tres villanos quos Robbertus filius turstayni in arnone concessu predicti fratris mei Richardi principis. in eodem monasterio dedit. Nec non centum modios terrarum qui sunt in territorio Cantie quos herbertus bardone concessu prephata Richardi principis fratris mei in ipso monasterio optulit. et Nolitum cum villanis. et terris qualiter Raynaldus mica in predicto monasterio dedit. et quinquaginta modios terrarum qui sunt in gualdo quos iamdictus Raynaldus mica ibi dedit. et aecclesiam Sancte mariae quae vocatur cappella. quae est propae matalonem cum universis suis pertinentiis. et cum villanos omnes cum hereditatibus illorum qualiter Cerbaldus cappellanus in predicto monasterio cum consensu fratris mei dedit. et criptam fornicariam cum monte cervino. sicuti vadit viam que decurrit intus hunc montem. et alium montem. et terra quam ioffridus fessardu cùm consensu predicti fratris mei in eodem monasterio dedit. et terram quam Rodulfus de pirolo in predicto monasterio per consensum iam memorati fratris mei dedit. et Concedo ipsi monasterio duos villanos nomen uni palubo. et nomen alii iohannes alamannus. cum familia et hereditatibus illorum. qualiter prephatus. Richardus. frater meus ibidem concessit. et Cautium petia panis cum familia. et hereditate sua. quem Robbertus de ponte indulfi eidem monasterio dedit. et Sex modios terrarum quos mater aymonis de argentia cum licentia ipsius aymonis ipsi monasterio dedit. et.... prope ecclesiam sancti iohannis. Et hereditas quae fuit quondam petri maraldi. quae prephatus pater meus eidem monasterio dedit. et hereditates iohannis franchi. et muschi. qualiter predictum monasterium possidet et dominatur. Nec non quadraginta *modios* terrarum. quos olim Roggerius de sancto severino optulit in predicto monasterio. qui sunt ad casa paci. et concedo etiam ipsi monasterio in prephata terra quam Roggerius predictus. habuit in loco ubi dicitur ad viam mundam quam ipse dedit cum consensu prephati Richardi principis fratris

Digitized by Google

mei in ipso monasterio per cartulam dedit. per fines. et partes sicuti in ipsa cartula leguntur. et concedo in eodem monasterio Starzam quae est a-dupplum quam thommas de venabile in predicto monasterio dedit. et viginti et tres modios terrae. qui sunt in gualdo. quos iohannes filius ermioth cum licentia prephati. Richardi. principis fratris mei. et Robbertus de ponte indulfi predicto monasterio dedit. et septem alios modios terrarum in forignano pizzolu. et novem modios terre qui sunt ad cerasum quos ipse predictus ihon predicto monasterio dedit. itaque medietas offeruit. et de medietate excambium suscepit. cum licentia prephati principis fratris mei. et memorati Robberti. nec non aecclesiam Sancti iohannis. quae est in territorio Cicale ubi dicitur ad plescum. cum beneficio suo. in predicto monasterio concedo. et confirmo. Concedimus quoque et Confirmamus in memorato monasterio Sancti Laurentii Cesam bonelli. preter introitus. et exitus hominum Capuae. et preter portas molendinorum illorum. et portum patriense. et ius eiusdem portibus. sicuti modo habere et possidere videtur. monasterium sancti laurentii. nec non et omnes homines. et omnes terras cultas et incultas quas predictum monasterium sancti Laurentii. et rectores eius. tenuerunt et dominati fuerunt temporibus principum antecessorum meorum. Richardi. scilicet avi. et Iordani patris. nec non Richardi. fratris mei. et quae nunc legaliter tenent. insimul cum omnia prescripta. Nos prenotatus. Robbertus. capuanus princeps. per hoc principale scriptum in perpetuum. in prenominato monasterio. et domino Alberoni venerabili abbati ipsius monasterii. et successoribus suis. Concedo. et confirmo. ad possessionem. et potestatem. et dominationem predicti monasterii. et prephati domini Alberonis venerabilis abbatis eiusque successorum faciendo exinde utilitatem ipsius monasterii. Remota omni inquietudine. Contrarietate. et molestia omnium principum successorum nostrorum vel principum vice. Comitum vel vicecomitum. iudicum. sculdahorum. Castaldeorum. aliorumque omnium mortalium personae. Quod si quis diabolica suasione compulsus hoc scriptum violare. irritumve facere presumpserit. Mille Libras auri purissimi persolvat. Medietatem ipsi venerabili monasterio sancti Laurentii. et predicto domino reverentissimo Alberoni abbati eiusque successoribus. et medietatem. meo palatio. Solutaque pena librarum. hoc scriptum firmum mu-

Digitized by Google

nitum et inviolabile maneat in perpetuum. et ut firmius credatur. et diligentius ab omnibus observetur. manu propria subscripsi. et meo sigillo sigillari impressione precepi.

† Ego Ioffridus de poholdone.



† Ego Alexander de pirolo.

† Ego Bernardus maldericus.

Ex Iussione prephate serenissime potestatis Scripsi EGO Ia anno dominice Incarnationis. Millesimo. Centesimo nono. et tertio anno principatus ipsius prephati domini. Robberti gloriosissimi ac magnifici principis Capuae. DATUM Mense Octobris per indictionem tertiam.

Digitized by Google

DXXXV.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu christi. An.

Petimus a vobis domino Iohannes preclarissimo medico. et monacho 1110.
venerabilis monasterii domini et salbatoris nostri Ihesu christi et a cunta congregatione monachorum memorati sancti et benerabilis vestri monasterii. ut de nobis iohanne qui nominatur buccatoctio et petro uterinis germanis filiis quondam domini iohannis qui nominatur buccatoctio et quondem domina maria honesta femina iugalium personarum. et unius ex filiis nostris locare coniunte iubeamus. idest integra terra bacua pertinente memorati vestri monasterii posita vero foris istius civitatis et intus illum moricinum pictulum parte occidentis et iusta una de illi ipothecis vestri pertinente memorati vestri monasterii parte septemtrionis que ipse ipotheci in vestra reserbastitis potestatem una cum integra camara fravita iterum pertinente memorati vestri monasterii. et cum aheribus et aspectibus suis et cum introitu suo omnibusque eis pertinentibus ut licentia. et potestate aveamus nos et heredes nostris in memorata terra bacua domos et ipotheci. et alium edificium inferius et superius facere et avere deveamus. oc est qualiter monstrant illum cantus de illi pariete de memorata ipotheca que in vestra reserbastitis potestate in parte septemtrionis ipse vero cantus ex ipsum pariete que est a parte septemtrionis et rispicit in ipse septentrionali et occidentalis parte. et qualiter badit et monstrat ipse cantus rectum ante se in ipsa septentrionalis parte usque illu cantum de illa porta maiore qui est in memoratum moricinum et exiet foris in ipsum moricinum in parte orientis. et da inde revolbit et badit in da ipsa orientalis parte rectum in memorato cantum de iamdicta porta. ipse vero cantus qui est a parte meridiana. ut da intus hec finis que superius diximus in parte orientis usque memoratum moricinum. et desuper ipsum moricinum. et da currente ipsa fine que monstrant et badit in memoratum cantu de memorata porta maiore in da parte meridie usque at memoratum pariete de memorata ipotheca qualiter et quomodo ipsa domu. et iamdicta ipotheci et edificium facere et avere voluerimus licentia aveamus. ita nos memoratis uterinis germanis tenendi colendi meliorandi que in omnibus vel quit ibidem necessu fuerit in parietibus et superioras et in

Digitized by Google

omnibus traga et tectum edificandi omnia et in omnibus at nostra expensa nostroque lavore remeliorare restaurare promictimus etiam et in pensione domnica nihil reputate et stantes anni continui viginti et nobem a die calendarum frebuariarum presentis tertia indictionis et usque in pridia calendas easdem prestituri sumus in rationibus ipsius vestri monasterii sine aliqua mora. vel tardietatem per actionarium qui prefuerit pensionis nomine omni annuo in frebuario mense. Idest olea starium at sextarium iustum absque omni amaricatione. post vero completa af nos ita tenorem libellorum deveamus dare nos et nostris heredibus vobis vestrisque posteris memoratoque vestrò monasterio. idest calciarium. auri tari duo voni de amalfi diricti et pensanti vel de quale monete de tari tunc andaverit et lacium renobentes nobis nostrisque heredibus presenti libellorum in eodem tempore si quas vero pars parti fide serbantis. ingressu liti in iterum pene nomine auri libras tres bythianteos et posoluta pena maneant libelli nihil omnium pro firmitatis. unde petimus vestre dominationis ut unu ex duobus libelli at vobis obligatis uno tenore conscripto et manu vestra propria subscripturi nobis tradere iubeatis ut dum consecuti fuerimus agamus deo et vobis massima gratia. Imperante domino nostro alexio magno imperatore anno vicesimo nono. Sed et iohannes porfilogenito eius filio magno imperatore anno octabo decimo die prima mensis februarii indictione tertia. Quia ita nobis stetit si autem et in aliquit offensi fuerimus per quobis modum aut summissas personas tunc componimus nos et heredes nostris vobis vestrisque posteris et in memorato vestro monasterio auri solidos centum bythianteos. et hec libellus ut super legitur sit firmum scriptum per manus iohannis curialis. scribere rogatus per indictione memorata tertia † oc signum † manus memoratis uterinis germanis quod ego qui memoratos pro eis subscripsi †

† ego petrus curialis testi subscripsi †

† ego petrus filius domini iohannis testi subscripsi †

† ego sergius scriniarius testi subscripsi †

† Ego iohannes curialis complevi et absolvi per memorata indictione †

Digitized by Google

DXXXVI.

† In nomine domini dei Salvatoris nostri Ihesu Christi. Imperante domino nostro elexium magno Imperatore anno tricesimo primo: sed et iohannis eius filio porfirogenito magno Imperatore anno Vicesimo : die quarta mensis hoctubrii Indictione quinta neapoli : HOrta est itaque intentio inter me petro qui nominatur scintilla filio quondam domini iohanni et quondam domina maria honesta femina iugalium personarum. et vos..... set dominus iacobus venerabilis igumenus monasterii sanctorum sergii et bachi qui nunc congregatum est in monasterio sanctorum theodori et sevastiani qui appellatur casapicta situm in biridiarium Vos autem una cum cuntas Congregationes monachorum memorati sancti et venerabilis vestri monasterii : de intentione quam inter nos abuimus Unde bos me quesivistis dicendo pars vestra. abersus me. ut ego tullissem et tollere fecissem de illa terra de illu casale vestrum iuris memorati vestri monasterii positum vero actone et nonnaria et at romani dicitur quod est foris flubeum et iunsisset illut ad illa clusuricella de terra qui ibi est a parte orientis. in qua est ecclesia sancte marie *que appellatur* hallassamanica iuris memorate nostre ecclesie que insimul ego detineo in beneficio da iamdicta sancta nostra ecclesia..... pars mea dicebat ut non exet veritas. de qua multa halterca-tione exinde inter nos abuimus et perreximus ibidem super cum iudices pubblici qui ibidem super at iudicandum portabimus et iudicatum est exinde inter nobis oc iudicium. hut iurare unu fammulu memorati vestri monasterii. michi et dicere ut sicut esset fine inter memoratum casale vestrum memorati vestri monasterii et inter memorata clusuricella memorate ecclesie sancte marie *que appellatur hallassa*manica qui ibi est a memorata parte orientis que ego in beneficio detineo in ipsa sancta memorata ecclesia quomodo monstrat illi quadtuor termines qui modo ibidem fissistitis. ego autem ponere vobis et per vos in ipso sancto et venerabili vestro monasterio taliter anc chartulam securitatis : et quia in presentis recipimus ab ipso fammulo vestro memoratum sacramentum dicente nobis ut superius asseruistis et definibi exinde bobiscum in omnibus et amodo et semper numquam presummo ego aut heredibus meis vel memorata ecclesia sancte

An. 1111.

Digitized by Google

marie que appellatur hallassamanica haut alia quabis personas in nostris bicibus neque ab ea mihi licentia haliquando tempore hvos aut posteris vestris vel memorato sancto et venerabili vestro monasterio querere aut molestare de memoratum integrum casale vestrum de memorata terra iuris memorati vestri monasterii. aut de omnibus eius pertinentibus per nullum modum nullamque adimbenta ratione nec per summissas personas. a nunc et imperpetuis temporibus: set omni tempore fiat fine inter memoratum casale vestrum qui ibi est a parte occidentis et inter memorata clusuricella de memorata terra in qua est memorata ecclesia sancte marie allassamanica que ego detineo in beneficio ab ipsa sancta vestra ecclesia. que ibi est a parte orientis. quomodo memorati quadtuor termines qui ibidem fissistitis exfinat. primo termine qui est fictus a parte meridie in capite de illu egripum qui est in capite de illu rium memorati vestri monasterii qui appellatur de funtana: et qualiter monstrat in secundo termine et da ipso secundo termine qualiter monstrat in tertio termine et da ipso tertio termine qualiter monstrat in ipso quarto termine qui fixistitis in memorata illa caba que ibi est a parte septemtrionis: et exere debeas ipsa clusuricella de memorata ecclesia sancte marie in qua est memorata ecclesia per mensurata parte meridie qualiter babit de super ipsu egripu qui est super capite de ipsu rium vestrum de fontana passi viginti. qualiter incipit da ipso primo termine et badit in da illa. caba: et a parte orientis qualiter badit super illu egripum qui est super ipsa caba qualiter badit rebolbendo abet passi quadraginta: et a parte septemtrionis abire at pictia. et a parte occidentis. est memoratum casale vestrum sicuti memorati quadtuor termines exfinat: et abet ibidem qualiter memorati termines monstrat passi quadraginta nobem: et in media loca est memorata clusuricella qualiter incipit da memoratum egripu qui est super ipsa caba. qui ibi est a parte orientis et qualiter badit in memorata illa pariete de memorata ecclesia qui est da parte meridiana. rectum usque at memoratum casale vestrum passi quindecim memorati vero passi mensurati sunt at passum ferreum sancte neapolitane ecclesie: et memoratum integrum cale vestrum de terra iuris memorati sancti et venerabilis vestri monasterii pertinentes. Coheret sibi a parte orientis est memorata clusuricella in qua est memorata ecclesia sancte marie que superius usque per passi exegregabimus sicuti

Digitized by Google

inter se memorati quadtuor termines exfinat : et a parte meridie est memoratum rium vestrum de fontana sicuti aqua exfinat : h : et a parte septemtrionis est bia publici. seum et memorata caba sicuti inter se sepis et egripus exfinat : et a foris memorata bia et iamdicta caba est terras et fundoras memorati vestri monasterii : et a parte occidentis qualiter descendit memoratum casale vestrum : usque at scapulis et rioras et at terras insimul memorati vestri monasterii In quo abetis illa olibeta set obedientia vestra sancti basilii : Iterum et de ipsa olibeta vestra sunt coniunta cum memoratum rium proprium memorati vestri monasterii qui ibi est a memorata parte meridie qualiter badit usque ad illa obedientia de monasterio sanctorum seberini et sossii. ubi eorum venerabilia quiescunt corporas. quia ita nobis iudicatum est : Si autem aliter fecerimus de is omnibus memoratis per quobis modum aut summissas personas tunc compono ego et heredibus meis et memorata ecclesia bobis vestrisque posteris et in memorato vestro monasterio auri solidos sexaginta bythianteos : et ec chartula ut super legitur sit firma scripta per manus gregorius curialis per memorata indictione † hoc signum † manus memorati petri scintilla quod ego qui memoratos. ab eis rogatus pro eis subscripsi †

† ego petrus..... testi subscripsi †

† ego..... †

† ego..... †

† Ego gregorius Curialis : Complevi et absolvi per memorata indictione †

Digitized by Google

DXXXVII.

An. 1111. † In nomine domini nostri Iesu Christi dei aeterni. ANNO AB INCARNATIONE EIUS M. C. XI. INDICTIONE IIII.: ET QUINTO ANNO PRINCIPATUS DOMNI ROTBERTI FILII IORDANI GLORIOSISSIMI PRINCIPIS CAPUAE.

Ego Rotbertus delavalle una cum uxore mea Maria. et Cum filio meo Rotberto. tibi Stephano filio Saxi de villa que nuncupatur sanctus angelus de Pipone. propter quod a te recepimus. tarenos. XXIIII. per Cultrum dedimus. et tradidimus in eadem villa fundum. I. astantibus et videntibus istis hominibus. Alexio presbytero ecclesiae sanctae Mariae priciosae. Iohanne presbytero qui est noster cappellanus. Frogerio qui est gener Walterii filii tustaini. et hos habet fines. Ab uno latere quod est a parte Orientis: est finis terrae praescripti frogerii. habet exinde per longitudinem passus XL. Ab alio vero latere quod est a parte Occidentis. est finis terrae tuae quam tu tenes pro iamdicto Frogerio. similiter habet exinde per longitudinem passus XL. Ab uno autem Capite quod est a parte Meridiei. est finis terre Algisii filii Iuvini polzettae. habet exinde per latitudinem passus. XI. Ab alio quoque Capite quod est a parte Septentrionis. est finis terrae memorati Frogerii. habet exinde per latitudinem passus. XI. et pedes duos. mensuratos Cum passu presbyteri Landonis de forignano maiori. Introitus et exitus ipsius terrae. est ex hac parte Cum Carro et bubus. Ea videlicet Conditione. ut tu prenotatus stephanus tuique heredes amodo in antea habeatis potestatem illam laborare. plantare. edificare. et domos vel muros ibi facere sine ulla Calumpnia vel molestia quae a nobis seu ab heredibus nostris sit inferenda. Nos vero. debemus recipere a vobis per unumquemque annum. salutes. quinque ut unaquoque sit adpreciata tarenum. I. pro ipsa terra. et non sit nobis licitum pro alicuius persona hominis. nec propter nos illam auferre a vobis. usque dum predictae salutes reddere volueritis. Si autem predictae salutes reddere nolueritis et nos secundam et tertiam vicem iuxtae exinde vos amonemus. et emendare nolueritis: potestatem

Digitized by Google

habeamus nostram terram tollere a vobis. et facere ex ea quicquid voluerimus. Quod si tu prenotatus Stephanus filius Saxi. tuique heredes. nobis nostrisque heredibus predictum Censum reddere volueritis. et nos nostrique heredes diabolico stimulo Compuncti tibi tuisque heredibus Cui haec Cartula in manu apparuerit memorata terra subtrahere temptaverimus. obligamus nos Componere libram. I. auri purissimi. medietatem tibi tuisque heredibus. et medietatem Curiae domini nostri. Solutaque paena. hoc scriptum firmum. munitum. atque inviolabile maneat in perpetuum.

SIGNUM DOMINI † ROTBERTI DELAVALLE

† Ego Rotbertus suus filius Consensi et subscripsi.

† Ego WILLELMUS scriba permanens in Aversana Civitate. mense Aprilis. rogatu prescripti Rotberti. et superscriptis testibus hanc Cartulam donationis manu propria scripsi.

Digitized by Google

DXXXVIII.

An. 1112. † In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi. Imperante domino nostro alexio magno Imperatore anno tricesimo secundo sed et Iohannem eius filium parfirogenito magno Imperatore anno vicesimo secundo die undecima mensis ianuarii indictione quinta neapoli. Certum est me gregorio qui nominatur ipato et sergio diaconus qui nominatur ipato uterinis germanis filiis quondam domini gregorii..... postmodum vero monachi et quondam domina anna honesta femina que fuit filia quondam domini gregorii cofinelli iugalium personarum : A presenti die promtissima voluntate pro dei omnipotentis amore et pro mercedis et redemtionis seu salbationis anime nostre et de iugalibus genitoribus nostris ut ic et in futuro seculo requie de peccatis nostris inbenire baleamus aput eternum dominum retributor omnium *bonorum* operum sed et propter quod..... nostro et de memoratis iugalibus genitoribus nostris..... bobis domino petro venerabile abbati monasterii sanctorum seberini et sosii ubi eorum venerabilia quiescunt corporas. Vobis autem et at cuntas Congregationes monachorum memorati sancti et venerabilis vestri monasterii : et per vos in ipso sancto et venerabili vestro monasterio : Idest integras omnes portiones et pertinentiis nostris si que fuit portio de memorata genetrice nostra. que ad ea pertinuit vel obbenire et pertinere debuit aut pertinentes fuerit per quobis modum per memorato genitori suo abio nostro. Hunde michi memorato gregorio ipato exinde pertinet partis due una pro mea portione et alia pro memorato iohanne uterino germano nostro per firmissimam chartulam comparationis mea que aput me abeo et michi memorato sergio diacono exinde pertinet alia una portione quod est tertia : de integras quosdam campos nostros de terra alia propria memorati vestri monasterii posita intus arcora et foris arcora dudum aquæductus et ante.. partis una cum introitas et anditas et cum viás earum : et cum arcoras et subc....lle et forne ex ipsa arcoras. et cum parietinis et fabrice ipse turre. primum campu nominatur. at decivile at sanctum grisantum. qui intus memoratum campum est. et Coheret sibi de uno latere parte meridiana. rium qui nominatur de silice. et de alio latere parte

Digitized by Google

septemtrionis. sunt ipsa arcora et ille forne proprium ex ipso vestro monasterio: .....campum..via qui dicitur summise. at vestro alio capite.... quondam domina theodonanda. secundum campum qui nominatur at tabula situm foris memorata arcora: et coheret sibi de uno latere partes orientis. fune de illi athalarici: at vero alio latere parte occidentis fune de illi tristula: et de illi morfissa. et de uno capite parte septemtrionis via qui pergit at cimiterium: at vero alio capite parte meridiana est illa fune traversa heredes quondam leontum: tertium campum ibi ipsum at tabula. et est traversum hec fines abent. de uno latere parte septemtrionis memorata fune iamdicti leontum. at vero alio latere parte meridiana fune heredes quondam domine marie. de uno capite parte occidentis sunt ipsa. arcoras. at vero alio capite parte orientis est fine de paccianum: ipsum vero quartu campum iam proprium memorati vestri monasterii nominatur ad ille fosse Coheret sibi de uno latere est ribum qui nominatur de silice. et de alio latere terra de illi casacculi. de uno capite via. et de alio capite terra
iterum a die presentis offerimus et tradidimus bobis et per vos in ipso sancto et venerabili vestro monasterio et integras omnes portiones et pertinentias vestras que nobis pertinet vel pertinere debeant aut pertinentes fuerit per quobis modum per memorata genitrice nostra. de integra ecclesia bocabulo sancte marie que vocatur at mascatura qui ad illa quinta dicitur et de integrum campum ubi est memorata ecclesia que vos cum dei aiutorium at nobiter illa edificastitis. Insimul iam proprium memorati vestri monasterii. positum ibi ipsum da intus iusta memorata vestra. arcoras una cum dom ibus et griptis distructis que ibidem sunt. intus memorata terra iam pro pria vestra et cum quantum nobis pertinet de piscinis distructis. et de omnes fabrices. que intus memorata terra sunt. insimul iam proprium memorati vestri monasterii et cum biis et anditas et introitas earum et omnibusque at memorata ecclesia et at memorata terra generaliter et in integro pertinentibus: et cum omnia intus se abentibus et possidentibus et cum omnes dationes et censu que memorata dei ecclesia exire debuit per quobis modum cum omnibus eius pertinentibus: et licentiam et potestatem abeatis vos et posteris vestris et memorato vestro monasterio memorata ecclesia et memoratis omnes fabrices que ibidem sunt conciare et edificare qualiter bobis placuerit: De quibus nichili nobis exinde aliquod remansit aut

Digitized by Google

reserbabimus nec in aliena cuiusque personas quod absit commisimus aut iam committimus potestatem : set a presenti die et deinceps a nobis bobis et per vos in ipso monasterio sit offertum et traditum ad abendum et possidendum illut in ipso monasterio et faciendum que volueritis : et neque a nobis memoratis uterinis germanis neque a nostris heredibus nec a nobis personas summissas nullo tempore numquam vos aut posteris vestris vel memorato vestro monasterio. quod absit abeatis exinde aliquando quacumque requesitione aut molestia per nullum modum. nullamque adimbenta ratione nec per summissas personas a nuc et imperpetuis temporibus: Insuper omni tempore nos et heredibus nostris bobis vestrisque posteris et in ipso vestro monasterio exinde in omnibus antestare et defensare debeamus ab omnes omines omnique personas: quia Ita nobis pro dei amore placuit: Si quis autem potenx vel inpotenx omo. contra hanc chartulam offertionis venire presumserint et ea ebacuare voluerit per se aut per summissas personas sub anathematis binculis. sit obligatus veniat eis maledictio quod continet in centesimo hoctabo salhmos. siat eis. sicut dathan et abiron quos bibos obsorbuit terra et sicuti ad acetofel consiliario dabit parte que abeas cum iuda traditor domini. et salbatoris nostri ihesu christi et cum omnibus hereticis et scismaticis tenebrosam partem possideant. Insuper componat ipse et suos heredes at partem fidem serbantis eiusque heredibus et at memorato vestro monasterio auri solidos trecenti bythianteos: et hec chartula offertionis ut super legitur sit firma scripta per manus gregorius curialis per memorata indictione † hoc signum † manus memorati gregorii. ipse pro eum subscripsi †

† Ego Sergius diaconus subscripsi †

† Ego petrus filius domini iohannis testi subscripsi †

† Ego sergius curialis testis subscripsi †

† Ego iohannes filius domini stefani testi subscripsi †

† Ego gregorius Curialis Complevi et absolvi per memorata quinta indictione †

Digitized by Google

DXXXIX.

† In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi. anno ab incarnatione eius millesimo centesimo duodecimo. die undecimo mensis martii indictione quinta amalfi. ego quidem petro filio iohanni derigandu. a presenti die promtissima voluntate scribere et firmare visus sum vobis domino leoni filio domini sergii filii domini iohannis iudicis.....de ipsa chartula quod nobis scribere fecistis pro eo *quod* dedistis tradidistis atque atsignastis nobis idest petiam unam de vinea in territorio *staybani* positum pertinentia de orticello lictire loco nominato at lauri. unde reclarastis nobis exinde ipse finis. da capo fini finem terra quod nos. tenemus at caratrice. de subtus itaque ponitur fini finem terra quod tenet leo petanzu. de uno latere iterum fini terra quot tenet leo scalese. de alio latere fini via. cum salbaura sua. seum et cum omnia sibi infra se abentibus et pertinentibus unde nichil exceptuavimus. in ea ratione. ut amodo et semper nos et nostris heredibus filii filiorum nostrorum usque in sempiternum. eos abeamus. et cultemus et zappemus et putemus tempore aptum. et laboremus eos omni annue. cum ligna nostra et cum salicis nostris et cum omni nostro expendio. et demus ibidem biti interram ubi necessum est. et ubi abet vacuum pastinemus ibidem biti bone. et abeamus exinde de totum cura et seum vigilantiam. ut pareat pro bonis hominibus ut semper dicat certius et conventus boni omines. quia tota nostra hereditatem de finem in finem bona est laborata zappata et putata et vitata de finem in finem et laborata et arvustata in altum in pergule sicut nostre res et pertinet. et iam amodo et semper vinum et omne alium frugium quodcumque ibidem dominus dederit. sine omni malo ingenio dividere illos debeamus nos et nostris heredibus vobiscum et cum vestris heredibus per medietatem vinum at palmentum et fructora per tempore suo in predicto loco. et omni annue quando venerimus at vindemiare faciamus vos scire. et nos et nostris heredibus vindemiare et pisare debeamus ipse ube et conciemus ipsas buctes vestras cum circli nostri et habemus illa et inbuctemus vobis ibidem ipsa predicta medietatem vestram de ipso vino et nutriemus vos vel ipsum vestrum hominem quando vindemiamus sicut nostra possivilitatis est et demus vobis omnem annuum de

An. 1112.

Digitized by Google

vindemia pullum unum bonum. et restarium unum de ube paris at ipsum restarium de predicto loco. et si nos et nostris heredibus bene non adimpleamus omnia qualiter superius legitur potestatem abeatis vos et vestris heredibus nos et nostris heredibus exinde bacui iactare cum causa nostra movilias et si nos et nostris heredes bene vobis non atbemus omnia quod superius legitur. et at nostris heredibus. non habeatis potestatem nos et nostris heredibus exinde iactare vel qualibet vir ante nobis ibidem facere et vindicetis nobis eos ab omnibus hominibus. et quod nobis et vobis et nostris et vestris heredibus aliquid de memorato placito minuare vel extornare voluerit componat pars infidelis at partem que firmiter steterit auri solidos quinquaginta bythianteos et hec chartula sit firma in perpetuum † constantinus filius..... de almagrifa testis est

† Petrus Iudex testis est.

† sergius imperialis provesti filius petrocci castellani testis est

† ego iohannes comestabulus scriba filius manzoni scripsi

DXL.

An. 1112. † In nomine domini dei salvatoris nostri ihesu christi: Imperante domino nostro elexium magno Imperatore anno tricesimo primo: sed et iohannes eius filium porfirogenito magno Imperatore anno vicesimo: Die vicesima mensis martii Indictione quinta neapoli: Certum est nos stephano et petro uterinis germanis sancte neapolitane ecclesie filiis quidam domini scictino presbytero qui vocatur tessitore memorate sancte neapolitane ecclesie et quedam maria hoc est domino et serbiente abitatoribus de loco qui nominatur malitu maiore: A presenti die promtissima voluntate promittimus bobis domino iacobus venerabilis igumenus monasterii sanctorum sergii et bachi qui nunc congregatum est in monasterio sanctorum theodori et sevastiani qui vocatur casapicta situm in biridiarium: vos autem una cum cuntas congregationes monachorum memorati sancti et venerabilis vestri monasterii: set memorato genitori nostro hordinatum abetis custoditore in ecclesia vestra bocabulo beatissimi nicolay christi confessoris qui edificatum est intus obedientia vestra de memorato loco malitu maiore. propter in-

Digitized by Google

tegrum campum vestrum de terra que vocatur ad ara murata. positum in memorato loco malitu maiore iuris proprium de memorata ecclesia vestra sancti nicolay. que est campise : una cum introitum suum qualiter venit de bia publica que est iusta illu campu qui vocatur ad illu aspru parte meridiana et per memoratum campum que vocatur ad ipsu aspru usque intus ipsum campum vestrum : et omnibus eius pertinentibus : et coheret at memoratum integrum campum vestrum iuris de memorata ecclesia vestra sancti nicholay de uno latere est terra que detinunt hominibus de loco qui nominatur sanctum anthimu sicuti inter se terminis exfinat que est ipso latere da parte orientis. et abet ibidem de longitudine passi centum biginti : et de alio latere parte occidentis est terra que detinunt hominibus de memorato loco sanctum anthimum sicuti inter se terminis exfinat : et abet ibidem de longitudine passi centum decem et septem : de uno capite parte meridiana est memoratum campu qui nominatur ad ipsu aspru per qua ipsa bia habemus. sicuti terminis exfinat : et abet ibidem de latitudine passi septuaginta : et de alio capite parte septemtrionis est terra que detinunt hominibus de memorato loco sanctum anthimu sicuti terminis exfinat : et abet ibidem de latitudine passi quinquaginta duos : hquas vero memoratum integrum campum vestrum de memorata terra que nominatur ad ara murata posita in memorato loco qui nominatur malitu maiore cum omnibus eius pertinentibus ut super legitur nobis memoratis uterinis germanis illos dedistitis at detinendum et at pastenandum seu laborandum. In eo enim tenore quatenus in vestra vestrisque heredibus sit potestatem et per omni annuo nos et heredibus nostris illos arare et de nostra semente illut seminare debeamus et per omni annuo illut cultare debeamus at nostrum expendium : caucuminas et vites per omni annuo abto tempore ibidem ponere et plantare debeamus ubi meruerit et ubi iustum fuerit et arbores exinde potare et propaginare seu albaciare debeamus ut meruerit et sicut iustum fuerit et omnia quodcumque dominus deus dederit de inferius et superius in memoratum campum in quolibet seminatum et in ipsum pastinum et arbustum que ibidem feceritis insimul illut nos et nostris heredibus per omni annuo illut dibidere debeamus cum sacerdos qui per vos et per posteris vestris custus fuerit in memorata ecclesia vestra sancti nicolay per medietatem nos et nostris heredibus medietatem et ipse sacerdos cum memorata

Digitized by Google

ecclesia vestra halia medietate. set ipsa medietatem de memorata ecclesia ipse sacerdos da illa hara et da illu palmentum sibi illut deportare debeas hat suum expendium. et per omni annuo nos et nostris heredibus illut metere et scugnare seu bindemiare debeamus at nostrum expendium. et dum illut metierimus et scugnaverimus una persona hominum enutrire debeamus de ipso sacerdos at nostrum expendium: et dum bindemiaberimus at memorata ecclesia enutrire debeamus duas personas hominum hunum at campum et alium at palmentum hut iustum fuerit: vinum vero at bibendum et untu pro condiendum ad ipsis operariis qui illut bindemiaberis de communi exire debeas. et ipsa medietate de memorata ecclesia de ipsum binum mundum et saccapannas nos et heredibus nostris illut serbare debeamus usque in die tertia in organeis nostris: et non abeamus licentiam nos. vel nostris heredibus aliquando tempore memoratum campum vestrum inter nos dibidere aut sepe vel termines inter nos ponere et nec exinde vendere vel donare aut infiduciare nec pignus ponere non debeamus per qualiscumque modum per nullum modum imperpetuum: etiam et nos et heredibus nostris bobis vestrisque posteris et in memorato et sancto et venerabili vestro monasterio dare et dirigere debeamus per omni annuo hocto die ante festivitatem iamdicti sancti sevastiani auri tari duos boni de amalfi diricti et pesanti vel de moneta que tunc per ista civitate handaberis asque omni ammaricatione et asque omni data occansione: et nullatenus presummetis vos aut posteris vestris nec memorato sancto et venerabili vestro monasterio aut memorata ecclesia vestra sancti nicolay vel custus eius. nobis nostrisque heredibus memoratum campum vestrum cum omnibus eius pertinentibus ut super legitur. tollere neque super nos illos laborantes nec ad alias personas illos pro laborandum dandi neque pro dicto qui est aut fuerit pro ista civitate per nullum modum. bene nos et heredibus nostris illos laborantes et pastenantes et arbustantes et omnia memorata adimplentes per ordine ut super legitur: et dum illos in oc placito laboraberimus ut super legitur. vos et posteris vestris et memorato vestro monasterio nobis nostrisque heredibus illut defendere debeatis ab omnes homines omnique personas verumtamen stetit inter nobis ut si deus fieret non permictat et de nos non remanserit proprium heredes: aut si antea nos vel nostris heredibus vobis vestrisque posteris omnibus memoratis non adimpleverimus

Digitized by Google

ut super legitur. aut si nos vel nostris heredibus de memorato loco malitu exierimus da habitandum. tunc memoratum integrum campum vestrum cum omnibus eius pertinentibus. sic liberum quomodo vos modo nobis illut atsignastis asque angara et data et qualiscumque fidantia sic vobis vestrisque hposteris et de memorato vestro monasterio rebertant et sint potestatem: cuius iure fuerit: et cuy illut largire volueritis vestre sint potestatis ut continet alia similis chartula que vos nohis exinde odie fecistis que aput nos abemus quia ita nobis stetit: Si autem aliter fecerimus de is omnibus memoratis per quobis modum aut summissas personas tunc componimus nos et heredibus nostris bobis vestrisque posteris et in memorato vestro monasterio auri solidos quinquaginta bitiantheos: et ec chartula ut super legitur sit firma scripta per manus gregorius curialis per memorata quinta indictione † hoc signum † manus memoratis uterinis germanis pro eis subscripsi †

† ego leo filius domini leoni testi subscripsi †

† ego iohannes filius domini gregorii testi subscripsi †

† Ego iohannes scriniarius: testi subscripsi †

† Ego gregorius Curialis: Complevi et absolvi per memor ata indictione †

Digitized by Google

DXLI.

An. 1112. † In nomine domini nostri ihesu christi. Anni domini Millesimo centesimo duodecimo. Mense martii. Indictione secunda. Ideoque nos qui sumus bernardo filio quoddam deusdede et maria uxor prenominati deusdede mater et filius. qui sumus commorantes de civitate baccarizia. Clarefacimus nos ante petrum iudice aliosque subscriptos testes. quia habemus rebus idem una petia de terra infra pertinentiis de iam dicta civitate secus flumen acilonis in locum qui vocatur vadus de albano que nobis pertinet per successionem paterne hereditatis. et mihi iam dicta mulier pertinet integram quartam partem per scriptum meum morgincap secundum ritum gentis nostre langobardorum. Nunc ergo nobis predicto bernardo quam et maria maria matre mea congruum est illam dare pro anima prenominati genitoris mei deusdede quam et pro redemptione anime nostre. sperantes in die iudicii recepturos inde mercedem. in ecclesia sancti petri in burgo. Ea igitur de causa perreximus ante petrum iudicem una cum advocatore nostro Iohanne teudi et cum aliis bonis hominibus qui supter scripti sunt tam sacerdotibus et clericis quam laicis. astante domno leto venerabile abbate predicte ecclesie sancti petri. et indicavimus ei quoniam predictam terram dare volebamus in predicta ecclesia pro anima predicti deusdede patris mei et pro anima nostra. qui unanimiter hoc laudantes iustum et sanctum hoc esse dixerunt. Unde ego predictus bernardus et maria mater mea bona etenim nostra voluntate quam et pro firma stabilitate per hanc quoque roboream donationem tradidimus et dedimus tibi domno letoni venerabili abbati predicte ecclesie sancti petri. integra ipsam terram quod superius patefecimus ad habendum in iam dicta ecclesia per hos fines et mensuras. A prima parte a terra sancti arontii secus viam publicam. inde sunt passi ducenti quinquaginta. A secunda vero parte est terram predicti sancti arontii cum communi limite. inde sunt passi. CC quinquaginta. Tertia vero parte est secus flumen acilonis cum omnibus suis voltis. et inde sunt passi. CCCC viginti. A quarta denique parte est predictam terram sancti arontii cum communi limite. inde sunt passi. CLVIII. et venit in fine prima. Omnes isti predicti passi sunt mensurati ad iustum passum. Inter has vero fines et mensuras ut prelegitur. nichil nobis inde

Digitized by Google

reservavimus aut dicimus remanere. Set omnia ut definita est de fine in fine una cum viis et anditis suis. et cum omnibus suis pertinentiis. tibi predicto abbate leto et tuis successoribus ut prelegitur tradidimus et dedimus. ad habendum et possidendum et quecumque volueritis faciendum pro parte et utilitate predicte ecclesie sine nostra nostroque heredum vel successorum contradictione. Set semper rectores predicte ecclesie illam habeat ad suam potestatem et dominationem. Quod si umquam tempore nos vel nostros qualescumque heredes aut successores per aliquam rationem vel ingenium predictam terram de predicta ecclesia tollere vel subtrahere quesierimus. ante omnia questio et causatio nostra inanis et vacua fiat. et quinquaginta solidi componere in predicta ecclesia obligamus. insuper. quicumque illam terram et iam dictam ecclesiam quolibet modo vel ingenio subtrahere aut in aliquo diminuare quesierit. veniat super eum maledictiones domini. nec possit audire cum iustis vocem domini in iudicio dicentis. venite benedicti patris mei et cetera. Igitur obligamus et repromittimus nos supradictus bernardus et maria mater mea. vobis amodo et semper ab omnibus hominibus ab omnibusque partibus antistare et defendere cum nostris heredibus vel successoribus debeamus. Et hanc cartulam nostre donationis firma et stabilis permaneat in perpetuum. Quam te letus diaconus et NOTARIUS taliter scribere rogavimus. Actum in civitate baccaritia feliciter

† Ego petrus iudex me subscripsi.
† Ego iohannes teudi sum testis.
† Ego amato sum testis.
† Ego Malfreda presbyter sum testis.

Digitized by Google

DXLII.

An. 1112. † NOS Robbertus divina ordinante clementia Capuanorum princeps per interventum Iohannis vice nostri Capuae et Sikonis vicecomitis matalonis. ac Crispini iudicis. nostrorum dilectorum fidelium. tibi iohanni cognomento mazzota. quondam silvestri. habitatori iam nominati nostri Castelli matalonis. et tuis heredibus inperpetuum. per hoc videlicet principale scriptum Concedimus ac Confirmamus. integram unam petiam de terra quae est in territorio ipsius castelli. in loco qui dicitur Casorbici. et hos subscriptos habet fines. ab uno latere quod est a parte orientis. est finis via publica. sunt inde per longitudinem passus Centum. et novem. Ab alio vero latere quod est ab occidente. est finis terra heredum quondam martini caractanu. et finis terra martini sabbatini. et finis terra heredum quondam Martini. ramphi. sunt inde passus Centum et duodecim. Ab uno Capite quod est a parte meridiei est finis terra petri de ysa. et finis terra martini scaccatu. sunt inde passus Centum. ab alio vero Capite quod est a septentrione. est finis via publica. sunt inde per trasversum passus. nonaginta. Hec autem predicta petia de terra per predictos fines et passus. mensurata scilicet ad passum landonis senioris gastaldei. una cum omnibus inferioribus ac superioribus eius. et cum viis in ea intrandi et exeundi. et cum sepibus et limitibus et universis pertinentiis eius. et qualiter tibi pertinere dinoscitur per cartulam quam olim tibi inde fecit purpura filia quondam. et uxor quondam iohannis monte sarclese. scilicet. in anno dominice incarnationis M. centesimo quarto. et vicesimo quarto anno principatus domini secundi Richardi principis fratris nostri. mense ianuario per indictionem duodecimam. quae cartula descripta est a leone notario matalonense. Roborata vero. per iohannem clericum et iudicem. Nos prephatus Robbertus capuanus princeps. tibi predicto iohanni tuisque heredibus in perpetuum Concedimus et Confirmamus. habendi. possidendi fruendi quietam absque omni contrarietate et molestia nostra. nostrorumque successorum principum et viceprincipum. Comitum vel vicecomitum. iudicum Castaldeorum. aliorumque omnium mortalium personae. ita tamen. ut ammodo et in antea. tu et tui heredes. ipsa petia de terra. a nobis et a succes-

Digitized by Google

soribus nostris per indicate finis recognoscatis et semper teneatis. Quod siquis huius nostrae concessionis et Confirmationis paginam. Contemptor aut violator extiterit. quinque libras auri purissimi persolvat. Medietatem nostro palatio. et medietatem. tibi predicto iohanni tuisque heredibus Solutaque paena librarum auri. hoc principale scriptum. cum omnibus quae et qualiter supraphati sumus. firmum. munitum. atque inviolabile maneat in perpetuum. et ut firmius credatur et diligentius. ab omnibus observetur. Manu propria illud corroboravimus. et nostri sigilli inpressione iussimus insigniri.



Ex iussione prephate serenissime potestatis. Scripsi. EGO QUIRIACUS PALATINUS IUDEX In anno dominice incarnationis. M. C. XII. et quinto anno principatus. prephati domini. Robberti gloriosi principis Capuae. DATUM Capuae. Mense aprilis. per indictionem.

Digitized by Google

DXLIII.

An. 1113. † IN NOMINE DOMINI SALVATORIS NOSTRI IHESU CHRISTI DEI ETERNI: ROBBERTUS DIVINA ORDINANTE CLEMENTIA CAPUANORUM PRINCEPS: PETITIONE DILECTORUM SUORUM FIDELIUM CLEMENTER FAVET:

Nos Robbertus divina ordinante clementia Capuanorum princeps. Notum fieri volumus omnibus filiis sanctae et Catholice aecclesiae. quoniam aymo de argentia. et Ionathas frater eius filii Cuiusdam Rannulfi de argentia. nostram deprecati sunt clementiam. quatenus Monasterio sancti Laurentii. sito prope murum nostrae aversanae urbis. cui dominus Matheus venerabilis abbas prehest. ob amorem omnipotentis dei et illorum. Concederemus duas petias terrarum quas predictus Rannulfus pater illorum. temporibus bone memorie Richardi principis avi. et Iordani principis patris nostri. ac Secundi Richardi principis fratris nostri. tenuit ac dominatus est in feudo. ab ipsis principibus quas aetiam ipse aymo post mortem predicti Rannulfi patris eius. tenuit. et dominatus est usque nunc. Quorum petitionem confestim ut audivimus. ob amore omnipotentis dei. et salutem anime nostrae et illorum eorumque parentum. libenter annuimus. Nunc autem per interventum predictorum fratrum. aymonis scilicet et Ionathe. per hoc videlicet principale scriptum in prenotato sancto Monasterio sancti Laurentii in perpetuum damus. Concedimus. ac Confirmamus integras iam dictas duas petias terrarum. quae sunt foras hanc nostram memoratam Civitatem. ex quibus prima est. in loco qui nuncupatur via munda. et hos subscriptos habet fines. A prima parte. que est a parte orientis. est finis via publica. quae vadit iusta ipsum locum qui vocatur via munda. a saecunda parte quae est a parte meridiei. incipiente ab eadem via. est finis terra culta predicti monasterii.

Digitized by Google

et deinde qualiter vadit directe. est finis terra et silva predicti monasterii. A tertia vero parte. quae est a parte occidentis. est finis terra. predicti monasterii. A quarta namque parte. quae est a septemtrione. est finis medius fossatus unde aqua quae vocatur. aprimus. decurrit. Secunda vero petia. est prope aecclesiam sancti Barbati subdita predicto aversano monasterio. hos subscriptos habet fines. Ab uno latere. quod est a parte meridiei. est finis terra et pratum quod dicitur Radoaldi. que est ipsius monasterii. et abinde revolvente. est finis ipsa terra et pratum. et abinde qualiter vadit directe fine predicta terra et pratum. et finis terra landulfi salernitani et de consortium eius. Ab alio vero latere quod est a parte septemtrionis est finis medius fossatus qui vocatur aprimus. Ab uno capite. quod est a parte orientis. est finis terra et fossatus qui decernit hanc terram a terra predicti monasterii. Ab alio vero capite quod est a parte Occidentis. est finis fossatus qui decernit hanc terram a terra ipsius Landulfi salernitani et consortium eius. usque in ipso aprimo. Prescriptas duas petias. terrarum. per suprascriptas indicatas fines. una cum omnibus inferioribus ac superioribus earum. et cum viis in ipsis intrandi et exeundi. et cum sepibus et limitibus et universis pertinentiis illorum. Nos memoratus Robbertus Capuanus princeps. per interventum predictorum fratrum aymonis scilicet et Ionathe ut prediximus. in prenotato sancto monasterio sancti Laurentii aversani. in perpetuum per hoc videlicet principale scriptum. damus. tradimus. Concedimus. ac Confirmamus. ad possessionem et potestatem et dominationem ipsius sancti monasterii et iam dicti domini Mathei venerabilis abbatis et omnium successorum eius faciendi in ipsa terra utilitatem ipsius monasterii. Remota omni inquietudine. contrarietate et molestia. omnium principum successorum nostrorum vel viceprincipum. Comitum vel vicecomitum. Iudicum. sculdahorum Castaldeorum. et predictorum fratrum. et omnium mortalium personae. Quod si quis huius nostre Concessionis et Confirmationis paginam. Contemptor. aut violator extiterit. aut contra hoc principale scriptum agere presumpserit. Quinquaginta libras auri purissimi persolvat. Medietatem ipsi sancto monasterio. et memorato domino Matheo Venerabili abbati. et successoribus eius. et medietatem nostro sacro palatio. et soluta paena. firmum, munitum. atque inviolabile maneat in perpetuum. et ut fir-

Digitized by Google

mius credatur et diligentius ab omnibus observetur. Manu propria illud corroboravimus. et nostri sigilli impressione iussimus insigniri.

SIGNUM DOMINI ROBBERTI

† Ego prephatus aymo.
Ego Ugo filius giroldi.



GLORIOSISSIMI AC MAGNIFICI PRINCIPIS

Ego predictus Ionathas. Ego Ionathas filius Ionathe.
Ego iohannes comes palatii. Ego Henricus de abolito †

Ex iussione prephate serenissime potestatis scripsi EGO QUIRIACUS PALATINUS IUDEX. In anno dominice Incarnationis. M. Centesimo. tertiodecimo. et VII anno principatus domini Robberti gloriosi ac invictissimi principis. DATUM Capuano palatio. Mense Ianuario per Indictionem Sextam.

Digitized by Google

DXLIV.

PASCALIS episcopus servus servorum dei. Dilecto in christo fratri. LANUINO. magistro heremi. Salutem et apostolicam benedictionem. Peccatis nostris exigentibus ad id tempora devenerunt. ut mala quaelibet iam quasi ex licentia committantur. Undique iniquitates insurgunt. et persecutiones interius et exterius oriuntur. Laici aecclesiarum bona diripiunt. et in ipsas personas ecclesiasticas. manus extendere non verentur. Quibus nos in pastorum specula constituti obviare compellimur. et tantis sacrilegiis et rapinis novum cogimur remedium adhibere. Si quis igitur laicus ea quae ad heremum vestram legitime pertinere noscuntur. rapere vel invadere. aut in personas aecclesiasticas temerario ausu manus inicere presumpserit. ad satisfactionem canonice moneatur. Quod si secundo tertiove commonitus satisfacere contempserit. nec per episcopum de cuius parochia fuerit iustitiam obtinere potueris. nos tibi ex apostolicae sedis auctoritate. potestatem conferimus. interdictionis et excommunicationis sententiam. in eum donec satisfaciat secundum qualitatem et quantitatem criminis proferendi. Tibi etiam quia multorum anachoritarum pater et magister per dei gratiam constitutus es. paternae magisterium disciplinae concedimus. videlicet ut anachoritas doceas et benedicas. et siqui de longinquis partibus forte advenerint. probato spiritu secundum quod dicit apostolus si ex deo est. suscipiendi eos ac benedicendi habeas potestatem. Data Beneventi. . x. kal. Martii. Indictione. VI. An. 1113.

Digitized by Google

DXLV.

An. 1113. † In nomine domini dei salvatoris nostri ihesu christi Imperante domino nostro alexio magno imperatore anno tricesimo secundo. set et *iohannes porfilogenito eius filio magno imperatore* anno vicesimo primo. die vicesima mensis martii indictione sexta neapoli: Visi itaque fuit ego videlicet petro qui nominatur de magi filio quondam iohannis diaconi qui iterum de magi vocabat. comparare per chartulam comparationis mea. quae fuit facta.....mensis decembrii in istius sexta indictione in auri tari viginti septem. voni de amalfi diricti et pesanti. da domino iacob venerabilis igummenus. monasterii sanctorum sergii et bachi qui nuc congregatum est in monasterio sanctorum theodori et sebastiani ipse autem una cum cunctas congregationes monachorum memorati sancti et benerabilis illorum monasterii. Idest integrum orticellum illorum qui ante domu edificata fuit positum vero intus anc civitatem neapolis curte commune. de memorato illorum monasterio. et de aliis consortibus .....abes. et intus porta et trasenda simul commune de *memorato* illorum monasterio de illa domum et ortum memorati illorum monasterii..... mihi at libellaticum datum avet et et super ipsa porta et iamdicta..... distructa illorum que mihi *datum* habet per iamdictas libellas. in vicum publicum qui pergit..... regione arco cabredato. una cum arboribus et fructoras suas et cum omnibus..... .....pertinente ad eis per comparatum per firmissima chartulam comparationis illorum.....filiis quondam gregorii qui nominatur maiorino et quondam iugalium personarum. Ipsa autem cum voluntate ursi.....que vero ipsa chartula comparationis illorum in presentis illa aput me remisi cum omnia que continent *pro* mea heredumque meorum defensione. et coheret at memoratum integrum orticellum qui antea edificata fuit a parte *orientis* est ortum illorum memorati illorum monasterii pertinentes. ubi est pischina illorum memorati illorum monasterii. quem mihi datum abet at libellaticum sicuti inter se signata crante exfinat. et a parte occidentis est ortum maiore memorati illorum monasterii. in illorum reserbaverunt potestatem sicuti paries exfinet a parte meridiana est domu distructa de ecclesia illorum sancta agathe iuris propria memorati sancti et

Digitized by Google

benerabilis illorum monasterii que in illorum reserbaverunt potestatem sicuti inter se parietina exfinat. et a parte septentrionis est..... et orticellum de memorata maria maiorina sicuti inter se pariete commune et astraco commune *exfinat* et in memoratu orticellu que mihi bendiderunt cum omnibus sivi pertinentibus absque introitum..... deveremus da memorata curte commune. et per memorata porta. et per iamdicta trasenda. et per memoratum ortum..... mihi datum avet per firmissima chartulam libelli. die noctuque cum omni mea utilitate.... et potestatem avere. ego et heredes meis illos edificare. et domos facere qualiter *continet* chartula que aput me remisi ut super legitur. etiam et in memorata curte commune sunt gradis communes. et ballatorium commune de memorato illorum monasterio et de qui ascendunt at memorata domu distructa. que ipsi mihi at libellaticum datum avet. etiam et iusta memoratum ballatorium parte meridiana abet regia memorati monasterii sicuti et quomodo continet memorata firmissima comparationis mea ut super legitur de qua benistis tu videlicet marino filio quondam vone memorie domini landolfi senatori. qui fuit dux civitatis gaiete et contrastis mihi memorato petro dicendo pars tua atversus me ut nequaquam non baluisset illut agere pro illum dicima octaba die per iacium de illi defisi eo quod memorata maria que illut venumdedi at memorato domino iacobo. venerabilem igumenum. et iamdictum bilocta viro suo defuncti sunt. ideo bultis da me illos recolligere.... tum ut exerent appretiatum a christianis viris. et multa intentio inter nos fuit ante iudices *publicos* et iudicatum fuit exinde inter nobis at iudices publicos ut ego dare tibi illut per appretiatum *ut est* appretiatum a christianis viris. et quia ibique supra portavimus ipsos appretiatores. et appretiaverunt... idest auri tari viginti voni de amalfi diricti et pensanti et in presentis nobis illos dedistis et aput me illos aveo at mea potestatem faciendi que voluero. proinde et ego memorato petro diacono qui nominatur de magii per hoc iudicio et per anc chartulam dedi et tradidi tibi memorato domino marino filio memorati domini landolfi senatori qui fuit dux civitatis gaieta. idest memoratum integrum orticellum vestrum qui ante domum edificata fuit positum intus anc predictam civitatem neapolis. intus memorata curte commune de memorato monasterio. et de aliis consortibus qui ibidem parte abet. et intus porta et trasenda insimul commune. de me-

Digitized by Google

morato monasterio et de illa domum et ortum memorati monasterii. que at libellaticum habent et super ipsa porta et iamdicta trasenda est superiora distructa mea que at libellaticum abent.....monasterii. una cum arboribus et fructoras suas et cum introitu suo omnibusque eis pertinentibus qualiter.....illut comparatum aveo per ipsa chartula *mea et per* coherentias. ut ipsa chartula continet. que vero *ipsa chartula* comparationis mea una cum ipsa alia chartula comparationis que ipsa comparationis..... presentis aput te remisi pro tua heredumque tuorum defensione. et av odierna die et deinceps a me tibi *sit datum* et traditum in tua tuisque heredibus sit potestatem. queque exinde facere volueritis semper liberam aveatis potestatem neque a me memorato petro diaconi neque a meis heredibus nullo tempore numquam tu memorato domino marino. aut heredes tui quod absit aveatis exinde aliquando quacunque requesitione aut molestia per nullum modum nec per summissas personas a nuc et in perpetuis temporibus. et qui te aut heredes tuis exinde at querendum benerit per me aut per meis heredibus tuc ego et heredes meis tibi tuisque heredibus eos exinde desuper tollere et tacitos facere devemus asque omni data occasione et qualiter ipsis benditores qui mihi meisque heredibus illut bendiderunt. ut super legitur mihi meisque heredibus illut antestare et defendere debeo per ipsa chartula.....ipsi et illorum heredibus tibi tuisque heredibus ut antestare et *defendere* devent da omnes omines omnique personas. et ut superius diximus tu mihi dedistis memorati auri tari *viginti ut super* legitur. Quia ita nobis stetit. Si autem et in aliquit offensi fuerimus per quobis modum aut summissas personas tunc componimus ego et heredes meis tibi tuisque heredibus auri solidos decem bythianteos et hec chartula recetatiba *ut super legitur sit firma scripta* per manus iohannes primarius scribere rogatus per indictione sexta † oc † ego petrus diaconus subscripsi †

† ego cesarius scriniarius testi subscripsi et memorati tari traditos vidi †

† ego gregorius filius domini sergii testi subscripsi et suprascriptis tari traditos vidi †

† ego gregorius filius domini iohannis testi subscripsi et suprascriptis tari traditos vidi †

† ego iohannes primarius. Complevi et absolvi per memorata indictione †

Digitized by Google

DXLVI.

† In nomine domini nostri ihesu christi Anno domini Millesimo centesimo. tertio decimo et XXXII° Anno regnante domino Alexio imperatore. Mense Aprilis. VI. indictionis. Ideoque ego guarinus de olia seniori castello vico Claro facio intus in eodem castello coram presentia bonorum meorum militum et hominum qui supter conscripti sunt. per signum sancte crucis. quoniam habeo unam petiam de terra in loco qui dicitur guasto pertinentem mihi de domnico. que videtur habere fines tota per circuitum. Prima parte finis a medio limite est terram de bidanga filio bratanla et terra robberti bomartini militis. Secunda parte est terra cum medio limite de poto filio ivani. et descendit usque in ipso ballone. Tertia parte est ipso ballone. Quarta parte est alia terra predicti robberti que ascendit cum medio limite usque in priora fine. Quam predicta terra aptum est mihi per fustem seu et per hunc videlicet scriptum tradere atque concedere in ecclesia sancti petri apostoli. que sita est foras predictum castellum. Et tu ioannes archipresbyter et rector eiusdem ecclesie recepisti a me una tecum astante Sterguini tuo advocatore. Tali vero modo ut ab hodierno die usque in perpetuum sit ipsa terra in potestate eiusdem ecclesie. et de rectoribus tenendi dominandi. frudiandi et de ipso refrugio faciendi omnia quod eorum fuerit voluntate salva utilitate ipsius ecclesiae. absque mea contradictione et de meis heredibus meorumque posterorum. Et qualiscumque hominum hanc nostram concessionem vel traditionem disrumpere quesierit. In primis habeat maledictionem a deo patre et filio eius. et spiritui sancto et sancte marie virginis et beati petri apostoli qui habet potestatem ligandi atque solvendi. et sit sociatus cum iuda traditore domini. Et insuper obligata pena componat in prephata ecclesia. XX. solidos. et alios. XX. in domnico. Et omni tempore sit firma et stabilis. Hec nostra concessio. Quam tibi pandolfo Notario scribere precepimus. Mense et indictione supranominatis. An. 1113.

† Signum sancte crucis propriis meis manibus guarinus de olia. subscripsi.

† signum crucis propriis manibus milicciu.

† signum crucis propriis manibus bidanga.

Digitized by Google

DXLVII.

An. 1113. † In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu Christi imperante domino nostro alexio magno imperatore anno tricesimo secundo: sed et iohannes porfirogenito eius filio magno Imperatore anno vigesimo primo: die octaba mensis magii indictione sexta neapoli: Certum est me marino filio quondam..... et dux civitatis gaiete et domina ducissa iugalium personarum: ego memoratus per absolutione gloriose potestatis domini Iohannis in dei nomine etminentissimus consul et dux atque domini gratia magister militum et imperiali proto sebasto exadelfo germano meo. et una mecum abendo abbocatore domino iohanne qui nominatur de acerre filio quondam domini leonardi qui fuit comite. de sessula. et de acerre. quem ipsa gloriosa potestas mihi eum abbocatorem dedi propter quod ego perductus non sunt in legitima etatem: A presenti die..... a vobis stephano ipsabro qui nominatur pulderico. et theodora oc est iugales filio et nurua quondam domini stephani pulderico. et stephano qui nominatur castrato et maria óc est iugales filio et nurua quondam petri. idest auri tari viginti voni de amalfi dirieti et pesanti: quas ego dedi et recollisit da quidem petro diacono qui nominatur de maio filio quondam idem magii idest integrum orticellum. qui ante domu fuit quas ego ad eum legibus vicit unde ipse mihi cartula recitatiba fecit posita vero intus anc civitatem neapolis intus trasenda et anditum commune qui exiat in platea publica. qui pertinet at illa porta qui dicitur de domino urso tata. et pro auri tari. quas ego a te accepi ut super legitur tibi tuisque heredibus dedi tibi memoratum integrum orticellum qui antea domu fuit quas ego recollisit da memorato petro diaconi positum intus ipsa trasenda et curte commune insimul una cum aheribus et aspectibus suis et cum introitum suum omnibusque eis pertinentibus etiam dedi tibi ipsa chartula que ipse petro diacono mihi fecit ut super legitur: in eo tenore. quatenus illos avere et detinere s eum frugiare deveatis et de ipsas frugias faciendi que volueritis usque in memoratum constitutum bandi duos annos. et infra ipsum constitutum benerit quidem iohannes qui nominatur maiorinum defiso meo filio de ubulocta et de maria maiorina simul defisi mei. et vobis vestrisque heredibus dare vo-

Digitized by Google

luerit auri tari viginta quatuor voni de amalfi diricti et pensanti vos illos recipere deveatis et ipsum integrum orticellum ad eum redere deveatis et ad eum dare deveatis ista chartula redere ad eum ipsa chartula recitatiba que vobis dedi quas apprehensit da memorato petro diacono. et si amodo usque in memoratum constitutum iamdictos benturos duos annos expletos non benerit memoratus iohannes defiso meo aut si ipse vobis dare voluerit memorato tari viginti quatuor ut super legitur. tunc in omne transacto vobis vestrisque heredibus avere deveatis memoratum integrum orticellum cum suis omnibus pertinentiis et ibidem licentia et potestate aveatis edificare et domos facere sicuti avere fuit. etiam ego et heredes meis vobis vestrisque heredibus per ista chartula vobis illut defendere deveamus da omnes omines omnique personas. et est coniunctu ipsum ortum qui antea domu fuit que superius vobis dedi a tribus partibus iusta domu et ortum nominate ecclesie sancti sebastiani a quarta parte est domum de memorata maiurina defisa mea per quam ipsum introitum avere deveatis: Quia ita nobis stetit Si autem et in aliquit offensi fuerimus per quobis modum aut summissas personas tunc componimus ego et heredibus meis vobis vestrisque heredibus auri solidos decem bythianteos. et hec chartula ut super legitur sit firma scripta per manus iohannis primarii scribere rogatus per indictione memorata sexta † oc signum † manus memorati marini per absolutione memorati duci et una mecum abendo memorato abbocatore quod ego qui memoratos pro eis subscripsi † et hōc memoratis sumus ut illis gradi non sunt communes set sunt propriis de ipsum que vobis dedi et de alium tum sic fiamus quomodo superius legitur †

† ego gregorius filius domini sergii per absolutione suprascripti duci testi subscripsi †

† ego gregorius filius domini sergii per absolutione suprascripti duci testi subscripsi †

† ego iohannes filius domini gregorii per absolutione suprascripti duci testi subscripsi †

† ego iohannes primarius. complevi et absolvi per memorata indictione †

Digitized by Google

DXLVIII.

An. 1113. † In nomine domini dei salbatoris nostri Ihesu Christi Imperante domino nostro alexio magno Imperatore anno tricesimo tertio set et iohannes eius filio porfirogenito magno Imperatore anno vicesimo primo die nona mensis octubri. indictione septima neapoli: Petimus a bobis venerabilis igumenus monasterii sanctorum sergii. et bachi qui nunc congregatum est in monasterio sanctorum theodori et sebastiani qui appellatur casapicta situm in biridiarium hVos autem una cum cuntas vestras congregationes monachorum memorati sancti et venerabilis vestri monasterii: hoc est nobis benedicto et aloara hoc est iugales filio et nurua quidam denolfi qui fuit monachus memorati vestri monasterii: et unis ex aliis nostris locare committereque iubeatis: Idest integrum campum vestrum de terra iuris proprium memorati sancti et venerabilis vestri monasterii qui est totu campise asque pastinum vel arbustum positum in loco qui nominatur secundilianum: Una cum introitas suas et cum quantum ad oc pertinet de piscina commune.....qui.....ipsum campum iusta illa bia publica qui ibi est a parte orientis: et omnibusque geniraliter et in integro pertinentibus: et coheret at memoratum integrum *campum ha* parte orientis est memorata bia publica. sicuti sepis exfinat: et abet ibidem de longitudine passi et a parte occidentis est terra monasterii sancti ianuarii maioris. situ foris at corpus sicuti intef se sepis exfinat: et abet ibidem de longitudine passi et a parte meridiana est terra de iohanne qui nominatur de argutu et de aliis qui ibidem at fine sunt sicuti inter se sepis exfinat. et abet ibidem de latitudine passi et a parte septemtrionis est terra hecclesie saneti.....et de aliis qui ibidem at fine sunt quomodo inter se sepis exfinat: et abet ibidem passi memorati vero passi mensurati sunt at passum ferreum memorate neapolitane ecclesie: etiam et nos in presentis facere et fabrire seu abere debeamus intus memoratum campum palmentum fabritum cum subscetorium suum ad omni vestro expendio: Ita memoratum integrum campum de memorata terra qualiter superius legitur. tenenda colenda meliorandanque in omnibus et ibidem pastenare et fructuare seu potare et arbustare debeamus vel quicquit ibidem neces-

Digitized by Google

sum fuerit homnia nostra expensa nostroque labore hremeliorare et restaurare promictimus: etiam et in pensione domnica nichili reputarestis in annis continuo viginti et nobem ha die calendarum octubriarum: presenti memorata septima indictione et usque in pridias calendas. easdem prestituris: nos vero dare promictimus in rationibus nostris memorati vestri monasterii. pro singulis quibusque annis bobis vestrisque posteris et in memorato sancto et venerabili vestro monasterio. sine aliqua mora vel tardietatem. per actionarium vestrum qui prefuerit pensione per omni annuo hocto die hante festivitatem ipsius sancti sevastiani idest auri tari decem boni de amalfi vel de moneta que tunc per ista civitate andaberis diricti et pesanti. vel de hea auri tari quinque qualiter bobis vestrisque posteris placuerit intus memorato vestro monasterio asque omni amaricatione: post vero completa annositatem horum libellorum. debeamus dare nos et heredes nostros bobis vestrisque posteris et in memorato vestro monasterio calciarium hauri tari sex boni de amalfi diricti et pesanti vel de moneta que tunc per ista civitate andaberis: et renobemus nobis nostrisque heredibus presentes os libellos. In eodem ordine et tenore.....pars contra fidem orum libellorum. benire temtaberis. tunc datura repromictit pars parte fidem serbantis ante Ingressu litis initium poene nomine auri libras. tres bythianteas: et post poena habsolutionis maneat os libellos in sua nichilominus minus firmitatem. unde petimus vestram dominationem ut unus ex duobus libellis. uno tenore conscriptos et manus vestras proprias subscripturi. nobis contra dare Iubeatis. ut dum consecuti fuerimus agamus domino et bobis massimas gratias: Verumtamen per anc chartule libelli promictimus Inter nobis. ut non abeamus licentiam vos et proprios vestros heredes memoratum campum cum omnibus eius pertinentibus venumdare vel comutare. vel per quobis modum da memorato monasterio estraneare per nullum modum et si illut facere presumserimus. bacuum maneat. et tunc rebertant in proprietatem memorati sancti et venerabilis vestri monasterii Iterum et si de nos non fuerit aut remanserint proprios heredes. tunc Iterum memoratum campum cum memoratum palmentum et subscetorium suum et cum omnibus eius pertinentibus rebertant In proprietatem memorati sancti et venerabilis vestri monasterii cuius iure fuerit et cuy illut largire voluerimus vestre sint potestatis. quia Ita nobis stetit. Si autem aliter

Digitized by Google

fecerimus de is omnibus memoratis per quobis modum aut summissas personas tunc componimus nos et propriis nostris heredibus vobis vestrisque posteris et in memorato vestro monasterio auri solidos centum quinquaginta bythianteos: et hec chartula libelli ut super legitur sit firma scripta per manus gregorius curialis et protonotarius per memorata septima indictione † hoc signum † manus memorati iugalis quod ego qui memoratos hab eis rogatus pro eis subscripsi †

† Ἐγου ηγοῦμενος. καησβος ταπινος υπεγραψα †

† Ἐγῶ παχωμιος μοναχος ὑπεγραψα †

† Ἐγῶ γειρασιμος μοναχος υπεγραψα †

† Ἐγῶ μαρκος μοναχος ὑπέγραψα †

† Iohannes consul et dux et protosevasto subscripsi †

† ego iohannes filius domini petri testi subscripsi †

† ego iohannes filius domini gregorii testi subscripsi †

† ego sergius curialis testi subscripsi †

† Ego gregorius curialis. Complevi et absolvi per memorata septima indictione †

Digitized by Google

DXLIX.

† In nomine domini nostri ihesu christi anno ab incarnatione eius millesimo Centesimo tertio decimo mense nobember septima indictione. Ego iordanus filius quondam domini iordani capuani principis Clarefacio quoniam ex omnipotentis dei dono in nostro territorio. Plurimas dinoscor habere villas et castella. Inter quas in territorio nucerie quod michi pertinet. quoddam monasterio vocabulo sancti egidii quod situm est in loco preturo optinebam. Sed dum aleo quodam venerabili viro sancte marie et sancti triphonis ravellensis monasterii abbate exposcerer. Quatinus pro patris mei anima. ceterorumque parentum meorum Prefato et venerabilem locum prescripto monasterio sancti egidii Cum omni suaque rebus pertinente et alias supscriptas terras traderem per consilio et consensu domino Robberto principi capuano seniori et fratri meo. meorumque bonornm predicto castello nucerie virorum. ad supra nominato monasterio sancte marie et sancto triphonis : Per manum suprascripto domini Robberti capuani principis. una cum bonis hominibus magnis et minimis ipsius suprascripto castello. et coram iaquinto iudice. Per hanc cartulam donationis dedi et concessi ad habendum et possidendum et faciendum quodcumque voluerit ad opus et utilitatem predicto monasterio sancte marie et sancto triphonis. Predicto autem monasterio sancti egidii situm in loco preturo suprascripto monasterio sancte marie et sancto triphoni cum omnibus rebus inde pertinente que sunt terris cum arbustis et vacuis et silvis et castanietas in montibus et in planis vel ubicumque de rebus predicto monasterio sancti egidii inventus dederit totum et integrum in predicto venerabilem monasterio sancte marie et sancto triphone ut dictum est dedi atque concessi. Item dedi et concessi in suprascripto monasterio sancte marie et sancto triphone integras tribus peciis terrarum qualiter michi habere pertinent in iamdicto territorio nucerie que sunt per haec finis et mensuras ad iusto passus hominis mensurate. Prima pecia est in loco ubi bucito dicitur. A parte septentrionis fine via publica et passus centum. A parte orientis fine rebus domnica et passus nonaginta. A parte meridiei fine palude et passus centum. A parte occi-

An. 1113.

Digitized by Google

dentis fine rebus domnica et passus nonaginta usque ipsa vias prioras fines. Saecunda pecia in loco ubi sancto laurentio dicitur. A parte meridiei fine via que dicitur staviana et passus quadraginta sex. A parte orientis fine rebus sancti benedicti monasterii et passus centum quadraginta quattuor. A parte septentrionis fine rebus domnica et passus quadraginta quinque. A parte occidentis fine rebus domnica et passus centum sexaginta nobem usque vias prioras fines. Terlia paecia vero propinqua ubi puteo de golfulu vocatur. A parte septentrionis fine via staviana et passus viginti quinque. A parte occidentis fine rebus domnica et passus centum triginta : A parte meridiei fine via publica et passus viginti quinque. A parte orientis fine rebus domnica et passus centum triginta usque prioras fines. Item concessi in suprascipto monasterio sancte marie et sancto triphone terras cum castaneis et silvis qualiter michi habere pertinet in predicto loco preturo propinquo iamdicto monasterio sancti egidii qui est per hec fines. A parte septentrionis fine rebus iohanni qui cognominatur scacza pignato. A parte orientis fine rebus iohannis de monticellu et qualiter ascendit per fine hominibus de monticellu usque ipsa serra. A parte meridiei fine media serra. A parte occidentis fine rebus predicto monasterio sancti egidii. us prioras fines. Item concessi in suprascripto monasterio ut si nullus extraneus homo ad abitandum venire voluerit in praedicto monasterio *sancti egidii*. abbas et propositus qui ibi afferuint licentiam habeant illos recolligere et ospitare sicut consuetudo est per huius nucerie ad proficuum et utilitatem predicto monasterio. et si nullus homo in predicto monasterio de rebus suis dare et indicare voluerit potestatem habeant ibidem dandi et pars predicto monasterio recipiendi. Unde pro mea donatione vel concessione confirmandam. Predictus abbas pro ipsius monasterii congregatione concessit michi meisque parentibus patri scilicet seu matri fratribusque ceterisque meis consanguineis. Partem orationum videlicet sacrificiorum. ieiuniorum. vigiliarum. et helemosinarum ceterorumque bonorum operum. que ibi cotidie pro domini timore ab ipsis fratribus dinoscuntur. Ea videlicet ratione ut amodo prenominati monasterii abbas eiusque successores. suprascripto monasterio sancti egidii cum omni sua pertinentia et edificia cum suis pertinentiis. et suprascriptas terras per suprascripte finis et mensuras sine cuiuscumque contra-

Digitized by Google

dictione habeat et possideat. et si aliquo tempore aliquis homo ad predicto monasterio tollere aut subripere voluerit. Ego meique heredibus illi antistemus et defensores existamus. et si antistare et defendere noluerimus. vel si nos aut aliqui homo hanc chartulam in quacumque parte dirrumpere presumpserimus vel presumserit. A patris et filii et Spiritus sancti divinitate sit in die iudicii segregatus. Locumque iude traditoris accipiat. simulque cum diabolo eiusque membris damnatus permaneat. et quicquid donationis vel concessionis in hoc precepto continetur. Omni tempore firmum et stavile ad predicti monasterii utilitatem semper maneat Hanc autem donationis cartulam. et post decessum suprascripto domino leoni abbati prescripto monasterio. et aliut abbas qui ibi affueruit prescripto monasterio sancti egidii non guvernat set destruat licentiam ego habeam predicto monasterio sancti egidii ordinare et guvernare ad opus et proficuum suprascriptum et venerabilem monasterium. et taliter tibi iohannes notario scribere. et sigillo meo insigniri iussit.

† Signum proprie manu iordani

† Ego qui supra IAQUINTUS IUDEX.

Digitized by Google

DL.

An. 1113. † In nomine domini nostri ihesu christi. Anno incarnationis eiusdem. Millesimo centesimo tertio decimo. mense decenbri. indictione sexta. Ego Rodbertus Arenga et filius hugonis Arenge. Coram bonis hominibus subscriptis testibus pro snlute animarum patris mei edicti et matris. offero primis deo. et ad aecclesiam sanctae dei genitricis et virginis MaRiae de grane que aecclesia est obedientia Sancti laurentii monasterii de adversa. de quo monasterio annuente deo est Abbas venerabilis Matheus. Terras quas habeo in commune cum Roberto de brulliamat. de quibus terris meam portionem offero usque in ipso limite in quo posuimus pro signo lapides. que terre habent fines. a parte orientis terrae meae. et predicti Roberti de brulliamat. Et a parte boreae: est semita quae venit ab erclezzola. et percutit ad ipsam petram fixam. que petra est fixa in via que vadit ad puteum lazari. ab austro est rivus et via puplica. Ab oriente: terra mea et de edicto Roberto Ab occidente. Terras quas pater meus olim oblatas habuit..... ....., quas *ego* similiter nunc offero. quae terrae sunt usque in vineis prephate ecclesie Sanctae MaRiae. quae predicte terre scilicet quas pater meus obtulerat: hos habent fines. A parte boreae predicta via *via putei* lazari. Et a parte austri predicta via puplica. ab oriente: sunt predictae terrae quas obtuli. Ab occidente edicte vineae ecclesiae. hos inter fines ego edictus Robertus. arenga sicut dictum est obtuli ipsas terras ad Sanctam MaRiam de grane. Et per fustem quem tenui eas tradidi ad Robertum de loseri. monachum et rectorem ipsius ecclesie Sanctae MaRiae. quam offertionem edictus monachus recepit astante cum illo advocato ecclesiae falcone iudice. Ut amodo et in antea sint ipsae terrae in potestate edictae ecclesiae eiusque rectoribus. et ego edictus Robertus arenga et mei heredes de edictis terris semper defensores existemus ipsi ecclesiae et rectoribus contra omnem humanam personam. Pro quibus terris recepi benedictionem a predicto Matheo abbate et a prephato Roberto de loserio monacho suo unum palefridum. Quod si ego predictus Robertus arenga vel mei heredes aliquando voluerimus hanc offercionem minuare vel auferre ab edicta aecclesia vel si de-

Digitized by Google

fensores eis ex illis terris esse noluerimus. obligo me meosque heredes ad edictum Robertum Monachum et ad eius Successores dare penam aureorum solidorum decem. et alios tantos in puplico. Et in antea ista obblatio semper stabilis et firma sit. quam Scripsit leo clericus atque notarius oRiae civitatis Eo quod interfuit.

† Ego Robertus arenga qui supra.

† Signum sancte crucis et manus mee Rogerius de morenvilla testis sumus.

† Signum manus meae Iohannes ordinatus edjcti domini Roberti arenge et filius iohannis de pascali testis sum.

† Signum sancte crucis et manus mee iohannes qui fui olim turmarchus edicti roberti arenge et patris eius testis sum.

† Signum sanete crucis et manus mee Rodbertus calò stratigo oriae civitatis testis sum.

† Ego leo filio Maraldo testis sum.

† Hac ego que charta Scripto Maria firmo petracca.

Digitized by Google

DLI.

An. 1113. † In nomine domini nostri ihesu christi. Anno ab incarnatione eius millesimo centesimo tertio decimo. Et septimo anno principatus domini richardi gloriosi principis. Mense augusti. Indictione sexta. Ego richardus qui cognominatur devenabile ex genere normannorum. Simulque et goffridus filio meo. Bona et nostra voluntate per hanc chartam quam et per absolutione et licentia domini Goffridus demedanie seniori nostro. Donavimus et offerimus atque tradidimus in ecclesia sancti severini sita est intro civitate neapoli duo homines in loco octalanu primum nomine benedictus paulinus. secundum nomine guido frater eius. cum omnibus rebus et casis stabilibus et mobilibus quodcumque modo pertinentibus. Tam intra castellis quam et foris que intro illud sunt cunctisque suis pertinentiis et cum viis et anditis suis et cum munibus et casis et rebus continentibus. ea ratione ut in ipsa predicta ecclesia sancti severini et sancti sossii et domino petro abbas de predicto monasterio et ad successores eius donavimus et offeruimus pro redemptione et salvatione anime nostre et pro animas omnium fidelium defunctorum qualiter dictum est in tua et de successores tuos detineas potestate et partium ipsius monasterio et in eorum *dominio* et iudicio ac defenssione semper maneant. et omnes angarias et servitias et pentiones et tributa. et quicquid ipsi homines et liberi et heredes eorum nobis facere dare et persolvere debuerunt et soluti sunt vel quocumque modo in ipsis et in rebus eorum nobis pertinuit et pertinet ipsi suprascripto domino petro abbas eiusque successoribus et parti ipsius predicto monasterio. omni tempore dent faciant et persolvant et pertineat. et neque a nobis nostrisque heredibus seu successoribus neque iudicibus castaldeis neque a quibuscumque nostris auctoribus seu a quibuslivet hominibus nullo tempore ex hoc quod in eadem monasterio ut dictum est concedimus et offerimus ipse dominus petrus abbas et pars ipsius ecclesie habeant aliquam contrarietatem. sed in perpetuum securiter illud habeant. et ex eo in supradicta ratione quod voluerint faciant. omni nostra et heredum et successorum nostrorum et aliorum hominum contradictione remota. Quod si quis temerario ausu huius nostre concessionis et oblationis tenore. quolivet tem-

Digitized by Google

pore violare presumpserit. sciat se compositurus auri purissimi libras ducentas. medietatem camere nostre et medietatem predicte sancte ecclesie. et hec nostra concessio in supradicta ratione et tenore semper firma permaneat. Quecumque magna aut parba persona suprascripta nostra offertione et concessione de iamdicta ecclesia contrarietate aut subtraere voluerit sub anathema sit. Cartula ista nostre concessionis scribere precepimus tibi iaquintum presbyterum et notarium sancte nolane ecclesie

† EGO RICHARDUS.
† EGO GOSFRIDUS.
† EGO GOSFRIDUS.

DLII.

An. 1114.

Anno Incarnationis domini nostri ihesu christi dei eterni. millesimo centesimo quartodecimo. mense magio. septima indictione. Ego Urso filius iohannis de li muti de civitate bari. iunxi me in convenientia cum leone fratre meo. et divisimus inter nos hereditatem quam habemus in loco petrineae. et in loco vulpicclano. et fecimus inde duas sortiones. De quibus placuit nobis ut ipse leo frater meus acciperet inde unam quam elegit. Et statim ante presentiam nobilium hominum testium subscriptorum. Per fustem tradidi eidem leoni fratri meo in ipsa sortione sua. unam corrigiam clausureae de vineis olivis atque pomis. quam habemus in ipso loco petrineae. et est corrigia ipsa tota per longitudinem de sole in sole. per hos fines. Primo fine ab oriente extra parietem est via publica. Secundo fine a meridie a mediis signaidis petris fictis sicut descendit in occidente et advolvit in septentrione. et regirat in occyedente est alia sortio et corrigia predicte clausureae que mihi in sorte venit. Tertio fine ab occidente extra parietem est clausura de filiis angeli salarii. et quomodo advolvit parum in parte orientis et regirat in parte septentrionis extra parietem est clausura heliae et palmae fratrum filiorum cristani. Quarto fine a septentrione extra parietem est clausura sancti benedicti. et sicut advolvit in parte meridiei extra parietem est via publica. et quomodo regirat in parte orientis est curtis nostra comitis extra parietem. Quam et tradidi ei in hac sortione

Digitized by Google

de ipsa hereditate quam habemus in predicto loco vulpicclano unam peciam de vineis desertis que est per hos fines. Primo fine a parte orientis a medio pariete est pecia de terris que michi venit in sortione. Secundo fine a meridie extra parietem est terra seniorelli taroniti. et kiri andreae stlantamonis. Tertio fine ab occidente extra parietem est clausurella stephani tarentini. et in antea extra parietem et carbonario contangit aliquantulum de terra seniorizzi petalarii. Quarto fine a parte septentrionis sicut vadit per caput de ipsis vineis desertis in parte orientis a mediis signaidis petris fictis est ipsa alia sortio ipsius hereditatis. Infra hos autem fines. dedi et tradidi eidem fratri meo predictam sortionem quam sibi elegit unam cum superioribus et subterioribus suis et cum trasitibus et exitibus suis et cum omnibus in se habitis. Ea Ratione. Ut a modo in antea sit in potestate et dominatione sua et suorum heredum ad habendum et dominandum possidendum frugiandum. et omnia exinde faciendum ut eorum fuerit voluntatis. sine requisitione et contrarietate mea et meorum heredum. Et ego et mei heredes stemus in traditione et divisione ista. et non habeamus potestatem iamdictam sortionem eis levare et contrare vel aliquid eis exinde subtrahere et minuare per nullum ordinem. aut aliam divisionem exinde querere ad faciendum per ullam rationem. Insuper defensores eis inde maneamus ab omni nostro debito servitio et religatione et ab omni *humana persona* que pro parte nostra sortionem istam vel partem eius eis levare seu minuare voluerit quomodocumque. ut a nostra parte securi et quieti et sine omni damno semper exinde maneant. Et hoc stetit inter nos ut ipse leo frater meus et sui heredes teneant et frugient unum anglonem qui venit mihi de ipsa clausurea. que est iuxta ipsam viam et iuxta trasitum et exitum pro parte quam habet zita domna que fuit uxor dalfoy barbani nostri in sortione ipsius fratris mei. et ubi comparaverit ab ipsa zita domna ipsam partem suam quam ibi habet. ego vel mei heredes..... fratri meo vel suis heredibus decem solidatas de solidis bonis ana tres mille per solidatam. et sic ipse frater meus vel sui heredes remittant aput nos ipsum anglonem. qui est per longitudinem de sole in sole pedes nouaginta. et per latitudinem usque ad fictas quas modo ibi fiximus pedes decem et octo. Et si a modo ad unum annum expletum una quelibet de predictis duabus sortionibus melius apparuerit esse quam alia ut ipse cuius fuerit

Digitized by Google

ipsa melius sortio refundat ad alium de eadem re secundum arbitrationem sapientum hominum deum timentium. Et talis est ipse pes ad quem mensuravimus ipsum 'anglonem qualis est a primo virgulo unde incipit anno incarnationis. et usque in medietatem crucis que facta est pro signo in sinistro latere huius cartule. Super hoc autem ego predictus urso. Bona mea voluntate. coram ipsis testibus Vuadiam eidem leoni fratri meo dedi. et mediatorem ei posui me ipsum. Eatenus : ut ego et mei heredes faciamus et adimpleamus sibi et suis heredibus omnia qualiter pro ordine supra leguntur. Et si taliter eis non fecerimus et adimpleverimus et per causationem vel per legem eos inde miserimus demus eis penam aureos solidos centum. et totidem in publico. et invito compulsi adimpleamus eis omnia que supradicta sunt. Quam Rem ego qui supra Urso eidem Leoni fratri meo et suis heredibus tribui potestatem pignoris sine appellatione causam... et meorum heredum ubicumque invenerint legitimi et inlegitimi. donec que dicta et scripta sunt supra per ordinem eis adimpleamus in prefinita ratione. nulla eis calumnia de pignore existente. Et hanc cartulam scripsit gallicanus protonotarius qui interfuit.

† Ego nicolaus testis sum.

† Ego petracca testis sum.

Digitized by Google

DLIII.

An. 1114. † In nomine domini dei salvatoris nostri Ihesu christi: Imperante domino nostro alexio magno Imperatore anno tricesimo quarto: sed et iohannes porfilogenito magno Imperatore eius filio anno vicesimo tertio: die *quĩnta* mensis septembrii indictione octaba neapoli: Certum est nos iohannes qui nominatur at testa lepore filio quidem idem iohanni qui nominatur at testa lepore et eumfimia filia quidem iohanni greci hoc est iugales: A presenti die promtissima voluntate: venumdedimus et tradidimus tibi marino consitore filio quidem stephani qui nominatur de presbytero marino et quondam maria iugalium personarum: idest integra una inferiora cella qui dicitur cammunata trinea qualiter salit usque at tectu una cum eodem tectum suum super se: quanque venudedimus et tradidimus tibi et integra terra bacua nostra qui antea domu edificata fuit qui inest parte ibi est coniunta a parte orientis seum et integra distructa super ipsa terra bacua et super trasenda et anditum commune insimul qualiter badit usque at illu parietem commune qui est intus memorata inferiora que tibi venudedimus et intus superiora de petro uterino germano et cognato nostro qui ibi est a parte orientis et in memoratum parietem est arcu commune per qua subtus ipsu arcum badit anditum commune unde quantu ad oc pertinet tibi illut venudedimus: insimul positum vero intus anc civitatem neapolis intus porta et porticum iasimul commune qui est iuxta platea publica que nominatur atrense regione nilo una cum aheribus et abspectibus suis et cum quantum at ipsu quod tibi venudedimus pertinet de memorata porta commune et de memoratum porticum et de memoratu anditu insimul commune et cum introitas earum et omnibusque at ipsu quod tibi venudedimus pertinentibus: pertinente vero nobis ipsum quod tibi venudidimus et alium quod in nostra reserbavimus potestate per comparatum per chartulam comparationis nostra membrana scripta que nobis exinde feci trocta filia quondam petri greci et quondam maria greca iugalium personarum ipsa autem cum consensu et voluntate stephani qui nominatur sitino viri sui: quibus ipsa trocta fuit exadelfa cognata et germana nostra memoratis iugales que vero ipsa chartula comparationis nostra una cum alia una char-

Digitized by Google

tula que in ipsa chartula comparationis nostra declarata est nos in presentis tibi ille dedimus et aput te remisimus pro tua heredumque tuorum defensione : etiam et quandoque nobis nostrisque heredibus ipse ambe chartule que aput te remisimus necesse fuerit pro ipsum quod nos in nostra reserbavimus potestate tuc stati omni tempore tu et heredibus tuis in presentis nobis nostrisque heredibus ille obstendere et mostrare debeatis at relegendum et at fine faciendum ubique nobis nostrisque heredibus pro ipsu quod in nostra reserbavimus potestatem : necesse fuerit asque omni data occansione : et coheret at memorata integra inferiora qui dicitur caminata trinea et at memorata terra bacua et at memorata superiora distructa super se et super ipsu anditum commune quem simul superius tibi venudedimus cum suis omnibus pertinentibus ut super legitur a parte septentrionis sunt domibus distructis ecclesie sancti cammioni quo modo inter se fundamentum de parietem in suynatu exfinat et a parte orientis est ipsa terra bacua est domu heredes domini iohannis de domino marino seum et ex parte de memorata superiora de memorato petro greco cognato et uterino germano nostro ut inter se memoratum parietem commune exfinat in qua est memoratum arcum commune per qua ingredit memoratum anditum commune unde quantum ad hoc quod tibi venudedimus pertinet superius tibi illut venudedimus et a parte meridiana est inferiora nostra qui dicitur spoliaturum que in nostra reserbavimus potestatem seu et curticella nostra que in nostra reserbavimus potestate seu et de inferius in ex parte in ipsa meridiana parte est memoratum anditu commune unde quantu ad ipsu quod tibi venudedimus exinde pertinet superius tibi illut venudedimus et aheres desuper curticella

et a parte occidentis est domu qualiter inter se pariete commune exfinat : et licentia et potestate abeamus nos et heredes nostris ipsa terra bacua et memorata superiora distructa desuper se et desuper ipsu anditu commune ut super legitur que superius tibi venudedimus sicut superius legitur conciare et edificare et estruere et obstracare seu coprire qualiter ab antea fuit: De qua nichil nobis de oc quod superius tibi venudedimus eum suis omnibus pertinentibus ut super legitur aliquod remansit aut reserbavimus nec in aliena cuiusque personas quod avsit commisimus a nobis aut iam commictimus potestatem : set a presenti die et deinceps a nobis tibi sit venudatum et traditum in tua tuisque heredibus sint pote-

Digitized by Google

statem : queque exinde facere volueritis ut ab odierna die semper in omnibus libera ex ipsum que tibi venudedimus abeatis potestatem : et neque a nobis memoratis iugales neque a nostris heredibus nec a nobis personas summissas nullo tempore nucquam tu memorato marino consitore filio memorati quondam stephani qui nominatur de presbytero marino aut heredibus tuis quod avsit abeatis ex ipsa que tibi venudedimus aliquando quacumque requesitione aut molestia per nullum modum : nec per summissas personas a nuc et in perpetuis : temporibus : insuper omni tempore nos et heredibus nostris tibi tuisque heredibus ipsa que superius tibi venudedimus cum suis omnibus pertinentibus ut super legitur in omnibus illut antestare et defendere debeamus ab omnes omines omnique personas hobstendentes tu et heredibus tuis nobis nostrisque heredibus memorate ambe chartule que superius aput te remisimus et. . . . . nos et heredibus nostris tibi tuisque heredibus illut in omnibus antestare et defendere debeamus qualiter superius legitur : propter quod accepimus a te pro ipsu quod tibi venudedimus in presentis in omne decisitione seu deliberatione : idest auri solidos viginti de tari ana quadtuor tari per solidos voni de amalfi diricti et pensanti : Sicut inter nobis conbenit : Quia ita nobis stetit ; si autem aliter fecerimus de is omnibus memoratis et in aliquit offensi fuerimus per quobis modum aut summissas personas tuc componimus *nos et heredibus* nostris tibi tuisque heredibus auri solidos quatraginta bythianteos : et ec chartula ut super legitur sit firma scriptum per manus Iohanni curialis : qui scribere rogatus per memorata indictione † oc signum † manus memoratis iugales quod ego qui memoratos pro eis subscripsi et memoratos solidos traditos vidi †

† ego iohannes filius domini petri testi subscripsi et suprascriptos solidos traditos vidi †

† ego leo filius domini leoni testi subscripsi et suprascriptos solidos traditos vidi †

† ego iohannes filius domini gregorii testi subscripsi et suprascriptos solidos traditos vidi †

† Ego Iohannis Curialis : Complevi et absolvi per memorata Indictione †

Digitized by Google

DLIV.

† In nomine domini nostri ihesu christi. Ab Incarnatione eiusdem domini nostri anno millesimo centesimo quarto decimo. Mense september indictione hoctava gaiete. Chartula manifestationis. et plene securitatis. quod scribere et firmum facio. Ego petrus caprarus presente filio quondam bonalvicina. Tibi quoque domine petre dei gratia venerabilis abbas de monasterio sancte trinitatis domini. posito ad arcu triùpano. Idest de tota et inclita ipsa portione de ipse hereditatis quod iamdicta bona genitricem meam. per longo iam tempore dedit. et tradidit per chartulam offertionis. in suprascripto vestro monasterio. et in monasterio vestro sancti laurentii da ipsi calbi. que sunt posite supradicte hereditatis in ipsum casale de ipsi calbi qui dicitur de grege. Et in sancto stefano. et in palmole. et in maliana. Unde ego qui supra petrus multas contraria preparavit in eodem vestro monasterio. Nunc autem deo volente diffinitioni in omni transacto facta est inter nos de eadem portione suprascripte hereditatis. Propterea ego qui supra petrus. cum meis heredibus. Tibi qui supra domine petre venerabilis abbas tuosque successores ammittimus et tradimus per hec chartula tota suprascripta portio de ipse hereditatis predicte genitricem meam. cum suis omnibus pertinentiis. permaneant in suprascripto monasterio. et vestra. et de successores vestros in sempiternum. Et quod absit quod qualibet vobis requesitione exinde secuta. Compositum subiaceam ego cum meis heredibus tam vobis. quam et ad vestris successores pene nomine auri purissimi uncias quatuor. et hec chartula securitatis nostre quod superius legitur firma permaneat semper. An. 1114.

† ego pandulfus filio domini landulfus †

† ego milo filio domino leo †

† Ego petrus diaconus et notarius suprascripte civitatis complebi †

Digitized by Google

DLV.

An. 1114. In nomine Sanctae et individuae trinitatis patris et filii et spiritus sancti. Anno ab incarnatione eiusdem domini ac redemptoris nostri. M. C. XIIII. Indictione. VIII. Octavo anno principatus Rothberti principis filii iordanis gloriosi principis. Mense novembris: Sciant igitur omnes fideles presentes et futuri. Quoniam ego Richardus musca nepos et heres Rainaldi muscae filii turoldi muscae. pro redemptione animae meae et predicti avunculi mei Rainaldi muscae. ceterorumque parentum meorum concedo et confirmo sancti Laurentii monasterio et domno Matheo venerando abbati eiusque successoribus ac super altare eiusdem ecclesie perpetualiter offero casale noliti. cum superioribus et inferioribus que ibi habentur. cum viis suis intrandi et exeundi. cum sepibus et limitibus. atque cum omnibus suis pertinentiis. sicuti prenominatus avunculus monasterio eiusdem martiris obtulit. et cartis privilegiisque capuanorum principum optime munitis confirmavit. Iterum eodem modo concedo et confirmo quadraginta modios terrarum de supradicto feudo noliti quae habentur in gualdo iuxta viam publicam quae tendit ad patriam. Addo et eadem concessione et confirmatione quo supra in territorio capue in loco qui nuncupatur clausae. octoginta modios terrarum. et in trifisco molendinum unum cum rivis aquarum atque cum introitu suo et exitu. et omnes alias terras et domos quas supradictus. Rainaldus muscae avunculus sancto monasterio donavit actenus et cartis privilegiisque confirmavit. ad possidendum et utcumque voluerit fruendum. perpetuoque habendum. ut predictum monasterium sancti Laurentii libere possideat omnia quae suprascripta sunt. ita ut a me vel ab heredibus meis sive ab alia aliqua persona nulla vim sustineat. sed habeat ea quiete remota omni molestia. Quae omnia quae supra confirmata sunt. protegere. adiuvare. et defendere contra omnes mortales homines curabimus. ego et mei heredes. Quod Siquis hoc beneficium a me concessum et confirmatum pro anima mea parentumque meorum monasterii sancti laurentii et abbati supradicto suisque successoribus et fratribus ibi deo servientibus dissolvere aut perturbare vel iniuste reclamare sua perversitate ausus fuerit. et hanc confirmationem nostram violare iniuste temptaverit viginti libras auri persolvat.

Digitized by Google

medietatem nostre curiae. et medietatem sancto monasterio. et hoc scriptum integrum et firmum in perpetuum maneat.

† Ego Richardus musca me subscribere feci.

† Ego Radulfus tyrellus testis sum

† Ego Radulfus siniscalcus testis sum

† Ego chosus sancti archangeli testis sum

DLVI.

† In nomine domini nostri Ihesu Christi dei eterni Anno ab incarnatione eiusdem domini nostri Ihesu Christi millesimo centesimo quartodecimo. Et octabo anno principatus domni Robberti gloriosi principis: mense november octava indictione. Notum sit igitur fidelibus Dei presentibus et posteris quoniam ego ugo sorellus filius domni andree sorelli qui sum dominus castri mignani divina inspiratione compunctus pro redemptione anime mee et pro salute anime patris mei ac anime matris mee atque anime uxoris mee omniumque parentum meorum. concedo et confirmo sancti laurentii monasterio de aversa et domino Matheo venerabili abbati suisque successoribus in perpetuum quinque ecclesias que habentur in territorio predicto mignani cum omnibus terris cultis et incultis sibi pertinentibus scilicet ecclesia. sancte marie et ecclesia sancti iohannis et ecclesia sancti agapiti et ecclesia sancti leucii et ecclesia sancti laurentii. Iterum concedo cunctos homines quos nunc habent cum terris et mobilibus illorum sicuti usque modo habuerunt. et terras quas monachi sancti laurentii in territorio prephati mignani ad presens possident. et in antea mea licentia vel heredum meorum acquirere poterunt. una cum viis et aquis et anditis suis cum sepibus et limitibus et cum pertinentiis suis et cum omnibus inferioribus ac superioribus suis ad habendum et possidendum et faciendum ad utilitatem prenominati monasterii quod iustum est in perpetuum. Quas vero ecclesias cum omnibus sibi pertinentibus et omnes homines et terras et illorum mobiles et terras quas monachi sancti laurentii sicuti prediximus in territorio iam nominati mignani ad presens possident et in antea habituri sunt mea licentia vel heredum meorum protegere. adiuvare. et defendere

An. 1114.

Digitized by Google

obligo me et meos heredes prephato monasterio sancti laurentii et domino matheo abbati et eius successoribus. Quod si quis hoc beneficium a me concessum et confirmatum pro anima mea parentumque meorum monasterio sancti laurentii et abbati supradicto suisque successoribus et fratribus ibi deo servientibus dissolvere aut perturbare ausus fuerit. et hanc concessionem ac confirmationem nostram factam presentibus baronibus meis qui subter scripti sunt perturbare iniuste presumpserit. viginti libras auri solvat. medietatem nostrae curiae et medietatem sancti laurentii monasterio. Et hoc scriptum inviolabile et firmum in perpetuum maneat. et ut verius credatur et firmius habeatur tibi Racconi subdiacono et notario scribere praecepi et sigillo meo iussi sigillari. Castro Miniano.

† EGO PREPHATUS DOMINUS UGO. qui feci subscripsi. et quod scriptum est confirmavi.

† EGO IOHANNES IUDEX.

† Ego fulco miles testis sum.

† EGO LEO IUDEX.

† Ego Paganus miles me subscripsi.

† Ego berardus miles me subscripsi et testis sum.

† Ego mignanus presbyter et notarius manum posui.

Digitized by Google

DLVII.

† In nomine Sancte et individue. trinitatis patris et filii et spiritus sancti. Anno ab incarnatione eiusdem domini ac redemptoris nostri M. C. XIIII. Indictione VIII.ª Octavo anno principatus Rothberti principis filii Iordanis gloriosi principis. mense novembri. Sciant igitur omnes fideles presentes et futuri. Quoniam ego Richardus musca nepos et heres Rainaldi musce filii turoldi musce pro redemptione anime mee et predicti avunculi mei Rainaldi musce. ceterorumque parentum meorum do. trado sancti laurentii monasterio et donno Matheo venerando abbati eiusdem monasterii eiusque successoribus ac super altare eiusdem ecclesie perpetualiter offero casale noliti. cum hominibus terris cultis et incultis et omnibus pertinentiis suis cum viis suis intrandi et exeundi cum sepibus et limitibus atque cum omnibus suis rationibus. Item do et offero in hoc sancto monasterio unam startiam iusta nolitum et carditum et habet a duas partes via pulvica una que descendit ad caivanum et alia at carditum cum omnibus inferioribus et superioribus suis et cum sepis et limitibus et cum pertinentiis suis et cum viis eciam intrandi et exeundi in eis ad potestatem et dominationem predicti monasterii libere possideat. Quod Siqui hoc beneficium a me datum et offertum pro anima mea parentumque meorum monasterio Sancti Laurentii et abbati supradicto suisque successoribus et fratribus ibi deo servientibus dissolvere aut perturbare vel iniuste reclamare sua perversitate ausus fuerit et hanc donacionem nostram violare iniuste. viginti auri libras persolvat. medietatem nostre curie. et medietatem Sancto monasterio. solutaque pena hec nostra donatio firma permaneat in perpetuum. et ut hoc firmius credatur et diligentius ab omnibus observetur nostre subscribtionis iussimus roborari Averse.

An. 1114.

† Ego Richardus musca me subscribere feci.

† Ego Radulfus tyrollus testis sum.

† Ego Radulfus sainiscalcus testis sum.

† Ego chosus Sancti archangeli testis sum.

Digitized by Google

DLVIII.

An. 1114. † In nomine domini anno ab incarnatione domini nostri Ihesu Christi millesimo centesimo quartodecimo. indiccione septima. Regnante Roberto Nobilissimo Principe capuano. Ego Giraldus civitatis Acerre dei gratia humilis episcopus. cum consilio et auctoritate atque consensu omnium clericorum nostrorum totiusque capituli nostri dedi et concessi aecclesiae sanctorum martirum Sergii et bachi que est in suburbanio andecavensium civitatis et monachis eorumdem sanctorum Guillelmo videlicet atque Ruellono aliisque post ipsos de eadem ecclesia venturis. ecclesiam beati petri que dicitur esse de cancellis. cum terra et omnibus rebus eidem aecclesiae pertinentibus. Que aecclesia in illis diebus desolata et ad nichilum pene redacta erat. eo quod nemo inibi habitator. Nemo qui ibidem debitum deo servicium redderet penitus haberetur. Hoc tamen a monachis pro annuali censu solummodo et pro istius beneficii perpetua commemoratione retinuimus. quatinus uno quoque anno aut unius aut duo ex ipsis si legitimam non habuerint excusationem ad celebrandam beatae mariae semper virginis diem assumptionis nobiscum Acerrae conveniant. Postea vero supplicante Gaufrido demeduana Suessolanorum et acerranorum domino. *Rectore.* ac Gubernatore. et pro hoc ipso mutua vicissitudine aecclesiae beatae mariae nobisque donante trium clericorum nostrorum mansiones atque possessiones. Dominici scilicet archipresbiteri filiorumque suorum. Et Sergii presbiteri ac primicerii fratrisque sui. atque alfani presbiteri et canonici fratris quoque sui. totas et integras cum omnibus rebus suis Quae hereditatis eorum sunt infra pertinenciam. eiusdem loci. anteditae aecclesiae et predictis monachis elemosinam nostram largiendo addidimus. et in capitulo nostro sigillo nostro clericis nostris hoc idem flagitantibus confirmavimus. decimam totius laboris. eiusdem Gaufridi demeduana. quem in tota terra castro quod sessula vocatur pertinente tunc temporis habebat atque habiturus erat. ipse et qui post eum in eodem honore regnaturi sunt. et decimam omnium molendinorum suorum decimamque totius *fusariae* suae atque decimam plateae suae, Hoc utique donum cum auctoritate capituli

Digitized by Google

nostri sigillo nostro confirmavimus. atque illos qui hoc quoque donum aliquo modo corrumpere praesumpserint. nisi ad emendationem atque condignam satisfactionem semel bis vel ter prius ammoniti pervenerint sub anathemate constituimus. Chartula igitur ista a nobis tradita atque oblata in omnibus quae continet firma et stabilis semper maneat. quam te guillelme taliter scribere rogavi actam atque ordinatam in curia sanctae mariae nostramque et in ecclesia beati petri scriptam. Huius rei testes sumus

† EGO GIRALDUS EPISCOPUS.
† Dominicus Archipresbyter.
† Sergius praesbyter et primicerius.
† Alfanus praesbyter. † Petrus praesbyter.
† Rainaldus praesbyter.
† Deodatus praesbyter. † Petrus presbyter.
† Martinus praesbyter. † Guillelmus praesbyter.
† Ioannes praesbyter. † Garofalus diaconus.
† Andreas diaconus.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

APR 7 1938

Digitized by Google

Digitized by Google